CAELII AVRELI-
ANI SICCENSIS TARDARVM PASSIONVM LIBRI V.

D. ORIBASII SAR-
I IVLIANI CAESARIS ARCHIATRI

Euporiston	lib:	III.
Medicinæ compen:	lib:	I.
Curationum	lib:	I.
Trochiscorũ confect:	lib:	I.

XCVDEBAT HENRICVS PETRVS
BASILEAE MENSE AVGV
STO, ANNO
M. D. XXIX.

Cum gratia & priuilegio Cæsareo.

CATALOGVS AVTORVM QVORVM TESTIMONIIS PASSIM CAELIVS VTITVR.

Asclepiades.
Euryphon.
Hippocrates.
Asclepius.
Erophilus.
Demarchus.
Chrysippus.
Diocles.
Demetrius Appameus.
Demetrius Attaleus.
Erasistratus.
Empedocles.
Euenor.
Apollonius Citiensis.
Apollonius Memphites.
Apollonius Glaucus.
Antiphanes.
Democritus.
Dionysius.
Antipater.
Zenon.
Heraclides Tarentinus.
Herodicus.
Menecrates.
Praxagoras.
Mnaseas.
Niceratus.
Philotimus.
Themison.
Soranus.
Proculus.
Ptolemæus.
Parmenides.
Philistion.
Serapion.
Silimachus.
Thessalus.
Tryphon.
Nicander.
Bachius.
Cassius.
Clodius.
Milesius
Lusius.

CLARISSIMO EIDEMQVE DOCTISSIMO VIRO PHILIPPO BVCHAMERO, REVERENDISSIMI DOMINI D. ALBERTI CARDINALIS & ARCHIEPISCOPI MOGUNTINI MEDICO, IOANNES SICHARDUS.

PRAETER multas, easq; nec obscuras quidem, nec ita paruas summæ cum beneuolentiæ, tum uoluntatis erga me tuæ significationes, ornatissime uir, cum nō desinas me apud ALBERTVM Reuerendissimū Cardinalem, eundemq; clementissimū principem patronum meum & uerbis quàm potest fieri honorificentissimis cohonestare, & tuis subinde muneribus ornare, efficis planè ut quo me uertam nesciam: dum identidem dispicio, qua in re si non beneficiorū in me tuorum cumulum, hoc saltem assequar, quod bona interdum nomina solent: ut scilicet dum soluendo non sum, uel ingenua debiti professione non feram tacitum, quantū tibi uiro inter eruditissimos optimo, inter optimos uero etiam eruditissimo debeam. Cui rei documēto uelim sit hæc qualiscunq; inscriptio: Neq; enim memoria excidit, quàm tu grauiter uereq;, si quis nos casus in eum sermonem adduxisset, queri soleres, nullam studiorum partem æque nostra tempestate iacere, ac eam ipsam quā olim cum maximis præsidijs, tum summis ingenijs excultam, nisi deus aliquis rebus humanis iniquior inuidisset, non esset cur tanto negotio disceremus, & experimēta per mortes, ut ille dicit, caperemus, impudentissimorū interim circulatorū personas induentes, qui cū diu nihil scire didicerimus, tandem audacia pro sapientia usi carnificinā quandam uerius quàm medicinam in uita cōmuni exerceamus. Nam sic ferè comparatum est, ut quo quidq; ad uitam mortalium plus adferat adiumenti, hoc capitalius obsit, si aut parum rite tractetur, aut alio quàm institutum est modo. Nunc quis ulla religione ad hoc opus accedit? aut quotus demum quisque ex ipsis fontibus haurit? Imò ut apertius dicam, quid huius rei omnino reliquum est dignum lectu, quod non palàm ausis cum negligentiæ, tum & inscitiæ damnare? Nisi unum dicas Hippocratem, aut Galenum ex Græcis, Latinis uero Cor: Celsum & Plinium. Quos tamen sic legunt pleriq;, tanquam plus allaturos momenti eloquentiæ studioso, quàm ei qui sit rei medicæ destinatus. In Plinio uero audent etiā nihil dissimulantes in ore habere tragicum illud: ô cœlum, ô terra. Cum quibus non admodum contenderim, qui repertis frugibus malint tamen cum Gryllo in glandium usu consenescere. Hoc uero subit mirari, quî fiat ut tam grauate in medicorū album recipiant, ut quosq; uiderint tersissime locutos, eamq; ob causam numero eximant, quā uel imprimis digni fuerant, mea sententia, ut locū acciperent. Quod si aliquo pacto possent ab interitu reuocari Diocles, Asclepiades, Euryphon, Demetrij Appameus & Attaleus, Democritus, Erasistratus, Chrysippus, Empedocles, Zenon, Erophilus, Asclepius, Antipater, Heraclides Tarentinus, Menecrates, Praxagoras, Mnaseas, Herodicus, Milesius, Parmenides, Niceratus, Themison, Proculus, Soranus, Serapion, Apollonij Memphites Citiensis & Glaucus, Philistion, Thessalus, Tryphon, Socrates, Nicander, Philotimus, Lusius, Euenor, Cassius, Clodius, Bachius, Silimachus, quos ferè autores habet Cælius

Aurelianus, quid putamus nōnullos habituros quod dicerent? Te uero dignū planè qui tanti Principis sis curam sortitus, amare næ uehemēter debeo, qui ex cōmentarijs nostratiū, uelut ille aurum ex stercore cum selegeris, tantā omniū literarum cognitionem huic studio intulisti, quanta potest in huius ordinis homine uideri maxima, & ob hoc planè idoneus qui Cælij nostri patrocinium suscipias, siquidem rectè dictum sit antiquitus, patronum causis plerunq; esse argumento. Quis enim aut rectius contra uitiligatores defendet, quàm is in cuius iam manu uelut mancipio esse Cælius incipit? aut libētius, cum iusto sacramento confirmare tibi ausim, huius generis nihil omnino apud Latinos extare, studio, diligentia, fide pari tractatum. De cuius tamen uita non satis quod in præsentia dicam occurrit, nisi quod cognomento satis diuinare licet Afrum fuisse, quod ipsum per se uel tacente me ipsa satis dictio clamat. Vt autem Galeno Pliniocq; maiorem credam facit diligens illa seu in refellendo, seu in astruendo ueterum autorum commemoratio, haudquaquam præteriturus eos si per ætatem meminisse potuisset. Hoc uero peculiariter sibi sumpsisse uidetur, ut græcæ literaturæ suis cognitionem cōmendaret, dum sic Græcis omnia acceptum refert. Quæ res sanè nobis summā attulit difficultatem, ut facile nos ab editionis consilio depelleret, dum antiquissima quæq; huius professionis uel bonorū librorum inopia, uel temporum inscitia obsoleuerunt, nisi operam nobis suam strenue Ioannes Cornarius nauisset, uir non modo medicæ rei, uerum omnium literarum, quæ quidem sint libero homine dignæ, doctissimo. Edidit autem, ut ipse testatur Responsionū, quibus chirurgiam tractat, Muliebrium passionum, Græcarum epistolarū ad Prætextatum, Adiutoriorum, Medicaminū, Celerum passionum libros, qui tamen temporum iniuria interciderunt, qui nobis casus propemodum & hos ipsos libros eripuisset iam ad interitum spectantes, nisi in lucem nobis asseruisset uir cum splendore uitæ, tum literarum studio præditus incredibili Philippus Furstenbergius Consul Francofurdiensis. In Oribasio autem cum multa deprehendissemus deprauata, usu tamen ac ueluti præscriptione quadam longi temporis usurpata, non libuit immutare, ne pandectarum dignitatē eleuaremus, quarum cum bona pars ex Oribasio sit conflata, tum eius loci apud nostræ tempestatis medicos, ut non secus atq; oraculum, sicubi scrupulus inciderit, ad eas confugiant. De quo ne plura dicam Suidas facit, cuius hæc sunt de Oribasio uerba: Ὀρειβάσιος σαρδιανὸς γνώριμος ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου, καὶ κοιαίστωρ ὑπ' αὐτοῦ κατασταθεὶς κωνσταντινουπόλεως. ἔγραψε πρὸς τοὺς ἀπορούντας τῶν ἰατρῶν βιβλία δ. πρὸς ἰουλιανὸν βασιλέα βιβλία οβ. ἐπιτομὴν αὐτῶν ἐν βιβλίοις θ. πρὸς εὐστάθιον τὸν υἱόν. καὶ περὶ βασιλείας, καὶ περὶ παθῶν.

Cælius Aureli: Siccensis.

Oribasius.

Habes igitur clarissime uir fœturam hanc apud nos proxime renatam animi erga te mei testimoniū, qua si tibi emunctissimæ naris uiro satisfacio, uici: hoc enim uel maxime studui: tum si qua ad medicinæ Candidatos utilitas perueniet, in lucro ponam. Vale & Principi me nostro diligenter etiam atq; etiam cōmenda. Basileæ XXI Augusti, Anno

M. D. XXIX.

INDEX EORVM QVAE OPERI SPARSIM INSVNT.

A

Cystophilos

Dulcia

G

H

I

L

Sudore

FINIS

CAELII AVRELIANI SICCENSIS IN V LIBROS CHRONION PRAEFATIO.

PRAESCRIPTIS celerum passionũ libris, tardarum placet curationes ordinare, quæ solo suprapositionis tempore superioribus similes, in lenimento uero uaria recorporatione formantur, & peritis medicinæ claram æternãq; gloriam quærunt. Celeres enim, uel acutæ passiones etiã sponte soluuntur, & nunc fortuna, nunc natura fauente. Quo fit ut ignari homines elati sæpe medicos fugiant, cum hos prouẽtus incantationibus nouis ac ligamẽtis adscribant, aut fortunæ, cum quoties repentino nuntio læti aut territi ægrotantes, mutatione quadã corporis morbos excludunt, uel ea per intemperantiã gerunt, quæ ratione occulta sibi profutura nescientes, duce desperatione committunt: In utrunq; enim faciles celeres passiones accipimus: Pelluntur enim aut fluore sudoris, aut sanguinis per nares, aut uentris. Chroniæ autẽ uel tardæ passionis morbi, qui iam præiudicio quodam corpora possederint, solius medici peritiam poscunt, cum neq; natura, neq; fortuna soluantur. Podagrã deniq;, uel phthisin, aut elephantiasin, uel similes tarditate passiones resolui nulli sectarũ principes meminerunt, sicut sæpe febres acutæ soluuntur. Hinc deniq; Græci ASCLEPIVM nomen sumpsisse dixerũt, quod dura curando primus superauerit uitia. Scribentium igitur medicinam nullus ante Themisonem tardarum passionũ curationes principaliter ordinauit. Alij uero has omnino tacuerunt, tanquam impossibiles iudicantes, uel incurabilium passionum: Alij Alyptarum officio transmittendas crediderũt: Alij disperse atque de alijs passionibus scribentes, ut podagra, sanguinis fluore, hydropismo, paralysi, alopecia, uel quartanis typis, ut Erasistratus & Asclepiades. Themison autem tardarum passionum III libros scripsit. Item Thessalus secundo libro Regulari earũ curationem ordinauit. Dehinc Soranus plenissime cunctarum diligentiam tradidit, atq; speciale corpus scripturæ formauit, de passione capitis initia sumẽs, quod nos quoque faciendum assumimus.

Asclepius unde nomen inuenerit.
Themison.
Alyptæ.
Erasistratus.
Asclepiades.
Thessalus.
Soranus.

CAELII AVRELIANI SICCENSIS CHRONION LIBER PRIMVS.

CVI HAEC INSVNT.

DE CAPITIS PASSIONE, QVAM GRAECI CEPHALAEAN NOMINANT. CAPVT I.

κεφαλή. A PARTE CORPORIS QVAE PAtitur paſſio nomen accepit: Nam cephalen Græci caput uocauerunt. Generatur autē ſæpius perfrictione aut frigiditate, aut è contrario ſolis exuſtione, aut continuatione uigiliarum: ſed uehementius fœminas tenet ob diligentiam capillorū. (Fœminæ obnoxiæ cephaleæ.) Sequitur in paſſione conſtitutos dolor uehemēs capitis totius, aut dimidij, quem conſueto nomine hemicraniam uocant, (ἡμικρανία.) uel certe temporū, quē dolorē crotaphon appellant. (κρόταφος.) Occupat etiam oculorum radices, & occipitium atque colla, tendens uſque ad ſpinæ partes, ut cum ſedere ægrotantes uoluerint uertigine adficiantur, atque oculorū caligine cum nauſea & fellis uomitu. D Ac ſi paſſio uehemēter cœperit, rubri atque prominentes oculi fiunt, deiectis & concluſis palpebris euitantes lumen, cum lachrimarum fluore, cibi etiam iugi faſtidio, & obtuſione uiſus, aurium tinnitu, & difficili auditu. Sequentur etiam uigiliæ iuges, aut frequentes, dentiū dolor, & acceſſionis initio ſanguinis è naribus paruiſſimus guttarum fluor, nihil releuans. Erit igitur locandus ægrotans, ſi totum caput doluerit, ſupinus; Si autem ex parte, ea parte quæ patitur: mitigatur enim quodam blandimento ſtraminum pars in dolore conſtituta. Peiorante paſſione ſequitur uultus deprauatio, pulſus obſcuritas, & omnes ſenſus obtuſione afficiuntur. Hac paſſione alij celeriter atque cum febribus; quem dolorem proprio nomine ſectarū principes capitis uocauerunt. Alij tarde atque ſine febribus per interualla temporum admoniti ſolo dolore capitis oppreſſi, quam paſſionem ueteres cephalæan uocauerunt. (κεφαλαία.) Pati autem aliqui membranam cerebri dixerunt, alij eam quæ teſtam circuntegit, alij omnem cutem capitis, alij temporū atque buccarum muſculos, quos ſiagonas appellant. (σιαγώρ.) Nos uero aliquando iſtorū aliqua, ſecundum quod ſe ſenſus doloris extendit: aliquādo omnia, ſecundum quod fomenta uel acceſſiones paſſionū ordinate ſe ingerunt; ſimiliter etiam ſicut dimiſſiones atque delinimenta conuariant, &

nunc

A nunc longioras & puras, nunc angustas & sordidas accidentium malorum reli-
quias in accessionem reliquerint. Item secundum superpositionē tempore acces-
sionis. Item secundum quod nunc diurnas, nunc intercapedinatas, interpositis *Diurnas dixit*
diebus uno uel duobus, sicut quos typicos, aut periodicos appellamus, aut he- *pro cōtinuas.*
mitritaicos, pro responsione temporum habuerint uariantes. Igitur de dolore ca- Τυπικοί.
pitis in acutis febribus accidenti prius de febribus memorauimus: De illo ue- Περιοδικοί.
ro qui sine febribus, atq; tardus, & suæ passionis est, nunc dicemus. Cum itaq; Ἡμιτριταϊκοί.
adhuc paruus fuerit sensus, oportet ægrotantē iacere loco mediocriter frigido,
atq; obscuro, paulo leuatius capite collocato, adhibito silentio, atq; corporis &
animi requie, cum abstinentia cibi usq; ad primam diatritum. Adhibenda etiam Διάτριτος.
articulorū leuis fricatio, cum capitis fomento ex oleo frigido atq; uiridi, uel suc-
co quolibet admixto, qui sine repercussu ualeat astringere, ut polygoni, arno- Πολύγονον.
glossæ herbarum, aut intybi, aut portulacæ, aut rubi, quem Græci batum appel Βατός.
lant, aut anulorum uitis, quos helicas uocant, uel uuæ lupinæ, aut anagallidis, Ἕλιξ.
uel sideritis herbæ, aut murtæ. Hinc etiā cataplasmata adhibenda ex horum sin
gulis, aut admixta pulenta, uel compositum ex multis eius uirtutis medicamen
fronti apponendum, ut est diatheon: Si uero uehementior fuerit dolor, erit lo- **Diatheon.**
candus ægrotans loco amplo, atq; calido mediocriter, & neq; plurimum lucido,
ne nimius splendor officiat: Apponendæ etiam lanæ lenes, ac tenues, & limpidæ
ijsdem partibus, cum iugi fomēto ex oleo dulci atq; calido. Ac si coēgerit dolor
ptygmata erunt uicissim lanæ æque mollia apponēda, ex oleo calido expressa tē Πτύγματα.
poribus sub buccarū musculis immota. Tunc etiā uesicæ semiplenæ ex oleo ca-
lido, uel sacelli ex pollinibus calidis cōfecti, manu etiam calida, atq; digitis mol
B li tactu loca dolentia contingenda, cum omni silentio ac requie ægrotantis. Si
autem dolor ad dentes tetenderit, mulsum calidum uel oleum damus, quod in
ore sine ullo motu contineat: nisi quis hoc horrescens in nauseam fuerit prouo
catus. At si uehementius dolor conualuerit, & maiora exegerit, diu etiam per-
mittentibus uiribus in ipsa diatrito, uel ante ipsam sanguis erit detrahendus,
phlebotomia scilicet: sed totum caput dolentibus, ex eo brachio quod facilius
fuerit detractio facienda. Ac si altera pars capitis doluerit, ex eius contraria de-
tractionem faciemus, quo longius adiutorij commotio à parte patienti remota
uideatur. Tunc os colluere permittimus, & aquæ calidæ potum damus. In ipsa
uero diatriton unctionem adhibemus ex oleo dulci atq; calido. Tunc faciemus
foueri faciem ex aqua scilicet calida. Dehinc potum atq; cibum damus, ut est pa
nis aquæ calidæ elutione purgatus, quo difficultate deposita politus fiat. Vel cer
te aliqua similiter fiant, aut cum mulsa mediocriter cocta, aut ex panis pulticula
confecta, quam torineton Græci uocant, cum paruissimo anetho, aqua, sale, & *
melle: item oua sorbilia: Quæ quidem cibatio erit alternis diebus adhibenda do-
nec dolores declinent. At si passio durauerit, erit tondendus æger usq; ad cutem.
Hinc etiam patientes partes leuantur, cum ex alto reflatio quædam uiarum nu-
ditate permittitur, & localibus interea adiutorijs præparantur. Tunc nouacula
radendum caput, atq; cataplasmatibus, & leui cucurbita in accessione, sine sca-
rificatione autem & dimissione releuandum, ex illis scilicet partibus quæ plus
patiuntur, uel fortiore dolore uexantur. Atq; ita sanguisugæ apponendæ, quas
hirudines appellamus, & magis si locorum inæqualitas cucurbitæ non fuerit ca
pax, quo inhærere minime possit. Tunc uaporationes spongiarum ex aqua ca-
lida expressarum adhibendæ, uel calida aut oleo, aut decoctione hybisci, quam
altean uocant. Ac si uenter non fecerit officium plurimis diebus, tunc calidæ, &

C oleo rutæ admixto melle erit iniiciendus ægrotans: sic enim & intestinorũ fotus fiet, & stercorum detractione caput releuatur: quorum motu, ac expirationis ascensu amplius grauabatur. Quapropter etiam pridem, si officium uenter non agnouerat, oportuit adhibere clysterem, priusquam cucurbitæ usus accesserit: dehinc cataplasmatum genus nunc laxatiuũ conuenit, ut est ex lini & fœnigræci seminibus, atque polline ex aqua & oleo admixto melle concocto, uel ex panico diligenter emollito. Declinãte passione, cerotariis atque malagmatis simplicibus utendum, ut est diachylon. Tunc cibus uarius dandus, prædictæ simplicitati uicinus, ut est cerebrum porcinum, uel hœdinum, piscis teneri, turdi, columbarum pulli, uel domesticarum gallinarum: olera quoque cucurbitæ, maluæ, betæ, nunc ex aqua cum oleo atque garo curata, nunc concisa atque trita, & interius condita: magis enim ex hiis facilis uenter efficitur. Quod sæpe etiam sanitatis tempore omnibus profuit, quibus unius diei uentris dilatio caput impleuit. Ante cibum præterea erit adhibenda gestatio, portatoria scilicet sella, sine uehementi motu, quo partes uehementer patientes releuẽtur. Tunc etiam deambulatione utendum, & post perunctionem capiti adhibendus fotus, cum toto corpore supradicto motu laxatũ spiramentis facilibus agitatũ sit: Etenim densa laxantur, & retenta tenuãtur. Dehinc cum declinatio firmior esse cœperit lauacrũ adhibendum. Tunc in alia diatrito quiddam uini aquati offerendũ. Ita cum capitis pausauerit dolor, longo tempore horæ solitarum accessionum erunt euitandæ, atque è memoria eiiciendæ: quibusdam etiam temporibus in requie seruemus ægrotos. Declinandum etiam omne quod potest accessionẽ in commemorationem reducere, ut est adustio, indigestio, uenus, meratus potus, uel plurima

D masticatio durioris cibi, aut curiose conditi, necnon etiam uapores uehemẽtes atque ignea lauacra, exclamatio uehemens, iracundia, uel † uenter nimis adstrictus, & magis post cibum, aut spiritus retẽtio, & eius ad ilia descensus: sic enim oppressio quædam omne caput extendit, dein tardante passione, & nunc superpositionibus exasperata, nunc lenimentis leuigata. Oportet igitur super positione temporis animaduersionem habere, hiis denique quæ supra scripsimus uti: Etenim quæ mitigant celeres uel acutas passiones, ea tardarum superpositioni non conueniunt. In lenimento uero paulo audacius resumendi sunt ægrotantes, & non, ut nuper, timoris adiuncta cautione tempore quo superpositionis asperitas declinabat. Adhibenda igitur uectatio pro uiribus ægrotãtis, fertorio uel sella procurata: ac si purius occurrerit lenimẽtum, & neque æger fuerit uiribus præuexatus, tunc hominum manibus, aut animalium actu uehiculum adhibemus, æquali uidelicet motu, sed perfecto atque æquabili, lucido & mediocriter calido loco: Ac si tẽperata, & sine flatu aẽris fuerit qualitas, tunc etiã sub cœlo erit adhibenda gestatio. Sed necessariò longitudo loci curanda, ne frequenti reuersione uehiculi circulatus gressus uertiginem ingerat ægrotanti. Tunc etiam deambulatio adhibenda, sed primo tarda, dehinc medio tempore fortior, atque paulo erectior extentis cruribus. Hiis uero quibus caput fuerit plurimum releuatum, etiam lectio ante deambulationem erit adhibẽda, si studiosi fuerint ægrotantes, sed leui exercenda uoce, tunc exercitium atque unctio, quæ æqualiter corpus moueant atque curent, ut uestitos faciamus currere: nudos uero cum defricatione perungi. Tunc manus suo motu exerere, uel certe luctationem iugem facere, adhibito doctore, cuius præceptis pareat: Adhibitis sanè hiis rebus quæ implere atque commouere caput ualent, ut sunt ea quæ cum obiectione plurima corporis fieri iubentur: necnon etiam circulatos ductus, atque retrogressus cum saltibus.

Margin notes: μάλαγμα διὰ χυλῶν. — † uenter ob uias abstractus — Lectio quando adhibenda.

A tibus. Tunc ora lauanda, atque articuli fouendi, uel lauacrum per interualla dierum adhibendum. Deposita autem corporis turbatione erit aqua præpotandus ægrotus. Tunc cibum sumere succi facilioris, id est, mediæ materiæ, quam mesen hylen uocant Græci. Dandum etiam uinum tenue paruum. Sed eo tempore quo cibamus adhibenda quoque animi laxatio, quam diachysin uocant: Quæ fiet aut ludicris rebus, aut ioculari facetia, quæ singula artis moderatione adhibita, cyclorum ductu augeri atque minui debent: prædatio initio, cui perfectio consummata respondeat. Est autem resumptiui cycli ordinatio formanda hoc modo: Prima die paruo cibo atque aqua nutritus ægrotans, uel si ferre ualuerit, ab omni nutrimento abstentus, alia die leui motu erit exercendus, atque oleo perungendus: tunc & cibo nutriendus, id est, totam accipiat partem solitæ quantitatis, quam facile percipere atque digerere solebat. Sed panem dabimus limpidum, fermentatum: pulmentum autem oua, uel holerum betas, aut cucurbitas, uel maluas aut lapathos, aut bulbos, uel pisces teneros, ut sunt scari: & auiculas, ut sunt turdi, aselli, iulidæ, ficedulæ: uel cerebrum porcinum aut hœdinum. In hac perseuerantes qualitate atque quantitate duobus uel tribus diebus, iuxta uirium possibilitatem, quo neque parua dando debilitentur, neque adiectionibus perturbati opprimantur. Tunc detractæ partis partem tertiam adijcientes, pulmentum damus turdorum, ficedularum, aut ex pullis columbarum uel gallinarum. Tunc rursum post tres uel quatuor dies aliam tertiam partem panis adijciemus, & agrestia dabimus pulmenta, ut leporis, aut capreæ: Atque ita æquali numero dierum peracto, ultimam partem panis addemus: pulmentum dabimus porcinum tenerum ex aqua, uel non curiose conditum ex anetho & sale.

B Præterea simili modo erit etiam uini facienda partitio, atque per singulas pulmentorum mutationes adiectio: ac si plus ægrotans bibere quàm damus uoluerit, aquam sumat. Simili modo etiam gestatio, atque exercitium, siue motus erit augendus aut minuendus, ad comparationem quantitatis ciborum. Perfecto resumptiuo cyclo erit metasyncriticus adhibendus, primo ex parte, dehinc perfectus. Est enim passio facilis in motu, & natura caput iniurijs aptissimum: siquidem non facile rerum repentinas perferat mutationes. Prima igitur die erit cibo abstinendus ægrotans, tunc alia die parua adhibita gestatione, atque unctione corporis, uel si passio permiserit, lauacro. Rursum panis dabimus partem solitæ quantitatis, quam ante initium curæ facile accipere atque perferre solebat. Pulmentum dabimus salsum, assum, uel coctum, dabimus etiam cappares sinapi madidatas, atque oliuas ex uiridi nouitate messas, quas colimbadas uocant, præcauentes ea quæ facile caput implent atque grauant, ut est porrum, allium, cepe. Potum dabimus uinum, & si perferre uoluerit æger, in ijsdem duobus uel tribus perseuerabimus diebus: sin minus, secunda die salsamentis admiscemus cerebrum uel piscem. Tunc sequenti die panis detracti partem tertiam addemus, pulmentum damus, holus, cerebrum, piscem tenerum, hoc tribus uel quatuor seruantes diebus. Tunc rursum aliam tertiã partem panis addentes, transimus ex mediæ qualitatis materia ad uolantum qualitatem, atque in eadem simili dierum numero perseuerantes, ultimam partem panis addemus: pulmentum dabimus porcinæ carnis. Sed si multas mutationes facere uoluerimus, in quatuor partes medietatem panis diuidimus, ut singulas singulis mutationum pulmentis adijciamus; hoc est, unã mediæ qualitatis materiæ applicantes, aliam uolantum, aliam agrestium, aliam

Μέση ὕλη.

Θυμοῦ διάχυσις.

Prædationem cibi abstractionem uocat.

Λάπαθος.

Κύκλος μετασυγκριτικός.

Colimbades.

C porcinæ carnis. Sed ne quid odiosum è quantitate multorum dierum fiat ægro-
tanti, hoc est, pulmentorum similis oblatio, erit in cõmuni qualitate specierũ di
Δριμυφαγία. uersitas uarianda, ut quibus diebus salsum damus, Græci drimyphagian appel-
† scarum lant, eiusdem speciẽ uariemus. Nunc exẽpli causa dantes piscẽ, nunc † sardam,
Μέση ὕλη. nunc cordulam: Atq; ita in usum mediæ materiæ, quã mesen hylen appellant,
nunc turdos, nunc ficedulas, siue quas miliacas uocant, nunc columbarum pul
los ac gallinarum. Hoc deniq; etiam in alijs qualitatibus pulmẽtorum, siue ma
teriarum erit seruandum, ut eiusdem uirtutis pulmenta specierum mutatione ua
rientur: Erit præterea pomorum quiddam adiungendum, quod inflare non
ualeat. Sed tempore quo porcina utemur erunt etiam olera offerenda: solum
seruandum, ne modum quantitatis excedamus, siue qualitatem rerum datarũ:
† anteriorum Augetur enim oblatio non solum si plurima fuerint † diuersarum specierũ, sed
etiam si plus nutrire ualuerint. In omni igitur mutatione, hoc est trãsitu ex qua-
litate ad quantitatem, prima die oportet curandum aqua uiuere, adhibita perun
ctione. In alijs uero diebus etiam uinum accipere, & lauacro corpus recurare:
Sed nõ omnibus necessariò diebus: siquidem facile caput iugi lauatione ad paſ
sionis uestigia reuocetur. Similiter autem oportet etiam motus corporis augeri
atq; minui. Tunc isto cyclo perfecto erit alius adhibendus solo ex uomitu, de-
tracta drimyphagia: In quo oportet prima die paruo cibo, & aquæ potu ægrotan
tem reseruare: Tunc alia die leui deambulatione motum uomitũ exagitari, ex ra
dicibus raphani, uel hijs similibus speciebus, si loci aut tẽporis causa defecerit co
† intra libræ pia. Oportet igitur radicis cortices in frusta minui paruissima † ad libræ pondus,
pondus quod excedere fas non est. Tunc infuso mulso, & aceto confecto simplici, uel
D scillino hauriendum, atque medendo dare ægrotanti. Sed paulo prius quàm
Ὅρος: cibum libero tempore accipere solet, † ut neque supinus adhuc stomachus,
σκίλλινος. hoc est, cibi adpetitu non admonitus, sine ulla commotione reuomat: ne-
† Videtur de- que rursum appetentia soliti temporis excitus digestioni incitet accepta. Tunc
esse: admonen tenuiter masticans iugiter ex illo mulso ex aceto confecto sorbens transuoret,
dus est. atque cum omnem modum sumpserit leui deambulans motu requiescat, do-
nec ructante stomacho è retento spiritu mordicatione quadam, siue feruo-
ris sensu sentiat altiora pulsari. Quod quidem interposita hora occurrere pro-
bamus. Tunc aquæ tepidæ sumens cyathos duos, ne plurimo potu acrimoni-
am radicis obtundat, immissis digitis uomitum prouocet, atque cum omnia
reddiderit accepta, aquã superbibat plurimam, ut & stomachum lauet, & reli-
quias feruoris extinguat: atque ita prouocato uomitu reiecto potu rursum bi-
bat. Hoc cum tertio aut quarto fecerit, & potum liquore limpido reddiderit, ca
piti leuis fotus est adhibendus, atq; ora aqua calida fouenda. Tunc leui deam-
bulatione mouendus est ob tranquillitatem capitis faciendam, nisi sit soluen
di torporis ex nocumento uomitus illati causa perungendus: hoc est, ex supe-
rioribus ad inferiora membratim deductis manibus defricandus: Sic enim
capitis densitas quæ uidebatur illata soluetur, cum inspiratio facilis totum per
corpus fuerit effecta. Tunc epotis duobus cyathis aquæ calidæ lecto recol-
locandus, & ab omni cibo uel potu abstinendus summa cum requie animi
atque corporis. Dehinc laxata capitis strictura solo dimittendus: quoniam
* prius quàm densitas ex adiutorij commotione illata soluta est, in somnum
facile deuenerunt, non solum suæ causa capitis grauationem seruauerunt, sed
etiam maiorem fecerunt, cum nullo spacio interiecto somnum adiutorio iun-
gentes

A gentes densitatem corporis iunxerunt. Est igitur, ut dicimus, cibo abstinendus, ne sumpta corrumpat ex corporis remanente torpore post agitationem uomitus atque feruorem: quippe cum sæpe manentibus in stomacho squamulis uel folliculis radicum, requie superaddita, atq; cibo nouo commixto, eius necessariò faciant corruptionem: ex qua consequenter caput impletum, etiamsi sua passione præuexatum non fuerit, necessariò constrictum grauescit, cum ex illa putredine corruptionis exhalationes ascensu quodam caput obsidunt. Sicut enim Themison ait, est natura caput carnibus pauperũ & neruosum, & duris cutibus & capillis obtectum, & spiramentis difficilibus natura: tum sensibus quoq; uniuersis formatum, insidens corporibus, atq; accipiens eorum cunctas exhalationes, cum spiritus naturaliter superna petens ex inferioribus trahit corpora ea per arteriam atq; stomachum, quæ sunt corporis ueluti maiora fumaria. Dehinc alia die lauacro utemur, atq; pulmento mediæ qualitatis: Tunc post duos uel tres dies cæteras cycli partes adhibemus. Ac si radices loci aut temporis caussa defuerint, adfectandus ordine supradicto uomitus ex granis sinapis madidati, uel ex liquido sinapi poto, aut mulso ex aceto & pipere confecto, uel cardamomo, aut erucæ semine, aut decoctione thymi, uel origani, aut hyssopi, aut salsamenti, & multis ossibus, cum aceto, uel mulso ex aceto. Tunc profectu cedente, atque limpido lenimento perspecto, præsumpto etiam ægrotanti ingrauescentẽ perferre nunc uomitum, nunc drimyphagian, audemus integrum atque perfectum cyclum metasyncriticum adhibere, ut initium à uomitu sumentes, drimyphagian iungamus, ac deinde per cæteras cycli materias decurramus. Ordinantes præterea etiam localia adiutoria, quorum prima sunt

B adhibenda leuiora, & quæ longe remotis partibus admota transmissa patientibus ingerant curationem, tunc etiam uehementiora. Erit igitur radendum caput, nunc pro capillatura, nunc contra capillaturam, donec cutis rubore adficiatur: Ac deinde in balneo nitri puluere aspergi, & confricari paulo antequam in solium descendat ægrotans. Tunc etiam paroptesis adhibenda erit ex carbonibus æquali uapore medentibus. Alia etiam die cucurbitæ infigendæ plurimæ cum flãma, & primo dorso atq; ceruici, uel cæteris neruis, quos tenontas appellant: tunc capiti. Quæ quidem capiti erunt magno raptu detrahendæ: Dehinc dropax adhibendus, primo cruribus, tunc thoraci, & dorso, ex primo ceruicis sphondylo usque ad clunes, uel earum ultimum sphondylum: Plurimi etenim nerui inferiora quæque communi natura complexi ijsdem paria faciunt superiora. Tunc partium propungentibus pilis capitis, atque buccarum, uel temporum musculis, quos siagonas appellant, collo uel mento cum subiectis gutturis, quæ ante rumam uocant, dropacem apponemus. Sed ne cæteri corporis partes nudæ interea perfrigescant, erunt à duobus ministris mediocriter unctione fricandæ, atque ita cum dropacem detraxerimus, totum perungi corpus oportebit. Ipso quoque capite manu leuiter pertractato, & lauacro dabimus ægrotantem. Hijs itaque adiutorijs relaxatis, atque lentescentibus capitis partibus, uocis quoque exercitium adhibemus, quod Græci anaphonesin uocant. Tunc frequentius sinapismum, ac deinde ptarmicum utile est. Plurimum denique prodest post deambulationem sinapi adhibitum in gargarismum, madidatum prius quàm lauacro æger utatur, uel aridum, ac masticatum, ac deinde aqua calida sumpta, & in ore paulisper retenta, uel piper cum melle. Non quidem hæc humoris, siue phlegmatis de-

Pauperum dixit pro carens

Παρόπτησις. Τένοντες. Δρώπαξ. Σφόνδυλος.

Ἀναφώνησις. Σιναπισμόν. Πταρμικόν. Γαργαρισμός.

C trahendi causa methodus ordinauit, sed ut etiam oris interiora adiutoriorum
agitatione capiti beneficium tradant: quippe cum dolor sæpe ipsas quoque
partes afficit. Ista igitur regula consequenter etiam in betæ nigræ, uel cyclami-
nis herbæ succo in cochlearis quantitate reclinato capite ægrotantis pollicis sini-
stræ manus impressione inflatis narium cauernis infuso uti possumus: Etenim
fit mucilenta humoris excussio, qua ægrotans releuetur, non ob detractionem,
ut supra diximus, materiæ, sed quod adiuncta agitationis utilitas capiti benefi
cium tradat. Est etiam ex localibus adiutorijs usura corporum, ut sunt ea quæ
conficiuntur ex euphorbio, uel adarce, opobalsamo, aphronitro, murra, uel
alijs similibus uirtute rebus. Vtendum etiam malagmatibus, quæ ualeant ex
μαλάγματα μινυθικά. alto causas inductione propria detergere, quæ Græci Minythica uocauerunt.
Meminerimus tamen non prius esse ab adiutorio locali ad aliud transeundum,
prius quàm turbatio corporis fuerit delinita, atque patientes partes aliam recte
poscere cõmotionem adiutoriorũ fuerint uisæ. Quapropter si plurimum uexa-
ta corpora uiderimus, sufficere intelligimus uno in cyclo unum locale adiuto-
rium. In hijs uero quæ minus uexata noscuntur, uel uiribus depurgata etiam
secundo uti licet. Singula igitur adiutoria adhibẽda esse meminerimus sequen
ti die, quàm mutatio facta fuerit materiarum, hoc est, qualitatis pulmentorum
in aliam transitus qualitatem, ut ex antecedenti abstinentia ductile atq; aptum
corpus adiutorijs fiat. Specialiter autem erit dropax adhibendus tempore quo
mediæ qualitatis utimur materia. Paroptesis uero & sinapismus, & ptarmicum,
quod sternutamentum dicere poterimus, tempore quo uolantum utimur pul-
D mentis: Etenim neque adhuc corpus post usum salsamenti debile, neque rur-
sum plurimum nutribili qualitate uidetur esse confertum. Cauenda etenim
uehementer est capitis commotio, quæ sæpe corporis plenitudine fit. Quippe
cum sanos homines plerunque uinolentia, uel indigestione confusos, capitis
κατάῤῥους. motu uexatos in catarrum, atque coryzam uenire uideamus. Solo igitur tem-
κόρυζα. pore, quo drimyphagia utemur, omne erit locale adiutorium prohibendum.
Vel si quisquam omni ex parte fuerit uiribus plenus leue quiddam addiderit:
Sufficiens quippe cum drimyphagiæ uehementia atque recorporatio altio-
rum eo tempore totum penè habitum mutare uideatur, & sit timoris ita cor-
pus adiutorijs exercere, ut eodem tempore superficies cum altioribus agite-
κατακλυσμοί. tur. Vtendum etiam fomentis siue uehementioribus illisionibus aquarum,
quas Græci cataclysmos appellant: Et primo calidarum, deinde frigidarum.
Ordinandæ etiam mutationes earum ad usus naturalium aquarum, scilicet ea-
rum quæ non odore percutiant. Natationes uero sub diuo fieri reprobamus:
Cæteris enim corporis partibus aqua complexis solum supernatãs remanet ca-
put, quod necessariò perfrigescens inæqualitatem corporis facit. Ac si minus ce
dere passionem uiderimus, post frequentiam eiusdem, iterataq; curatione & for
tificato corpore ægrotantis querimonia permanserit, hellebori usus adhibẽdus:
sed primo ex eius insertatione radicibus penetratis, uel mulso ex aceto confe-
cto infusis. Dehinc etiam coquis utendum est, atque diuersis ciborum pul-
Libri responsionum Cælij. mentis, quod quidem latius tertio Responsionum libro iamdudum docuimus:
Vehementi enim motu corpus apertum despuit, ut ita dixerim, passionis car-
nem, qua depulsa naturalis atq; noua succedit. Dehinc si etiam hijs gestis pas-
sio permanens erit, secundo uel tertio utendũ helleboro, sed præsumptis uiribus
ex corporis refectione. Tunc etiã naturalibus aquis utendũ, uel siccis uaporatio

nibus,

A nibus, & longa per maria nauigatione: Etenim fluminales uel portuosæ, atque stagni nauigationes incongruæ iudicantur, humectantes caput infrigidant exhalatione terrena: maritimæ uero latenter atque sensim corpus aperiunt, & salsæ proprietatis causa corpus adurunt, atque eius habitum quadam mutatione reficiunt: Affectandus etiam in aëres teneros atque aquilonios transitus, uel contrarios hijs qui passionem asperare ualent. Adhibenda præterea animi laxatio, & magis post cibum: Omnis enim mentis intentio caput implet. Hæc est secundum Methodicos ordinata curatio. Plurimi autem diuersarum sectarum principes fomenta probauerunt ex oleo rosaceo, atque aceto, & ruta, & herpyllo, peucedano, castoreo, sylphio, atque semine herbæ quam agnon appellant, samsuco, hederarum coma: ex quibus in accessione caput impletũ augmentis asperrimis agitatum atque grauatũ totius passionis duplicat modum: Est enim supradictarũ materiarũ repercussibilis usus, & eo adhibitus tempore, quo mitigatio conuenire perspicitur. Vtuntur etiam purgatiuis medicaminibus, quæ catartica uocauerunt, hoc est, uentrem deducentibus, ex quibus stomachus inficitur, & omnis neruositas uitiatur. Item arteriotomiam probant, & usturam ex cauterijs † ferratis, duorum digitorum spatio super ipsas uenulas effectam. Tunc longo tempore uulnerationis seruata ferri materia purulenta, ex alto atque superficie passionem releuare promittunt: quod nos in accessione noxium atque exitiale iudicamus ob uehementiam motus. In lenimento uero inutile atque adiutoriorũ medelæ contrarium, siquidem prohibeat eorum beneficia penetrare: Non enim fricationes uel cucurbitæ, uel dropaces, aut sinapismi, aut ptarmica, aut cataclysmi, quos nos aquarum illisiones appellamus, uulneratis locis adhiberi aut perferri

B aptissime possunt. Vtuntur etiam frigido lauacro, quod Græci psychrolusian appellant, quod necessariò neruos indurat, ac congelare consueuit obdensatione cutis ac totius corporis. Vtuntur etiam locali uenarũ diuisura, ex qua patientes partes implentur. Dant quoque mastichen masticandam, ex quo in passione cõstituta densatus cõstrictiuæ uirtutis cassatur *. Itẽ Themison primo libro tardarum passionum, quas chronias uocant, phlebotomat atque constrictiuis fomentis utitur ad laxamentum phlebotomiæ, frustratus errore sequenti ex fomentis incongruis. Item imminente augmento duas præcauens horas unctiones adhibet acerrimas, & durissimam fricationem atque constrictionem articulorum, tunc sinapismum adhibet ultimis membrorum partibus, siue summitatibus articulorum, ob auertendam materiam. Plurimas etiam fronti sanguisugas apponit, atque humeris & temporibus capitis, quod est contra sectæ rigorem. Affectandam igitur corporis laxationem, non auersionem materiæ eius dicimus: quippe cum non concurrat, neque conueniat quod faciendum putat, ut eodem tempore articulorum constrictione, & sanguisugarum appositione utamur præseruatis horis duabus, antequam passionis implicent augmenta, cum illo tempore sit requies adhibenda, & sæpe contingat, ut præueniens corpori occupato querela accessionem denuntians, ipsum quoque tempus quod elegisse uidetur, turbare noscatur: sitque nocens appositio sanguisugarum, ex quibus perfricatio atque commotio, uel ex earum morsibus amentia, aut si aliquò sanguinem detrahunt grauis ægros uexatio consequitur. Probat etiam apponẽda malagmata dolori contraria quæ anodyna uocantur, uel castoreum, aut rutam, aut sphondylion herbã, cum cerotario ex oleo rosaceo atque pice liquida cõfecto. Ex ijsdem iugiter iubet odorem capere ægrotantem omnifariam caput implens: atque ita si dolores, inquit, mitigati non fuerint, ex calidis rebus

frigidæ

Maritima nauigatio.

Ἄγνος.

Καθαρτικά.

† *serratis*

Ἀρτηριοτομία.

Καυτήρια.

Ψυχρολουσία.

Themison.

Μαλάγματα ἀνώδυνα.

Ἐμπειρικοί. frigidæ ſpongiæ apponendæ, ad empiricorũ conſilia deuolutus, qui ex contrarijs
C ad contraria tranſeundum cauſis reſiſtentibus probauerunt. Vtitur etiam ſcaro-
ticis, hoc eſt, quæ cutem extendere uel corrumpere ualeant, & ceſſante acceſſi-
one imperat fricationẽ adhiberi atq; fomenta, quorũ item uſus non declinantis
eſt acceſſionis, ſed in toto recedentis. Deniq; peccatis indulgendũ methodicorũ
princeps Soranus digniſſime iudicauit: Adhuc enim, inquit Themiſon, Aſcle-
piadis erroribus & rudimento temporis methodici fallebantur.

DE SCOTOMATICIS. CAP: II.

Σκότωμα, καὶ σκοτωμία, καὶ σκοτωματικὸν πάθος. SCotomatica paſſio ab accidenti nomen ſumpſit, quod repenti-
nas oculis ingerat tenebras. Afficit frequẽter uacuos homines,
hoc eſt, ſine aliquo exercitio uitã ducẽtes, & uinolentos, uel cõ-
ſuetos uentrem purgare medicaminibus potis, & ab eorũ uſu
repente deſiſtentes. Itẽ hæmorrhoidis longo tempore affectos,
& poſt earum amputationẽ nulla recorporatione curatos. Ve-
hementeſcit autem hæc paſſio hyeme, uel uerni temporis initio: præterea ſæpe fu-
Ἐπιληψία. turam denuntiat epilepſiam. Veteres deniq; paruã epilepſiam uocauerũt: Nam
in paſſione conſtitutos repentina uiſus tenebratio atq; nebula cum capitis uerti-
gine conſequitur, ut omnia ſecum moueri exiſtiment. Item ante oculos quoſ-
Μαρμαρυγὰς, ἢ ἀμαρυγὰς, ἢ μαρμαρίνας legendum. dam ſentiunt marmorum maculis ſimiles tractus, quos marmarygas Græci uo-
cauerunt, cum tamen conuerſis oculis omni ex parte non deſerant uiſum. Item
capitis atq; oculorũ grauatio, & ſedere uolentibus timor: ſiquidem ſecũ omnia
putent impelli, uel cadere: aurium tinnitus, ſuperiorum corporis ſudor, aut re-
D pentinus caſus cum celerrima ſurrectione. Aſperatur præterea paſſio ſi ex alto
aſpexerint ægrotantes uel meatum fluminis, aut rotæ uertiginẽ, ſiue ignis. Item
ſi proni quicquam geſſerint, uel maiorem uocem auribus acceperint. Diſcerni-
tur ab epilepſia hæc paſſio, ſiquidem neq; ſenſibus priuat ægrotantes, neq; ſpaſ-
Σπασμὸς. mo, id eſt diuerſo raptu adficit. Item à capitis paſſione, quam cephalæan uo-
cant diſcernitur, quod dolorem non faciat. Separare autem ab iſta paſſione uer-
tiginem, ſiue obſcuritatem neceſſarium non eſt: Siquidem ex hijs ueluti parti-
bus ſcotomatica paſſio cõfecta eſſe uideatur. Eſt deniq; iſtius paſſionis affectio
ſaluti innoxia, hoc eſt, ſine ullo periculo, niſi quis maretenus, aut ex alto cadẽs,
ratione caſus potius quàm paſſionis uiolentia perire uideatur. Curationem ue-
ro eandem adhiberi cõuenit, quæ nuper paſſioni capitis eſt ordinata, non ſolum
generali, ſed etiam ſpeciali ratione.

DE INCVBONE. CAP: III.

Incubus. INcubonem aliqui ab hominis forma uel ſimilitudine nomen
ducere dixerunt, aliqui à phantaſia qua patientes afficiũtur: ſi-
quidem ueluti aſcẽdere atq; inſidere ſuo pectori ſentiant quic-
Πνιγαλίων. quã. Themiſon uero II epiſtolarũ libro pnigaliona uocauit,
Ἐφιάλτης. ſiquidem præfocet ægrotantes. Item quidam ueteres ephialten
Ἐπιβολή. uocauerunt, alij epibolen, quod utilis patientibus perhibeatur:
afficit crapula uel indigeſtione iugi uexatos. Accidẽs igitur ſemel ita ut nullam
uigilantibus querelam aut diſplicentẽ ſanitatem faciat, ſed ſolius ſomni turba-
tio noſcatur, minime paſſio dici poteſt, ſicut neq; ſemel effectus per ſomnũ ſemi-
Ὀνειρογόνον. nis lapſus, quẽ Græci onirogonon appellãt, paſſio nuncupaẽ, niſi iugiter, atq; cũ
corporis incõmoditate fuerit effectus. Eſt autem ſupradicta paſſio epilepſiæ ten-
tatio: Nam quod neq; deus, neq; ſemideus, neq; Cupido ſit, libris cauſarũ quos

ætiologu-

A ætiologumenos Soranus appellauit, pleniſſime explicauit. Iſta igitur paſſione poſſeſſos ſequitur corporis tardiſſimus motus atq; torpor, & magis per ſomniũ grauedo atque preſſura, & ueluti præfocatio quã ſibi quenquam irruiſſe repente exiſtiment, qui ſenſibus oppreſſis corpus exanimet, neq; clamare permittat. Quo fit ut ſæpe erumpentes non articulata, ſed confuſa uoce exclament. Quidam deniq; ita inanibus adficiuntur uiſis, ut & ſe uidere credant irruentem ſibi, & uſum turpiſſimæ libidinis perſuadentem: cuius ſi digitos apprehendere nixi fuerint fugatum exiſtiment. Tunc cum ſomno ſurrexerint, faciem atq; transforationis partes uuidas & humectas ſentiunt, atteſtante grauedine ceruicis, cum tuſſicula leui molli ſtimulatione commota. Plurimũ autem poſſeſſis accidit pallor, & corporis tenuitas, quippe cum ſomnum timendo non capiant. Apparet igitur ſtricturæ paſſio ex † grauedine, tarda autẽ ex temporis tractu, & non ſemper ſine periculo ſalutis: Cum enim uehemẽter impreſſerit præfocatio quoſdam interficit. Memorat deniq; Silimachus Hippocratis ſectator, contagione quadam plurimos ex iſta paſſione ueluti lue apud urbem Romam cõfectos. Quapropter curandos oportet iacere loco lucido atq; mediocriter calido, adhibita requie animi, & corporis abſtinentia, uſq; ad tertiũ diem, quem Græci diatriton uocauerunt. Tunc colla tegẽda atq; caput, & ſtomacho lanis limpidis ex oleo calido præcincto, adhibenda etiam oris collutio ex potu aquæ calidæ. Ac ſi plurima ſtomachi, uel capitis, uel colli fuerit querela, adhibenda phlebotomia, & poſt detractionem perunctio ex oleo calido. Tunc ora fouenda, cibus dandus ſimplex, ſucci faciliotis, paruus, ſorbilis: & ſi paſſio perſeuerauerit cataplaſmata adhibẽda: cucurbita quoq; nunc ſimplex, nunc adiũcta ſcarificatione ex utraq;
B parte gutturis, quam Græci anthereona uocant, nos rumam. Tunc uaporatione utendum, & alternis diebus cibus dandus. Illa uero adiutoria quæ adhibenda diurnis erunt diebus, adhibẽda, ſed longe remotius à nocturno tẽpore. Tunc etiam geſtatio atq; uarius cibus, & lauacrum, & aquatum uinum. Illis uero partibus quas curamus erunt primo cerotaria apponenda: tunc malagmata, ut diachilon, aut diamelilotum, aut diaſamſucum. Fricatio etiam capitis, & denſi pectinis capillorum decurſio, ſuſpiciones etiam ſiue metus imminentiũ ſomniorum auertendi procul fabularum lenitate robore adiecto. Pleriq; enim ſibi fingentes uel formantes futura, uoluntarios penè cauſarum motus efficiunt: ac ſi paſſio tardauerit leuioribus admonita monitis, conuenit etiam radicum uomitus atq; drimyphagia: capitis quoq; detonſio, ac corporũ uſus acriorum. Item dropax, ſic enim aut ex ſupradictis adiutorijs ægritudo ſoluetur, aut ſi peiorauerit epilepſia neceſſariò ſequetur.

Αἰτιολογούμενοι libri Sorani.

† aliàs: ex grauedine tarda, aut

Ἀνθερεών. Ruma.

Diurnis dixit pro continuis ut ſupra capite primo.

DE EPILEPSIA. CAP: IIII.

Epilepſia uocabulum ſumpſit, quod ſenſum atq; mentẽ pariter apprehendat. Appellatur etiã puerilis paſſio, ſiquidem in ipſis abũdet ætatibus: & ſacra, ſiue quod diuinitus putetur immiſſa, ſiue quod ſacram contaminet animam, ſiue quod in capite fiat, quod multorũ philoſophorũ iudicio ſacrum atq; templũ eſt partis animæ in corpore natæ: ſiue ob magnitudinẽ paſſionis: maiora enim uulgus ſacra uocauit: ſacrũ dictũ mare, ſacra domus, uelut tragicus poeta ſacrã noctẽ, hoc eſt magnã: Fit pleruq; uel naſcitur ex uinolentia, aut indigeſtione, aut cõtuſione: uel ut Aſclepiades, percuſſu atq; diuiſura membrorũ quæ cerebrũ tegũt, aut nimio timore. Sed eius paſſionis ſpecies duæ eſſe probanẽ: una

Ἐπιληψία.

Morbus ſacer

Sacra magna dicta ſunt.

quæ ſomno ſimilis altiſſimo uideatur: alia diuerſo raptu corpus afficiat. Quarũ
C prima grauior iudicatur, ſiquidem ſit ſimilis apoplexiæ: quarum quidem commixtio tertiam facere ſpeciem poteſt. Pleriq; enim raptu atq; contractu corporis adfecti uel adprehenſi ſecundo in altiſſimum ſoporem deuenerunt. Sed horum differentia generaliter inutilis curationi inuenitur. Pronos autem ſeu decliues, aut uenturos in ipſam paſſionẽ ſequuntur communia accidentia etiã cæterarum paſſionũ quæ ex membrana cerebri oriuntur, ut grauedo atq; uertigo capitis, & interior ſonitus, conſenſus etiam occipitij, oculorum intentio, aurium tinnitus, aut difficilis auditus, & cum uertigine uiſus obtuſio, uel quædã præ oculis quaſi propendentia, macularũ marmoris ſimilia, quæ Græci amarygmata, ſiue marmarygas uocãt, uel araneorũ caſſibus, aut nubibus tenuiſſimis ſimilia, aut paruulis uolantum animalibus, ut ſunt culices. Item uelut ſcintillarum micas, aut circulos igneos circunferri præ oculis ſentiunt ægrotantes: Linguam quoq; inflexibilem cum ſaltu muſculorum, & dolorem à tergo inter ſcapulas. Sequitur etiam gutturis durities, atq; præcordiorum iugis inflatio cum oſcitatione, ſternutamento, & ſaliuarum fluore, & cibi faſtidio, aut immodico appetitu, uigiliæ iuges, aut plurimus & inanis ſomnus, inſomnia turbata, & ciborum difficilis egeſtio, uel nulla, & manifeſta cauſa ueretri tentigo, & frequens Veneris delectatio. Aliquãdo etiam per ſomnum ſeminis lapſus, quem Græci onirogonon uocauerunt: mens ſuſpenſa cum anxietate, & nullis ex maioribus cauſis facilis iracundia, atq; paulo ante geſtorum obliuio, & eorum quæ caliginem facere ualent facilis ſenſus, obtinẽte paſſione occupato corpore, ſenſuũ priuatio acceſſione dominante. Sequitur & quibuſdam immobilitas perfecta cum ore demiſſo, atteſtante pallore cum aſpiratione tarda & pulſu magno, atq; alti ſoporis ſimili
D oppreſſione. Alios uero raptos diuerſa diductio, atq; ſaltus, & uultus contortio, uel oculorum ſequetur: quæ ſæpe perſeuerans etiam poſt acceſſionẽ ſtrabos fingit ægrotantes, atque contrariò quibus tarda fuerit correctio naturalis uiſus ſimulant æquitatem. Sequitur etiam gutturis ſtridor, & ſingultus cum rubore uultus, & uenarũ inflatione, & aliquando pulſus atq; ſpirationis ceſſatio, tunc per interualla reſumptio, palpebrarum quoq; ſuſpenſa poſitio, & illiſio dentiũ atq; ſtridor, & linguæ prolapſio, quæ ſæpe quaſſatione, ſæpe inciſura uexatur. Sequitur etiam præcordiorum ad ſuperiora raptus, uel ſtercorum & urinæ inuoluntaria emiſſio, ſudor roſcidus rigenti corpore. Aliquibus etiam confuſæ uocis emiſſio, & ante dimiſſionem per os atq; nares ſpumarũ fluor, acceſſione ceſſante omniũ geſtorũ ignorantia, atq; corporis dimiſſa uolutatio, cum mœſtitia uultus ægrotantis. Sequitur tunc oſcitatio & diſtentio corporis ueluti uoluntaria, & inſolitus uiſus. Piger motus & totius corporis marcor: oculorum etiam permanens turbatio, atque uenarum frontis extantia. Aliquibus etiam mentis alienatio, & nulla notorũ agnitio. Alio autem tempore plurima ex antecedentibus conſequentur quæ ſupra memorauimus: hoc eſt, tenebratio uel caligo, cum proni quicquam geſſerint ægrotantes, aut nauem, aut rotam figuli celeri motu ferri conſpexerint: aut aquam fluentem, uel altitudinem, aut rupem uiderint, aut ſtrepitum uel clamorẽ audierint, aut uehementer refrixerint, uel igneis lauacris uſi fuerint, aut odoribus nimium bonis uel malis adfecti, ut ſtoracis incenſi, aut thuris, aut bdellij, aut gagatis lapidis, uel bituminis, aut ceruini cornu. Præterea acceſſionum motus nunc ordinatos, nunc inordinatos ægrotantes accipiũt: & nunc interuallis longioribus, ut menſium duodecim, nunc anguſtioribus plurimũ uel parum, ut eodem menſe uel die frequenter agitentur. Noctibus quidẽ

Ἀμαρύγματα. Μαρμαρυγαί. Ὀνειρογόνος.

inquietati

A inquietati, & quidam antecedentibus signis accessionem fore denuntiant: quidam sine ullo denuntiatiuo motu, quo fiet ut magis periclitentur: Alij enim prænoscentes futura, motibus solitis admoniti, in domibus se continendo tutantur, accessionē præuenientes: quam cum sentiunt propinquare, eligunt locos quibus tutò, ac sine ulla turpitudine iactentur. Alij uero istorum ignari publicis in locis cadendo fœdantur. Adiunctis etiam externis periculis, quæ passionis non esse uideantur, loci causa præcipites dati aut in flumina uel mare, cadentes aut in balneis uentris solutione coacti. Signa autem sunt post lenimentum futuræ rursus accessionis, ex quibus affici in passione uenturos memorauimus, somnus turbatus, uel cibi corruptio sine ulla manifesta causa. Item ueretri sine ratione tentigo, & Veneris appetentia, uel seminis per somnum iactus, quē onirogonon Græci uocant: iracundia, mœstitudo, & cætera quæ nuper posuimus. Item segnities cum pigro motu in officia solita, & grauatio cum quodam somnifico mœrore uultus, decolor atq; † maior inflatio, oculorum quoq; ueluti depraúatio, cum deiecto quodam uisu: Nam suspicere difficile est ægrotāti, hoc est aërem supernum attendere. Quod si tentauerint, facile rursum abducti uicinas quoque oculorum partes ad inferiora conuertunt. Vel si repentino motu caput in alteram conuerterint partem, uertiginem sentient cum tremore atq; torpore, cum digitorum contractu uel dolore, aut crurum grauedine, & summitate manuum uel pedum. Ex quibus multis uel cunctis interrogatione acceptis passionē dicere poterimus, nisi præsentibus in accessione facilius nobis cognitio fuerit declarata, uel ætatis, aut aliqualibet causa æger sua narrare non potuerit accidentia, quæ supradicta ratione apprehendere poterimus, & accessionem futuram prænoscere: conijcientes etiam temporum responsionē, quanquam summatim accessionum ordo sæpe seruetur. Communiter autem hæc passio frequēs est in pueris, & magis tempore quo dentium natiuitates habentur. Accidit etiā primæuis, atq; medijs ætatibus: senibus uero difficile: nam uehementius afficit proximos natiuitati infantes, quàm pueros, aut uergenti ætate atque seniores: siquidem uiribus inualidi passionū impetum tolerare non possint. Solet deniq; hæc passio pubertatis tempore, siue nouæ purgationis in fœminis, aut primi partus quadā naturali nouitate facile detergeri corporis mutatione suffecta. Quod si minime uenerit, plerunque patienti consenescit, nisi aut longo tempore natura pugnante, aut medicinæ diligentia fuerit superata. Irruit autem omni tempore corporibus, sed magis uerno. Frequenter simile pati epilepticis, & à matrice præfocatæ mulieri inueniuntur: siquidem non aliter sensibus priuantur, sed discernuntur quod in ultima accessionis parte per os atque nares spumarum fluore afficiantur. Hæc est passionis cuncta specialis significatio. Curationis autem adhibendæ causa erit necessariò adhibendum genus, quod sit passio stricturæ, atque uehemens, & difficulter frequentans, tarda, superpositionibus atque lenimentis uariata. Cuius quidem superpositiones nunc plurimis tempora temporibus accessionis generalia superpositionis occurrerunt. Sed quæ forte superpositiones plurimis ex accessionibus fuerint confectæ, nunc quotidianos, nunc tertianos, nunc hemitritaicos faciunt typos. Difficile est enim hanc passionem in continuationem uenire: siquidem præuentu mortis interueniente minime continuatio intelligi possit, & sit impossibile, iugibus diebus aut sensibus priuatū, aut motu carentē, aut diuerso raptu affectum in uita manere. Item lenimentorum aliqua pura ac limpida, aliqua turbata concurrunt: & aliqua latiora, aliqua angusta, aliqua horum mediocria. Patitur enim cōmuniter omnis

† *manuum*

B

Epilepsia quo discernatur à scotomatica paßione.

C neruoſitas,ſed principaliter caput,ſicut ex antecedentibus conijcere poterimus,
&ex hijs quæ poſt acceſſionẽ remanere uidentur. Curandum autem oportet pri
mo cũ tenebricoſitate uel uertigine uexatur, iacere loco lucido atq; mediocriter
calido, altioribus ſtramentis capite ſubleuato: Et ſi raptus fuerit conſecutus, di
gitis erunt palpebræ differendæ,atque iugiter ab omni motu ſeruandus ob ſpaſ-
mi paſſionẽ: Iubendum etiam miniſtris manibus calidis nunc caput atq; frontẽ
Ἀνθερεών. cum blanda fricatione, nunc collum atq; gutturis partẽ, quam anthereona uo-
cant,contingere. Alijs etiam manuum ſummitatẽ atq; pedum tenere iubemus.
Præterea frigeſcentia corporis uaporari, corrigi etiã ea quæ forti raptu torquen
tur. Ac ſi minime conſenſerint, erunt in eodem ſchemate ſeruanda, ne ulterius
torqueantur. Tunc quodam laxamento captato corrigẽda, ne nimio occurren
tia certamine ſuperare cupientes, neruorum quaſſationes faciamus. Linguam
quoq; relocare curabimus,atq; mentum corrigere, uel coæquare. Tunc calidis
Μετάφρενον. pannis thoracem uaporare, atq; inter ſcapulas, quod Græci metaphrenon uo-
Διάφραγμα. cant: Laxatis enim diaphragmatis partibus, quod nos thoracis atq; uentris di-
Ὑπόζωμα. ſcrimen dixerimus: laxato etiam hypodymate,ſiue membrana quæ latera ex in-
terioribus contegit,ſine ullo periculo poterit collectus ſpiritus exhalari. Appo-
nenda etiã ueſica oleo calido ſemiplena pubetenus, atq; ueſicæ partibus,ut ipſæ
quoq; mitigatæ cõquieſcant: Ac ſi dentes conciderint, ut præfocationis excitent
Χαλινός. meatum,immiſſione digitorum ſiniſtram compaginem, quam Græci chalinon
uocant, hiſcentes dimittemus, ne ſpumarum emiſſio tardetur. Tunc per inter-
ualla ægrotantẽ inclamantes excitamus, & eius ora ſpongia ex aqua calida ex-
preſſa detergemus, dehinc caput fouemus iugiter. Cum ſtatum ſumpſerit acceſ
D ſio,plurimo atq; dulci oleo calido,&lanis mollioribus infuſo omnia cõtegimus:
Τένοντες. magis autem occipitiũ, & maiores neruos, quos tenontas appellant. Tunc gut
Ruma. turis atq; rumæ partes, quas anthereonas appellant, cum temporibus & bucca-
Σιαγών. rũ muſculis, quos ſiagonas appellant. Sudores etiã ſi fuerint ingruentes raptim
detergemus, ne corpora perfrigeſcant. Tunc collectum humorem detrahimus
Melota. appoſitione digiti, aut lanæ, aut ſpongiæ melotæ inuolutæ: perſeuerans enim
longioris temporis facit acceſſionem. Ac ſi minime reſumentem uiderimus,
Σικύαι. erunt cucurbitæ leues apponendæ, quas Græci ſicyas appellant, ſtomacho atq;
thoraci, & interſcapulis atq; præcordijs. Sed ſi infans ætas fuerit patiẽtis, erunt
maiora prohibenda ob debilitatem uirium. Sed eum nutrix amictu contegens,
oleo fouens,concluſu corporis corrigere meditetur. Aut ſi ſpumarum quicquã
comparuerit, quod in ore teneatur, mulſum tenue deſtillet paulatim, & neq; iu
giter, quo commorationem faciat ſpirandi. Tunc lac offerat dimiſſione perfe
cta, ſiquidẽ ſit craſſius,atq; maioris nutrimenti. Dehinc cum forte potuerit poſt
acceſſione mammam ſumere, erit melle papilla linienda, quo facilior ſumptio
fiat,atq; neruorum laxatio celebretur. Corpus quoq; neceſſario nutriatur: tenu-
atur præterea etiam liquidorum craſſitudo, & uenter mollitur: coniicientes etiã
ſingula paſſioni accidentia, quæ ita corrigere debemus, ut à generali regula ni-
hil diſſentire uideamur. Tunc etiam curationis diligentiam per nutricem ægro-
tanti præſtare tentabimus, iubentes & à lauacro abſtinendũ, atq; ſine uino atq;
eſu perſeuerare: Tunc deambulationibus atq; exercitio leui geſtari, quo hume
Sphæræ ludus ros magis exerceant, ut eſt ſphæræ ludus, uel exultationis cuiuſpiã. Item iuben
dum cibum ſumere ſucci faciliores,uel interea mulſum. Ac ſi forte ipſam quoq;
hac paſſione uexari uiderimus,erit ab officio remouenda. Non aliter etiã ſi qua-
libet paſſione affecta malo ſucco atq; corpore habituari uideatur: nam hoc Græ

ci cachexiã

A ci cachexian uocauerunt. Erunt igitur hijs perfectis aliæ nutrices exhibendæ, ex quorum sano lacte infans nutriatur. Quomodo autem sanum lac, uel communiter nutrices bonæ probentur, muliebribus libris, quos Græci gynecion uocant, docebimus. Interea ipse quoq; infans erit à lauacro seruandus. Tunc post tertium diem in domo locandus, & primo oleo calido, tunc oleo & aqua calida fouendus. Vitanda præterea quorum timore infantes afficiuntur, ut sæpe fictæ formidines. In ætatibus uero quæ ferre maiora adiutoria possint, accessione trãsacta erit phlebotomia adhibenda. Aliqui enim medici statim phlebotomandos probant, sicut etiã Thessalus se uelle demonstrat. Aliqui prima diatrito seruandum existimant, quo speculentur utrum post unam accessionem passio soluta recessisse uideatur. Sit præterea non solum inane, uerumetiam noxium phlebotomiam adhibere: Quippe cum prædicendum probent ex accessione secunda, utrum passio augeatur, & hoc phlebotomiæ exigat adiutoriũ, & phlebotomatus cibi refectione toleretur. Alij uero discernẽter aiunt hoc adiutorij genus adhibendum, ut qui forte iam consueti passione afficiuntur, reseruato ordine lenimentorum, statim accessione facta phlebotomentur. Hij autem qui in prima incursione passionem accipiũt, in tertium diem, siue ut Græci uocant, diatriton differantur, siquidem sit incerta accessionis recursio. Nos uero, ut Soranus docuit, neq; omnes intra diatriton phlebotomamus, & magis eos qui primo incursu passionis afficiuntur. Plurimi enim ægrotantes corrupto cibo admonentur, & est præcauendũ indigestione sauciatos phlebotomare. Neq; rursum omnes in tertium diem probamus reseruandos: Cogente enim passione, nullo subiecto indigestionis obstaculo, erit arripienda phlebotomiæ commoditas, non solum
B hijs qui iam sæpe admoniti passione uidẽtur, sed etiã in illis qui primo inuasu afficiuntur. Cessante etenim accessione inesse passionẽ conijcimus: siquidem generaliter sit maligna, & frequẽtius tarda quàm celer, nisi adiutorijs medicinalibus destructa à corpore depellatur, aut ullo naturæ, aut fortunæ beneficio: nisi tardãdo corpus tenuerit, ut solius medicinæ diligentiã poscat: iudicare enim est incertum, utrũ passio post accessionẽ primã inesse corpori, an soluta uideatur: siquidem ex occulta ueniat apprehensione causarum, & oportet methodicũ sine ulla falsitate regulas intendere curationũ. Videmus deniq; phlebotomiæ cõuenire: Nam passionales cœnotetes argui uidebuntur, si utrum passioni conueniat fuerit dubitatum. Sed quia sola temporũ quæstio flagitari præspicitur, erit conijciendum ante secundam passionem adhiberi posse phlebotomiam: siquidem initiũ uehementiæ atq; magnitudinis causa passio transcedat, ut sæpe contusio corporis, aut fractura, uel ignis ustura: stare autem nec declinare poterit passio: horũ enim difficilium morborum propriũ est sine ullo destructiuo adiutorio non celeriter temporum nequitia transire, hoc est accessionis augmentum. Sed neque propter abstinentiam cibi, quam necesse est post phlebotomiam adhibere, erit hoc adiutorium declinandum, quando corporis uires ferre ualuerint, hoc est, ut & sanguinis detractionẽ, & abstinentiæ tolerent. Deniq; etiã alijs passionibus affectos, ut exempli causa, synanchicos sine ulla ratione phlebotomamus. Quare sicut superius diximus, post casum rectos epilepticos cessante accessione paruo tempore differimus, quo turbore spiritus, atq; liquidarum materiarũ deposito tranquillentur. Erit enim speculandum, ne qua indigestio siue corruptio cibi subesse uideatur. Quod ita intelligere poterimus, si nauseantem uel ructantem fumosas exhalationes ægrum uiderimus, attestante mordicatione atq; tormentis, intestinorũq; inflatione: quæ si non fuerint, perfecte digestum iudicabi-

B 2 mus.

Καχεξία.
Γυναικείων
Cælij libri.
Thessalus.
Soranus.
Κοινότητες
morborũ.

C mus: Quippe cum forsitan præoccupato corpore iamdudum futuræ accessionis causa aut paruum sumpserit cibum, aut in totum abstinuerit. Sed si, ut supra dictum est, corruptus extiterit cibus, erit phlebotomia in tertium diem differēda, fouendū caput cum cæteris partibus, hijs adhibita collutione cum uini abstinentia. Tunc erunt somno dimittendi, atq; à cibo seruandi usq; ad primum diem. Sed si quicquam corruptionis ex indigestione superare uiderimus, erit per uomitum depurgandum: ac si nulla fuerit corruptionis uel indigestionis suspicio, erit statim adhibenda phlebotomia moderata detractione, ex brachio scilicet, sed cum præcautione defectus, quem Græci lipothymian uocant: siquidem facile passionis accessionem imitetur. Tunc post phlebotomiam erit adhibendus potus, atq; oris collutio cum paruissimo potu, &† somno abstinēdus: Ac si accessio in secundum diem durauerit, prædicto periculo eius propinquis uel ministris, atq; adiutoriorum ex ratione uenientiū exitum incertū, ne nobis quicquam male gestum imputetur, si forsitan ui passionis superatus ægrotans uitam finierit, & intemporaliter nos quisquam adiutoriū adhibuisse arguat, phlebotomiam adhibemus, tanquam in continuationibus paruam indulgentiam pro dimissione accipientes: Vt si exempli causa parum requieuisse agitatione seposita ægrū uiderimus, ut nullo raptu tentetur: Vel contrariò, si forte oppressis sensibus motu caruerit, aliquas partes corporis mouere uideatur, ut palpebras, quæ iamdudū motus similitudine possessæ fuerant. Dehinc post detractionē sanguinis procurata facie, ex spongia calida erit mulsum in os ægrotantis distillandum: tunc secunda die dandi mulsi cyathi duo, uel tres: Tertia uero die ante horam solitam erit perungendus oleo calido atq; dulci, toto corpore sub stramentis. Tunc detectus aqua calida ora foueat, & post æquatū corpus accipiat succum paruum, luculentū, mollem, lenem, calidum, digestibilem, ut est panis, uel alica ex aqua confecta, aut pulticula ex pane, quam torsiniton uocant, ex oleo, aqua, sale, uel melle condita, ex prima diatrito usq; ad declinationis tēpus: quod probare poterimus ex minutione accessionū siue accidentiū. Alternis diebus cibum sumat, ne passione affecta neruositas etiam illatione cibi grauata digestionis officium sustineat, sed magis laxamentū ex abstinentia consequatur. Tunc si uenter non fecerit, uel si suum officium non impleuerit, ob detractionem grauatum quo corpus releuetur, erit inijciendus calidæ & oleo per clysterē. Tunc præsentato uentris officio erit tondendus, atq; nouacula omnis capillatura radenda. Ita in alia diatrito cucurbita occipitio apponenda collo, uertici & temporibus capitis, cum scarificatione, & cōmunibus cataplasmatibus utendum, quibus omne caput cum neruis maioribus, quos tenontas appellant, contegamus. Tunc buccarum musculos, quos siagonas appellant, atq; omnes inter scapulas partes cum stomacho, usq; ad locū quo discernitur uenter, quem diaphragma uocant, ac deinde præcordia, atq; uesicā simili curatione laxamus: Singula etenim passione raptus uexata accessionis tempore accipimus: ac si aliqua in parte corporis querela extiterit, cucurbita imponenda. Sed neq; coadceruatim, neq; uno tempore omnes erunt partes curandæ, sed partiliter, atq; diuerso, ut nunc stomachus, nunc uesica, nunc inter scapulam releuetur, quo necessariò caput relaxatum adquiescat. Tunc spongiæ euaporationibus, qui curationē labori sustinuerunt recuramus, atq; ungentes oleo cōmuni, siue quia iam licitū est cyprino uel irino. Tunc cerotarijs mollibus, ac deinde scarificatis locis inducta apponimus cerotaria. Conuenit etiam enuasin adhibere, de qua Adiutoriorū libris docuimus. Dabimus cibū plurimū atq; panosum. Si aliqua in parte capitis grauedo

Margin notes: Λιποθυμία. (beside "sed cum præcautione defectus"); † cibo (beside "potus, atq; oris collutio"); D (beside "cum paruum, luculentū"); Ἔνυασις. Libri Adiutoriorum Cælij. (beside "no uel irino … docuimus")

A uedo, uel dolor, aut punctio, aut torpor occurrerit, erunt sanguisugæ circulatim apponendæ: quæ si sufficientē fecerint detractionem, adiutoriorum modum dabunt: sin minus, hijs detractis cucurbitas infigemus, ut per earum uulnera detractio procuretur. Tunc rursum cataplasmatibus utemur, atq; uaporationibus spongiarum, dehinc cerotario partes contegimus. Profectu accedente dabimus olera non acriora, atq; ita gestationem adhibemus sellarem: etenim uehiculi motus rotarum uertiginem caliginemq; facit ægrotanti, quæ passionis imaginē ferat. Tunc deambulatione mouendus pro temporis aëre, atque loco lucido, & longo ductu, ne iugi conuersione uertiginem sentiat: Dehinc si ferre ualuerit, etiam uocis atq; corporis exercitio utemur, monentes ut neq; spiritum retineat, neq; pronus uel circunflexus, aut sæpe conuersus aliquid gerat, sed pingui unctione defricatus stanti exercitio moueatur. Tunc cum facilitas corporis fuerit accepta lauacrum adhibemus, caput fouentes sine ullo percussu manibus subterpositis: implet enim sensum eius demersio. Tunc etiam in aqua calida, quam † pygolithon uocant, deponendi sunt ægrotantes, ne percussu frigoris neruositas afficiatur. Post lauacrum uero †parum differentes, quo feruor ex capite releuetur, dabimus aquam præbibendam. Tunc cibum uarium, simplicem, media qualitate confectum. Et post primā uel secundam diatriton dabimus quædam in cibo quæ uinosæ sint qualitatis, ut sunt poma, quo corpus uinum daturi prætentemus, ut tutò dare possimus: Atq; ita seruandũ, ne hijs gestis somnus suspensus, uel concisus, aut adiuncta phantasia sequatur, & insomnia faciat turbulenta, quod ex relatione patientis discere poterimus. Item si grauedo uel torpor in aliqua parte corporis fuerit, ut dolor, aut punctio, uel saltus, erit in aqua
B calida perseuerandum, atq; illa prohibenda, quæ uinosæ qualitatis danda præcepimus. Sin uero ex hijs nulla fuerint prosecuta, dabimus lauacro remoto mediocriter uinum lene, parum, ut exempli causa, semunciā uel unciā, medio scilicet cibo, aquatissime temperatum. Tunc in alia diatrito lauacro uinum iungemus: Sed præ cæteris erit animi laxatio procuranda, quo corpus consentiēs nullis obstantibus curis facile sanitatis repetat qualitatem. Ac si resumptio recurrēs nihil uirium perficere permiserit, quo etiam carnatũ corpus ostendat bono attestante colore, erit consuetudini dimittendus ægrotans. Eadem sanè curatione utendũ etiam in hijs qui cum nondum sunt epileptici, eo tamen ferri uideantur. Hoc enim solum seruabimus, quum signis ad passionem minantibus fuerint absoluti, eos consuetudini reuocemus: Facilius est enim imminentiũ auersionē, quàm præsentium depulsionem † facere. Sin uero passio tardauerit, & propterea plurimis fuerit accessionibus uariata, erit partienda curatio secundum superpositionem & lenimentũ: ita ut superpositionis tempore ijsdem utamur adiutorijs, quibus acutas passiones curari perscripsimus: Neq; enim phlebotomum reprobamus, permittentibus uiribus: siquidem longo interstitio superpositiones occurrere uideantur. In lenimento uero resumendos dicimus ægrotantes, cum recorporatiua curatione dirigēdos iusta cyclorum regula, sicut latius cum de capitis passione diceremus scripsimus. Quapropter ob resumendum corpus adhibenda gestatio, sella uel cathedra, aut deambulatio, aut uocis exercitatio. Itē lectionem, perunctionē aliptarum præceptis ordinatā, sine ulla capitis inflatione geramus, ne immodico labore affectũ corpus uexare potius, quàm reficere uideamur. Tunc lauacrũ languorum interuallis adhibendũ, uarius dandus cibus, panis limpidus, atq; studiose elaboratus. Pulmen[illegible]um uero ex mediæ qualitatis materia, ut oua, pultes, olera, quæ non sunt acerrim[illegible] uirtutis. Item uolantũ leuiora,

Caligo passionis imaginem fert.

πηγὴν διαυγῆ.

† *rarum*

† *credere*

C & pisciũ teneriora: dehinc post resumptiuũ cyclum adhibendi recorporatiui, & primo ex parte, tunc perfecti, in quibus esse uomitus ex radicibus debet, uel simi libus materiarum rebus, ut nuper docuimus: atq; ita drimyphagian, exinde con tiguas sibi pulmentorum materias ordinamus. Item adiutoria localia, ut exem pli causa, primo capillos decurramus ex pectione, nunc pro capillatura, nunc contra capillaturam: tunc tonsuram adhibentes, dehinc nouacula caput raden tes, & cucurbitas alijs atque alijs partibus recorporatiuas imponamus. Tunc tropacis raptum adhibemus, sed longe primo remotis partibus, tunc uicinis, dehinc patientibus: dantes etiam masticandum sinapi, uel piper, aut staphysa griam. Item sternutamentum ex helleboro uel astrutio, & pipere, & castoreo, uel hijs similibus adhibemus. Nariũ quoq; apophlegmatismũ adijcientes, atq; (σύμπασματα.) fricatione balnearum nitri pulueris, & cæteris sympasmatibus, quæ ruborem fa cere ualeant, ut sunt ex pyretro, staphysagria, adarce, euphorbio, pipere, calcis gleba, & pumice. Tunc cataplasma ex sinapi, atq; malagmata, quæ detergere (*Acopa.*) & pabulis afficere corpus ualeant. Item acopa acriora, sed quæ tetri odoris non sint, toto corpore illinienda: magis tamen capiti atq; ori, conclusis palpebris: quæ immittenda sunt etiam aurium cauernis. Gargarizandum sinapi, adhiben da etiam aquarum illisio, qua patientes partes percussæ mutari cogantur, quod (*Hellebori sumendi cautio.*) Græci cataclysmũ appellant. Hijs deinde perfectis cyclis resumpto corpore hel leborũ adhibemus, sed longe superpositionis seruantes occursum. In omnibus quidẽ adiutorijs exercitioribus adhibendis, tunc magis in helleboro monemus præcauendũ. Deniq; si nullam accessionẽ denuntiauerint signa, hijs qui ordinẽ seruato admonentur, ante decem uel duodecim dies, uel generaliter pro longi D tudine lenimenti porrectius erit adiutoriorũ regula dirigenda. In hijs uero qui ordinate admonentur, eo tempore adhibenda curatio, quo conijcere possumus medium præteritæ atq; futuræ accessionis. Sic igitur hoc genus diligentiæ intuen dum, ut cum æger somnum decusserit, primo requiescat paululum iacens, non solum suspicans indigestionẽ cibi, uerumetiã donec persecutione quadam pro pria corporis fuerit facta digestio, ne ex uigilatione sequenti, atque laxamento membrorũ, & tenuitate, uel purgatione spiritus iamdudum somno turbati atq; crassi fiant, quo etiam sæpe officia impediri noscuntur, cum nondum totum re currens occupauerit corpus. Vnde sæpe factum est, ut experrectis hijs quæ illico intueãtur fallantur, nisi perfricatis oculis intẽderint. Neq; clamare uel currere fa cile possint: siquidem ui quadam somni nunc arteria, hoc est gutturis uia, aspe retur, & raucos faciat: nunc fatigata corpora densitate neruorũ, irruente spiritu crassiore, afficiat percussione uel quassatione similes plagas ingerendo. Has igi tur ob causas æger plurimo tempore somno deposito tardare debet, præcauens lucis autoritatem, quam mox discusso somno intueri minime potest, ne repenti nõ percutiatur uisus. Item disputationibus uehementibus animũ exercere decli net. Tunc resumptus atq; releuatus somni plenitudine, sub stramẽtis leni uncti one tangatur semel, uel secundũ corporis singulas partes laxamenti mediocris causa, atq; frigoris cautione leuem & delectabilem gestationẽ, ut fertoria sella, uel cathedra. Sed prohibenda erit exclamatio, siquidem uehemẽter moueat par tes patientes. Tunc deposito turbore motus, unctione olei fricetur, cõductis & extentis brachijs, flexo atq; extento motu releuans singula crura commoueat, quo fortioribus motibus faciat aptiora. Fouẽda etiã ora aqua calida: nunc enim erit lauacrũ prohibendum, atq; ita post perunctionẽ cibum accipiat paruum, suc culentum & leuem, ut oua, pultes pisceis teneri, quæq; ex uolantibus paruæ ætatis

atq;

A atq; formæ, ut ficedulæ, turdi: declinans omne quod fuerit acrioris uirtutis, siue inflare ualentis, aut carnosæ, uel grauis. Quapropter etiā à uino erit abstinēdus, uel per interualla ab omni cibo seruādus: Releuatur enim hoc genere corpus ieiunitate reflatū. Sin uero aliqua signa accessionis futuræ apparuerint, ut somnus turbatus, uel cibi corruptio, uel iracundia inanis, ac sineratione, item mœstitudo uel sternutamentū, aut auriū tinnitus, uel præ oculis scintillarū fingibilis uisus, aut inflatio præcordiorū, & per somnum seminis inuoluntarius iactus, quē onirogonon uocant, & horū similia, non solum ad uitæ regulam transeundū est, uerumetiā initiū ex abstinentia sumendū. Tunc leuis adhibendus motus, atq; perunctio, & cibus, quo corpus salutaribus officijs non deseratur. Vt enim ijsdē ciborum regulis perseuerare tutū non est, sic è contrario iugis immobilitas, atq; cibi abstinētia uacuato corpore solitis nutrimentis, uires extinguit futuris temporibus necessarias. Quæsitum etiam utrū contradicentibus signis accessionē fore, an præsentē siue factam iudicemus. Sed tunc erit accessio iudicanda, quoties ceciderint in ea ægrotantes: quo discere poterimus, quo tempore diatriti tempus sit numerandū, ut recte possint curationes suis reddi temporibus: Nam denuntiata signa iam præsentia accessionis esse contendit. Nos uero prætangi neruositatē, atq; in accessionē urgeri recte probamus, ut augmenti indicia tanquā præludere uideantur, ut sunt in hemitritaicis febribus frequēter accessione imminēte corpora præoccupata, cum noctis anxietate pulsata diei fore asperitatem significant. Ita igitur uel simili ratione præmonitus epilepticus, tanq; si accessione uexaretur, erit usq; ad primā diem abstinendus, & neq; similiter agendus, ut pridie cum fuisset in lenimento purissimo. Quapropter abstentus una die, sequētibus

B leui motu, antecedente unctione, atq; paruo cibo nutriatur, aquā bibat. Tunc si rectius habuerit, ut laudabilior sanitas appareat, augēda oblatio cibi, alternis scilicet diebus, nunc qualitate, nunc quantitate. Tunc nisi ex omni parte signa supradicta erit rursum abstinendus una die. Sin uero fuerint expulsa uel depugnata, non erit illico reddenda ægrotanti consuetudo, tanquā nihil sit quod sollicitudini remansisse uideatur. Neq; rursum inani suspicione, tanquā iam imminentis superpositionis metuentes aduentū, in tenui uitæ regula retinere debemus patientē: Vt enim oportunitas adhibita abstinentiæ futuras amputat superpositiones, atq; earū occasiones detrahit, sic importune adhibita corpus uexat, atq; fatigatione affectū tarde surgere facit in solitas uires. Quapropter cum summa cautione, & sine ulla nimietate seruati, blanda regula resumendi sunt ægrotantes, quò asperatas accessiones fore metuamus. Tutius autē esse probamus, ut supra dictum est, longe ante futurā accessionē ad hellebori usum accedere: quo accepto si irruerit accessio, erunt omnia mitigatiua adhibenda, quæ accessionem ualeant temperare: In strictura enim constitutis altioribus, hoc est stomacho & uentre, mitigatiua laxatione adhibita, etiam medicamini excludendo præparat uiam, & præfocationis amputat metū. Sin uero post purgationē nullum periculum subierit præfocationis, causa refectionis adhibenda resumptio est, cum hijs quæ ualeant accessionem temperare, ut odoramenta sine ullo percussu medentia, atq; nutribilia, ut est panis calidus, melo, cucumis, & hijs similia. Destillandus etiā helleborismus, sed ex melle decocto. Ac si initio uomitus ex accessione emerserit, cucurbita multa cū supposita ori uentri infigēda, tunc sequēti parti, secundū quod medicamen ad inferiora teneatur, donec accessio leuigetur tēperamētis supradictæ rationis, ne cōcursus passionis & adiutorij præfocet ægrotantē. Erit igit̄ sustollēdus ægrotās subiectione manuū ex utraq; alarū parte cū capitis

sustentatione, atq; leuiter inclinandus. Tunc si medicamen ad superiora cucurrerit, & transuorationis ceperit partes, quo spiramenta obstruere uideatur, illisis dentibus, atq; ore clauso, uel erumpens per naturales uias, quæ ad fauces de capite feruntur, in nares defluxerit, ac rursum decurrens gutturis meatum clauserit, præsens præfocatio metuẽda. Quapropter immissis digitis, ex utraq; parte buccarũ circa maiores dentes oris facienda distantia. Tum imponẽda ptygmata multiplicia, quæ si forte defuerint, cuneos ex ferulis scissis mittere poterimus, quod scientes ægrotantem seruemus, atq; medicamen ad faucium partes ueniẽs spatio quodam exceptum facilius excludatur. Seruanda etiam tempora, quibus medicamen faucibus occurrit, adiuuantes eius exclusionem, in faciem inclinantes ægrotantem, atq; eius ora calida spongia detergẽtes: distillantes etiam in os mulsum: sic enim ueluti despumans resumit, aut deponit accessionis pressuram releuatus ægrotans. Ac si non sufficiens hellebori fuerit agitatio, quam Græci sparagmon uocãt, & paruo euentu successerit perseuerãte passione, erit etiã secundo, uel tertio hellebori usus adhibendus, sed præsumpto uiribus ægro: quippe cum non ijsdem uti omnibus necesse sit, & destruendæ passionis causa una sola sufficiens & perseuerãs exhibitio approbetur. Vtendũ etiam aquis naturalibus, hoc est, naturali uirtute medentibus, sed quæ nulla odoris uexatione adficiant ægrotantem. Adhibenda igitur natatio, & sole corpus torrendum, quod Græci heliasin uocant, sed prætecto capite. Vtendum etiam potabilibus medicaminibus, uel electarijs ex hyssopo, & origano, & thymo confectis: Principaliter enim corpus mutant recorporationẽ faciendo ob acrimoniam, dehinc etiã corpus succorum naturalium tenuant qualitate: Emolliendus nanq; uenter, & peregrinatio imperanda terrena atq; maritima, si ferre nauigationem potuerint patientes. Tunc etiam exercitia uehementiora, quæ labore corpus afficiant affectãda, quo magis fortitudo quàm corporis robur augeatur: Est enim semper grauabilis carnatio, & magis si tenuibus fuerit imposita uiribus, & in hijs passionibus, quæ in neruis esse noscũtur. Vnde neq; facile curationis est credendus effectus, quo depulsam passionem iudicemus, nisi legitima accessionũ tempora soliti concursus sine ulla inquietudine, atq; plurima transierint ægrotantes: Somnos quoq; sine ullo impedimento duxerint, & uigilias placidas, ac liquida sanitate moderatas, nulla etiam difficultate officiorum animæ uel corporis impeditas, attestante cibi sufficienti appetitu, cum digestione congrua, & corporis nutrimento mediocri, uel egestionum naturalium moderato exitu, bono attestante uel immutato colore. Seruanda præterea multo tempore omnis nimietas, ut frigus, ustio, indigestio, uinolentia, libido, lauatio, & magis ea quæ specialiter passionẽ in commemorationẽ ducunt, ut odores percussibiles, aut splendor nimiæ lucis, aut resultantium materiarũ. Item strepitus, clamatio, circulatus cursus, extentio, aut ex alto despectio, siue fluminum celerrimus fluor. Vt enim ulcerũ recentes cicatrices facili occasione soluuntur, non aliter hæc passio, uel alia quæq; similis nequitia paruo impulsu repetit corpus: quippe quod proxime dimisisse uidebatur. Ac si forte neq; ita fuerit æger ab epilepsia liberatus, nihil minus adhibendum, sed magis perseuerandum curatione probamus: Dabit enim hæc diligentia uel ex parte beneficium, quo neq; frequẽtius admoneatur ægrotans, neq; longioribus accessionibus opprimatur, neq; turpiter in furore, uel publicis in locis apprehensus etiam post passionis impetũ animi luctatione uexetur: Quibus enim prima uel optata non proueniunt, erit secunda mitigationis causa capiẽda. Hæc est secundum ordinẽ methodica epilepticorũ curatio. Aliarũ uero

Margin: C (at "sustentatione"); σπαραγμός (at "sparagmon"); ἡλίασις (at "heliasin"); D (at "peregrinatio"); Non fidendũ subitæ sanitati. (at "effectus")

A sectarũ principes uaria rerum temperatione, siue experimento curationis adiu-
toria cumularunt, caput fouentes aceto atq; oleo rosaceo puro, uel immixto ca-
storeo, in accessione frigidis utentes: Articulos quoq; omnes ligatione constrin-
gentes, sternutamento commoto ex aceto, naribus interius flato cum sinapi
uel castoreo oleo irino infuso cum calchanto, uel sulphure uiuo, aut astrutio in-
censo, uel hijs quæ ad matricis præfocationes incendenda posuerunt. Item hys-
sopum & origanum, & thymum, uel ignis flammam oculis offerentes, cum titil-
latu quodam & oppressione præcordiorum ad inferiores partes. Iubent præte-
rea motum corporis adhibere, gestationem uel deambulationẽ, aut supra sindo-
nem uolutari, sinapisandas etiam manus ægrotantium atque pedes, & ante ac-
cessionem perungi tapsia caput, & spiritũ continere. Alio uero tempore, hoc est
dimissionis, uini atq; carnis imperant abstinentiam, & magis porcinæ uel bubu-
læ, & caprinæ. Prohibent præterea supra pellem caprinam dormire siue iacere
ægrotantem: siquidem passionis faciat motum. Adhibent etiam clysterem iugẽ
atque acerrimæ uirtutis, & medicamina diurinalia, quæ diuretica uocant, atque Διουρητικά.
purgatiua per uentrem, quæ catartica uocant, & horũ magis cui nomen est hie- Καθαρτικά.
ra, quæ non erunt, inquiunt, tertio minus singulis mensibus offerenda. Tunc Ἱερά.
capitis diuisuram accuratã, quam chiasmum, dehinc scarosin uel medicamine, Χιασμός.
siue ignis ustura. Item terebrationẽ testæ, uel arteriotomiam, uel usum uenereũ, Σκάρωσις.
aut è contrario eunuchismum faciendum probantes. Dant etiam bibendum lac Ἀρτηριοτομία.
asininum, cum sale uel sanguine testudinis marinæ uel humano, aut uituli ma- Εὐνουχισμός.
rini: & non solum sanguinem, uerumetiam coagula quæ lacti miscentur. Item
mandendam mustelam, sed longo desiccatam tempore: & tunc corda homi-
B num atque equorum, quorum crura quasi impetigines habent, siue asinorum,
uel mulorum. Item testes uel ueretrum marini siue fluminalis cancri, & porcel-
lionis, hoc est, animalia quæ humectis & aquosis locis sæpe nascuntur, à Græ-
cis appellata onisci: dehinc squamulas ferri, cum aqua in qua fuerit candens fer- Ὀνίσκοι.
rum prætinctum. Dant etiam cameli cerebrum fumo siccatum atq; concisum,
sed infantibus uel pueris odorandum: perfectis autẽ ætatibus bibendum ad mo-
dum cyathi cum mulso & aceto tribus cyathis. Similiter etiam leporis cor, & ce-
rebrum gauiæ. Alij uero etiam ligamenta probauerunt, & magos adhibendos,
atque eorum incantationes, quæ quantis sint uexationibus confertæ, etiam per
se probantur, sicut latius Adiutoriorum libris docuimus, nunc tamen paucis
memorauimus. Constringens igitur fomentũ, atq; tetri odoris, uel aceto & oleo
rosaceo, & castoreo percutit & grauat, & tumores constringit: & si, ut putant,
materiam redarguit, abactum tamen cutibus ad cerebrum, & eius membranas
reuocat: Et sunt hæc exteriorum comparatione magis salutaria. Præterea est ue-
hementer noxium, frigidat caput accessionis tempore fouere: quæ enim dimissi-
one releuata mitescunt, eadem frigida densatione magis grauantur. Item liga-
tiones neruos densant, atq; corporis oppressio, quam fieri iubent: Defricatio in-
temporalis, hoc est accessionis tempore geminat passiones: Accidentia enim
si temporaliter quidem uidentur lacessitis sensibus in resumptionem uenire, to-
tam tamen passionem peiorant, non aliter quàm si quisquam turbatos oculos
manutigio, quod Græci chirapsiam uocant, temporaliter fricando releuare ui- Manutigium.
deatur. Item non aliter sternutamenta medicaminibus commota accessioni nõ Χειραψία.
conuenire probamus: Quippe cum neq; in linimento passionis constitutos hoc
adiutorio facile inquietare liceat: nisi certo regulæ ductu præparatos, quo ca-
put releuetur gestatione tenui, ac deambulatione: siquidẽ hoc adiutorij genus
initio

C initio impleat caput, dehinc medeatur. Quod ſperandum in hijs qui acceſſione
agitati earum partium plenitudine uexantur, ſi etiam ſternutamento fuerint cō
uitiati, cum magis oporteat paſſionis illatam ſoluere turbationem. Eſt præterea
acetum moleſtum naribus inſufflare, ſiue ſolum, ſiue cum alia qualibet percuſ-
ſibili materia: Conſtringit enim atq; denſat tumentia, & turbata perturbat, &
ea concurrere compellit, quæ acceſſionis uiolentia excludi coguntur. Item non
aliter mutiles atq; ſatiabiles ſunt incenſiones, ſiue fumigationes & odoramen-
ta ex pice, bitumine, ſpondilio, caſtoreo, galbano, acerrimæ atq; grauabilis uir-
tutis cauſæ, & iniucundioris, adeo ut etiā recte ualentium impleant caput, & eo-
rum qui nunquam, aut difficile earum partium querelam prodiderint. Nunc ta
men hijs odoramentis acceptis uertigine atque grauedine urgeantur, & non ali
ter tumentes oculos fumigatio adficiat, quàm etiam tumentes cerebri membra-
nas: neceſſariò enim cogit in ſimilem uenire paſſionem. Percutit etiā ignis flam
ma, ſiue eius affectatus ſplendor multus: Deniq; etiam in lenimento epilepti-
cos conſtitutos, lucis importunitas, atq; eminēs percuſſio in commemorationē
facit acceſſionis uenire. Noxia etiam præcordiorū preſſura, quam adhibendam
probant, iudicatur: Mitiganda enim ſunt acceſſione commota, & nō uiolenter
atq; contrario conatu reprimenda. Grauis etiam ſine dubio uidetur ſupra ſindo
nem iuſſa uolutatio: quippe cum leui conuerſione corpus affectū, non ſolū leni-
menti tēpore epilepticos in uertiginē mittat, uerumetiā recte ualentes ſimiliter
afficere uideatur. Articulorum quoq; ſinapiſmus acceſſionis tempore tumorem
geminans, etiam paſſionē neceſſariò peiorem facit. Eſt item intemperabilis ante
acceſſionē punctio ferulaginis, quam Græci tapſian uocant, cum oporteat mo
D tam paſſionē, atq; in peius coactam mitigare potius quàm prouocare: & quo-
ties eius neceſſarius eſt uſus lenimenti tempore, toties, atq; melius ſuæ uirtutis
impleat beneficium, cum importune adhibitus partes faciat emori: Has deniq;
νέκρωσις Græci necroſes uocant. Item ſpiritus retentio, quam faciendam probant acceſ-
ſionis initio, ſenſus implet, non, ut quidam uolunt, repercuſſo ſpiritu futuram
prohibet acceſſionem. Premit etiam potius quàm diſcutit ea quæ iam ſuo mo-
tū denſari uidentur. Abſtinentia uero uini atq; carnis, quam iugiter fieri iubent,
uel unius anni ſpatio, impedit recorporationis faciūdæ profectum, quem auge
re neceſſariò mutationum uarietas poteſt: Quod facile ignaris notum fiet ex ui
tæ conſuetudine, quæ ſi eadem fuerit, procul dubio corpus infirmat: Quippe
cum iugis potatio aquæ demiſſum faciat corpus, & neq; numero dierū, uel men
ſium curandi regula ſit conſtituēda, ſed paſſionis temporibus, quorū mutatæ re-
gulæ cōmutantur, ut ſub eorum rigore damnū aquæ uel uini miniſtretur, hoc
Caprina pellis etiam de carnis uſu erit conijciendum. Caprina uero pellis odoris tetri cauſa no
xia capiti iudicatur, non ſpeciali atque priuata ratione. Item iugis atq; acerrima
Vrinalia medicamenta. clyſteris iniectio inteſtina conradit, atq; neruos uitiat. Vrinalia quoq; medica-
mina, quæ diuretica uocant, ueſicæ infectione capitis membranas commouēt.
Purgatiua. Item purgatiua medicamina, quæ catartica uocant, defluxionem corporis fa-
cient, atq; ſtomachum euertunt, capitis etiam accuratā diuiſuram, quam chi
aſmum uocant, & teſtæ perforatio, & uſtura cutis medicamine uel igne ſuffe
cta, quam ſcaroticam uocant, & arteriotomia patientes partes inſumit, & utili-
bus renititur rebus. Siquidem nulla te comparatiua adiutoria iiſdem locis ad-
Venus parua epilepſia. hibere permittat. At uero concubitus, ſiue Venus, quam adhibendam pro-
bant, ab aliquibus parua epilepſia nuncupata eſt: Siquidem ſimilem faciat
membrorum motū diuerſo contractu, anhelatione & ſudore atteſtante, & ocu

lorum

A lorum conuersione cum rubore uultus, ac deinde post effectum displicere fa-
ciat sibimet corpus cum pallore, & quadam debilitate uel mœstitudine, adeo
neruos afficere male uideatur, ut sæpe imminente accessione per somnum iactu
seminis ægri præpurgentur, quod Græci onirogonon uocauerunt. Item eunu-
chismus uires amputat, non epilepsiam soluit: Lac quoque sumptũ facile acescit,
& propterea grauans epilepticos male probatum uidetur. Non aliter etiam po
tus sanguinis testudinis, siue hominis, atque uituli marini, & sumptio coaguli, quod
Græci pityan uocant. Mustelæ quoque, siue hominum caro siccata, & equorũ im *Πιτύα.*
petigines, uel ueretrum, atque testes canis aquarij, uel porcellionis supra memo-
rati, quos oniscos appellant, & aqua de squamulis siue tinctionibus ferri, & cor *Ὀνίσκοι.*
leporis & cameli, siue gauiæ cerebrum male probatur: Etenim neque ex occultis
causis, quas Græci ἀδήλους αἰτίας uocant, rationes ducunt: Neque ex aliqua conta *Ἄδηλοι αἰτίαι.*
gione siue tentatione, ut empirici uolunt, approbata in usum uenerunt medi *Ἐμπειρικοί.*
cinæ. Quippe cum intelligi, uel apprehẽdi naturali aut fortuita rerum domina-
tione minime possit, uti hijs maxime ita insuetis atque nouis, & odiosis generibus
materiarum, quarum nihil usu grauius esse uideatur, ipsius quoque comparatio-
ne passionis, sitque admirandum quod de aëre atque uigilijs, uel somno & potu, &
cibo, uel hijs quæ necessariò sumuntur, nihil experimenti utile collegerint, de
hijs uero ita execrandis, & crudelibus, atque inhumanis, plerunque etiam periculo-
sis curationes ordinare uoluerint: Non enim sanguinẽ tauri potum interficere,
* ut Themistoclem: lac coagulatũ, uel caseum coctum, aut oratorem, & imaginẽ *Themistocles*
recte reprobauerunt, si quisquã humanum sanguinẽ facere minime crediderit, *poto sanguine*
quo falsò memorata à ueteribus cætera uideantur. Accusatis igitur, siue nuda- *taurino mor-*
B tis summatim ueterũ curationibus, non est absurdum etiam cum nominibus er- *tuus est.*
rores arguere singulorum. Hippocrates de epilepsia scribens communiter ait: *Hippocrates.*
Quisquis in humano corpore agnouerit siccandi uel humectandi, aut frigidan
di, uel calefaciendi causas, idem etiam istius passiones poterit uidere rationẽ, &
neque quomodo, neque ex quibus, neque quando uel quousque hæc fieri debeant tra
dere curabit. Item Diocles libro quo de passionibus scripsit, in hijs qui ex uino- *Diocles*
lentia, uel carnali cibo istam passionem conceperint, phlebotomiã probat, ante-
cedentes potius quàm præsentes intuens causas. In hijs uero qui ex corporis ha
bitudine in istam uenerint passionẽ, humoris crassi detractionẽ probat adhiben
dam, quem appellauit phlegma. Vtitur etiam urinalibus medicamentis, quæ *Vrinalia me-*
diuretica uocant: item deambulatione ac gestatione. Quæ si etiã uera essent ad- *dicamina*
iutoria, ob paruitatem tamen numeri & magnitudinis suæ, magnæ passioni diffi *Διουρητικά.*
cile possent paria pronuntiari, aut eius destructioni sufficere. Item libro Cu-
rationum phlebotomans utitur medicamine catapotio, quod stomachũ euertit, *Καταπότιον.*
atque post cœnã uomitũ facit, exhalationibus implens caput. Potat etiam aceto,
sternutamentũ commouens prius quàm in somnũ ueniant ægrotantes, profecto
intemporaliter cõmouet sensuales uias. Dat etiã absinthium, centaurion, & lac
asininum, & equorũ impetigines, uel mulorũ: neque tempus adijciens factis, &
odiosis ægrotantes afficiens rebus. Praxagoras uero secundo libro Curationũ *Praxagoras.*
caput imperat radendũ, adhibens fricationes & cataplasma ex aceto sine Vene-
re, dolentibus speciebus etiam sternutamentum commouens, & ieiunũ uomitũ
per singulos dies, utens etiã poto lacte cum mulso atque sale. Item deambulationi-
bus plurimis atque uehemẽti motu, celebratis & potionibus urinalibus, & cibis ua
rijs, & agninæ carnis, siue hœdinæ, atque porcinæ & catulorũ, dans acetũ bibendũ
atque uinum, & post uomitũ sternutamenta & odoramenta probans, & spiritus

retentionem.

retentionem. Item ustturam atq; incisuram partibus, adhibens etiam uentriflua medicamina: & cum accessionem uiderit commoueri, deprimit partes quæ fuerint in querela, atq; defricat castoreo, & uituli marini ueretro, siue uirilibus hippopotami, aut testudinis sanguine, uel rhombi marini, omnia cōfundens: Non enim initio rasio capitis est adhibenda, nec aceto densandum corpus, neque diurno uomitu uexandum, siquidem fortitudinē tollant: neq; plurimo sternutamento, implet enim sensus: neq; urinalibus medicaminibus, siquidē corpus nimiū laxent: neq; purgatiuis, siquidem non aliter uexent: neq; catulorū carnibus, propter suæ qualitatis horrorem: neq; detentione spiritus accessione imminente, tunc enim tēpus est requiescendi: neq; cōpressionibus, asperant enim tumores: neq; curiosis odoramentis, siquidem caput impleant: neq; incisura, ob inutilem dolorem: neq; ustionibus, superpositionis enim tempore asperant ob tumorem passionem. In lenimento uero resumendos uexatione doloris fatigāt, & usui recorporatiuorū adiutoriorum obsistunt: neq; coagulo uituli marini, uel ueretro, aut testibus hippopotami, uel testudinis sanguine, aut rhombi marini. Hæc omnia experta neq; ratione, neq; regula, sed tentatione probatur. Itē Asclepiades primo libro Celerum uel acutarum passionū, eos qui corporis raptu affiiciuntur solos imperat phlebotomari, non aduertens, quia ex eadem adstrictione generales quæq; species epilepsiæ formantur, sed accessione grauior altera cōparabitur. Quapropter magis exigit phlebotomiæ beneficium. Item phlebotomatos iniici iubet clysteri, uel collyrio, quod balanon appellant, odoribus tetris adhibitis, & fumationibus, & naribus aceti insufflati insufflatione, atq; uolutatione in syndone præstita. Prohibet sanè carnales cibos & uinū, sed imperat Venerem, quorum accusationem atq; improbationem ex ante scriptis accipere poterimus. At Serapion primo libro Curationum multis ex rebus diligentiam curandi confundit. Vngit enim residuum corpus oleo, colla uero aceto cum oleo rosaceo, constringens ea quæ laxatione indigeant. Tunc exercitio adhibito dat mulsum bibendum, ex aceto confectum, ac deinde nihil accipere iubet ægrotantes, sed quiescere. Tunc deambulare circa uesperam, ac rursum conquiescere, & deambulationem repetere. Tunc lauari, & adhibita requie bibere hyssopi decoctionem cum aceto, atq; mel in trium heminarum quantitate, tunc cibum sumere, erroribus mille stomachum uexans, ut semel cibo reficiat. Vtitur etiam ante unum uel duos dies, si ordine certo accessiones occurrerint, nunc sanguinis detractione, nunc purgatiuis medicaminibus: sed nunc per superiora, aut albo helleboro, nunc per inferiora, aut scamonia, uel nigro helleboro, & hijs similibus pernitiosis turbationibus corpus adficiens eo tēpore quo requies adhibenda est, ne ulla occasione accepta accessio generetur. Ordinat præterea quæ specialiter passioni congrua medicamina nuncupauit, ex castoreo & equorum impetiginibus. Sunt autem squamulæ anteriorum crurum sub armorum partibus in ipsis animalibus natæ, has Græci lichenas uocant, siue chelidonas, nos uero, ut supradictum est, impetigines uel hirundines. Dat etiam cameli cerebrū atq; fella, & coagulum uituli marini. Itē dat medicamen quod ex crocodili terreni stercore confectum probat, & leporis corde, & lumbis, & testudinis marinæ sanguine, uel testibus apri, uel arietis, aut galli gallinacei. Adhibet etiā odoramenta, & iniectiones clysteris, nōminus ab epilepticis in curationibus cadēs. Item Heraclides Tarentinus secundo libro Interiorum curationum eadem medicamina conscripsit. Multi quoq; uetustiores istam curationem ordinantes uarijs erroribus conciderunt, quos memorare superfluum est: Quippe cum eorū

Marginal notes: C — Sternutamenta. — Asclepiades. — κλυσὴρ. κολλύριον. βάλανος. — D — Serapion. — Impetigines equorum. λιχῆνες. χελιδόνες. — Heraclides Tarentinus.

A uires proditione temporis expirasse uideantur, ex quibus est Menecrates Zeophletensis. Item Tryphon, Philotimus, Chrysippus, Demarchus, & horũ plurimi: Quod est nudum atq; probabile ex conscriptione curationũ Apollonij Citiensis secundo libro de epilepticis: Item Nicandri tertio libro. Themison uero libro primo tardarum passionum Asclepiadis erroribus: Nondum purgatur ante accessionem phlebotomandus, inquit, si ordo fuerit augmentorum præseruatus: Sin uero errans fuerit perspectus, post accessionem imperat phlebotomiã adhibendam. Modum autem detrahendi sanguinis eius approbat mutationem. Quæ sunt uanissimæ inuentiones: sicut libris Specialium adiutoriorũ docuimus. Tunc si in brachijs, uel in cruribus, inquit, aliqua querela extiterit, earundẽ partium uenas diuidendas: Sin minus, interiorem uenã distringendã lino, conijciẽs melius esse ex partibus non patientibus sanguinis coadceruatã facere detractionẽ: siquidẽ patientes magis grauentur ob irruentẽ materiæ lapsum, qui detractæ superet modum. Tunc post phlebotomiã deambulatione utitur, & defricatione alienis manibus adhibita, quo corporis motus conquiescat. Dat etiam cibũ ex mediæ qualitatis materia, & nulla cogente ratione rursum sanguinem detrahit. Sed si ordinem seruauerint accessiones, intra quinq; dies secundo uel tertio detractionẽ facit. De alijs quoq; multis atq; omnibus corporis partibus, & talis & brachijs, nil metuens defectionem, sanguinem detrahit. In lenimento uero, ut exempli causa XXX dierum, post accessionem helleboro utitur, post quatuor uel quinq; dies. Tunc sequenti initiet, atq; alia die adhibet lauacrum, & tribus uel quatuor diebus cæteris cursibus cyclum complet, ac deinde rursum adhibet helleborum post accessionem transactam, uel certe radicium adhibet phle-
B botomũ dissecans corpus: quod erat melius ordinare ante usum hellebori, quo leuiora maioribus præponerentur: quippe in recorporatiuis curationibus. Adhibet præterea clysterem, qui uires detrahat ægrotantis, & propterea sequi non debuerit. Supra dicta utitur etiã localibus adiutorijs, & quidem multis, pro differentia, & quibusdam falsissimis, ut est sub occipitio accurata diuisura, quam chiasmum uocari diximus: & ferro circunscripta in capite cutis ustura, qua testa squamulis despumatur. Item mediũ testæ, quod Græci bregma appellant, terebri perforatione, & in accessione constrictione articulorum, & odoribus tetris atq; male olentibus, ex pice, atq; ex spondylio castoreo, galbano, sinapi cum aceto, quæ ex ante dictis erunt protinus refellenda.

Menecrates Zeophletensis. Tryphon. Philotimus. Chrysippus. Demarchus. Apollonius Citiensis. Nicander. Themison. Βρέγμα.

DE FVRORE SIVE INSANIA, QVAM GRAECI MANIAN VOCANT. CAP: V.

Μανία.

PLato in Phædro duplicem furorẽ dixit: Vnum fieri mentis intentione, ex corporis causa uel origine: Alterum diuinũ siue immissum, eiusq; Apollinem inspiratorẽ esse, atq; nunc uocari diuinationem: ab antiquis uero appellatum furorẽ. Magna Græcorũ uetustas manian appellabat, quæ nunc mantice dicta est. Item alium inquit ex Libero fieri patre, alium ex amore, & appellauit eroticon: Alium ex Musis, quem appellauit protrepticon, quod carmẽ instruere uideatur. Item Stoici duplicem furorem dixerunt, sed alium insipientiæ genus, quo omnem imprudentem insanire probant: Alium ex alienatione mentis, & corporis compassione. Item Empedoclem sequentes alium dicũt ex animi purgamẽto fieri, alium alienatione mentis, ex corporis causa, siue iniquitate, de quo nunc scripturi sumus: Quem Græci, siquidem magnã faciat anxie-

Plato. Μαντική. Ἐρωτικός. Προτρεπτικός. Stoici. Empedocles.

C tatẽ, quã appellant manian. Vel quod animũ siue mentem ultra modum laxet: manon enim dimissum siue mollẽ appellant. Vel certe quod polluat ægrotãtes: nam pollui Græci lymenin uocant. Vel certe quod desertam, siue solitudinẽ cu pientes faciat ægrotos: nam Græci destitui, atq; solitudinẽ petere monusthæ di cunt. Vel quod perseuerantius corpus teneat, & difficile pellatur, & ob id Græ ci ueluti moniam dixerunt. Vel certe quod duros atq; perferẽtes faciat ægrotan tes, quod Græci hypometicos uocant. Est autem alienatio tardans in febribus, quo à phreneticis discernitur. Siquidem neq; celer, neque cum febricula esse ui deatur. Vel si quisquam furiosus febricitauerit, discernatur à phrenetico tempo ris consideratione: Nam præcedit in furiosis furor sequenti febricula, & non ita paruo pulsu afficiuntur, quæ utraq; necessariò phreneticos sequentur. Genera tur autem frequentius in iuuenibus, ac medijs ætatibus, difficile in senibus, atq; difficilius in pueris, uel mulieribus: & nunc repente inuadẽs, nunc paulatim in crescens: & nunc ex occultis, nunc ex manifestis causis, ut est ustio, perfrictio, indigestio, uinolentia frequens atq; immodica, quam Græci crapalen uocant. Item uigiliæ iuges, & amor, uel iracundia, aut mœstitudo, uel timor, uel super stitio nimia. Item concussio, siue percussio, & intentio nimia sensuum & intelle ctus ob cupiditatẽ disciplinarum, uel quæstum pecunialem, aut gloriã. Item po ta medicamina, uel magis ea quæ amorem facere uideantur, à Græcis philtropo ta appellata. Item detractio hæmorrhoidarũ ueterum, siue uaricum, aut abstinen tia in fœminis solitæ purgationis. Sequentur autem eos qui non repente hac pas sione afficiuntur, prius quam morbus enitescat, ea quæ etiam epilepticos futuros afficiunt, & apoplectos. Signa deniq; ex ante dictis sumenda memorauimus,

D Sed hæc quidam discernunt, ut communibus propria iungentes: graues etenim inquiunt, somni magis epilepsiam fore significant, atq; è contrario leues atque parui, furorem. Sic etiam in iracundia constitutos capitis implemento affici atq; æstimare se in furorẽ deuenisse, & rursum silentio opprimi ex inani timore. Item mœstitudo, uel animi anxietas, & iactatio, uel plurima ciborum appetentia, & oculorum frequens palpebratio, cordis saltus, & somni cum timore terribili uel turbato effecti. Item uentris extantia, & frequens descensus uenti per podicem, pulsus paruus atq; creber, & uehemens: Etenim in epilepsiam decliues ac pro nos maior atq; rarus pulsus sequetur & imbecillus. Intuẽdam etiam, inquiunt, qualitatem aduenientiũ morborum: Sæpe enim quadam contagione ingerun tur, quæ uniuersa secundum nos non tutissima atq; certam faciunt discretionem supradictarum passionũ: Etenim futuris epilepticis, uel in passionem pronis ui giliæ irruunt, & anxietates, & cætera. Item in aduentitijs morbis aliqua ex hijs eueniunt, necessariò omnia, uel certe aliqua quæ non enumerauerint signa. Emergente enim siue prodita passione alienatio mẽtis fiet sine febribus, & qui busdam uehemens, quibusdam leuis, & alijs alia specie atq; uisu differens, uirtu te tamen atq; genere uno confecta: Nam furor nunc iracundia, nunc hilaritate, nunc mœstitudine, siue uanitate occupat mentem: nunc timore cõminante ina nium rerum, sicut quidam memorauerunt, ut nunc speluncas timeant, nunc la cunas, ne in easdem concidant, uel alia quæ terrori esse possunt. Item esse furo rem cum quadam uaticinatione ueteres posuerũt. Demetrius etiam parui tem poris mentis † extensionem furorẽ appellat. Item turbine repentino expauescen tes atq; percussos quosdam, ut etiam obliuione prægestorum afficiantur. Sic de niq; Artemidorũ grammaticũ Apollonius memorat nitente gressu crocodilum in harena iacentem expauisse, atq; eius motu percussa mente, credidisse sibi sini strum

Margin notes: Μανός. Λυμαίνειν. Μονοῦσθαι. Μονία. Ὑπομετικοί. Phrenetici. Κραιπάλη. Φιλτρόποτα. Demetrius. † excessionem Artemidorus grammaticus.

A strum crus atq; manum à serpente comestam, & literarũ memoria caruisse obliuione possessum. Item melancholiam inquit speciem furoris esse nuncupandam: Nos uero ipsam quoq; discernimus à furore. Est autem insania siue furor nunc iugis, nunc temporis interiecti requie leuigatus, efficiens ut ægri nunc non meminerint sui laboris, nunc obliuionẽ nesciant suam, & nunc omnium sensuũ alienatione uexentur falsitate possessi, nec aliarum specierum errore fallantur. Sic deniq; furens alius se passerem existimauit, alius gallum gallinaceum, alius fictilem, alius laterem, alius deum, alius oratorem, alius tragœdum uel comœdum, alius stipulam ferens mundi se censum tenere, alius se sustentandum manu poscebat, uagiens ut infans. Horum plurimis accessionis tempore oculi sanguinolenti fient atq; attenti. Accidunt etiam uigiliæ iuges, uenarum extensio, genarum rubor, corporis durities, atq; aliena fortitudo. Patitur autem omnis neruositas, ut ex hijs quæ sequuntur uel accidunt conijcere poterimus, magis tamen caput: Etenim antecedentes plurimæ querelæ eius partis existunt, cum grauedine atq; dolore afficiuntur, singulis quoq; sensibus patientibus, quos in capite nouimus constitutos: & præterea passio magna atq; tardissima superpositionibus ac lenimentis uariata, ex constrictione confecta: Etenim hijs qui Mnaseam sectantes alium putant, adquiescendum non est, suspicantibus eum furorem, qui hilaritate affecerit ægrotantes, solutionis appellandum. Falluntur etenim nominis uoce: siquidem Græci diachisin animi laxationem dixerunt, siue diffusionem, cum hoc animi, non corporis ostendat qualitatem: Nam quod omnis furens strictura afficiatur manifestum atq; probabile est ex oculis sanguinolentis, qui inlato constitutã stricturam denuntiant. Item quod ipsos oculos

[margin: Μελαγχολία. — Mnaseas. — Διάχυσις]

B atq; uenas in uultu extãtiores habeat, totius corporis attestante duritia, cum fortitudine præter naturam adueniente ob stricturæ consensum: deniq; lenimenti tempore fatigatos se sentiunt ægrotantes. Est item coniectura facienda ex hijs quæ mentis alienationẽ præcedunt, ut capitis grauedo uel dolor, & tardus membrorum motus, spinæ uel scapularum, uentris inflatio. Peccant deniq; etiam hij qui animæ passionem principaliter, dehinc corporis esse concipiunt, cum neque quisquam philosophorum eius tradiderit curationem, & antequam mente falluntur accidentia substantia corporis habere uideatur. Hæc sunt quæ ad apprehendendum uel discernendum morbum methodus ordinauit. Curationẽ uero similem epilepticis accipimus adhibendam. Etenim principio conuenit iacere loco mediocriter lucido atq; calido, & nullo turbore pulsato: nulla quoq; picturæ distinctione, neq; fenestris humilibus luminato, neq; in superioribus potius quàm in solo: pleriq; enim furore correpti sese præcipites dederunt. Est etiam lectus firmissime, atq; auersus ingressum cubiculi locandus, quo ingredientes minime uideant ægrotantes, ne uultus uarietate lacessiti furoris augeant uanitatem. Stramina præterea mollia sunt approbanda cum defricatione ac retentione articulorum, blando scilicet tactu: Et si qua pars corporis saltu fuerit agitata tepidis uaporationibus erit mitiganda, appositis lanis mollibus ac limpidis, atque capiti, collo, & thoraci circulatim: Fotus quoq; adhibẽdus olei calidi, admixto aliquando mitigatiuæ uirtutis causa fœnigræci liquore, & eius decoctione confecto, sed minime pingui, uel certe hibisci infusione aut lini seminis: Tunc oris collutio, atq; potus ex aqua calida. Erunt præterea multorũ ingressus prohibendi, & maxime ignotorũ. Mandandum quoq; ministris, ut eorum errores quodã consensu accipientes corrigant, ne aut omnibus cõsentiendo augeant furorem, eorum uisa confirmantes, aut rursum repugnando asperent passionis augmentum,

C tum: sed inductiue nunc indulgeant consentientes, nunc insinuanda corrigant uana, recta demonstrantes. Ac si exilire cœperint, ut difficile teneantur, uel solitudine potius exasperantur, oportebit plurimis uti ministris, & præcipere ægros latenter retineri, ad articulorum fricationem, quo minime prouocentur: si etiam uisu hominũ fuerint cõmoti, erit adhibenda liga tio sine ulla quassatione, prætectis articulis ex lana. Tunc fasciola ligatur, ac si quicquã timere uel uereri cõsueuerint, non erit itidem frequenter inducendũ: continuatio enim contemptibilitatem parit; uel cum causæ coëgerint, uel adiutorio adhibẽdo non succubuerint ægrotantes, tunc erit necessariò inducendum, quo ægri terrore uel reuerentia opprimantur. Ac si etiam lucem animo contraria commouẽtem uiderimus, erunt eorum oculi adumbrandi, quo cæterum corpus luce tangatur. Adhibenda cibi abstinentia usq; ad primam diatriton, ac permittentibus uiribus phlebotomia, si passio coëgerit intra diatritum, & si ulla obstiterit causa detractionis cõgruæ faciendæ aliquoties adhibita detractione modus implendus. Si horum nihil obstiterit, in ipsa diatrito erit phlebotomia adhibenda, tunc perunctio: ora fouenda, dandus cibus leuis, paruus, digestibilis, ut panis ex aqua calida, uel alica ex melle leuiter decocto confecta, uel sorbile quicquam, aut tenerum. Exinde usq; ad passionis declinationẽ alternis diebus æger nutriendus, si uires eius permiserint. Proluendus deniq; etiam clystere simplici, si passio poposcerit. Tunc etiam præcordia cataplasmatibus relaxanda, ob digestionis qualitatem, quo nulla constrictio spiritum abstentum capiti transmittat. Attendendæ etiam species alienationis, cuius accidentia contrariorum coniectura erunt mitiganda, ut eum hilaritate relaxent, nuntiantes quicquam quod animum resoluat. Dehinc cum

D status passionis apparuerit, detonso capite atq; raso cucurbitam insigimus, adiuncta scarificatione, & primo ex præcordijs, tunc inter scapulas, quas Græci

μετάφρενον. metaphrenum uocant: consentiunt enim facilius istis superiora. Dehinc etiam occipitio ac uertici, & temporibus capitis, ac si uultus uel ora fuerint affecta plurimũ, totum corpus erit sanguisugis releuandum, quas hirudines appellamus.

* Tunc cataplasmandum ex pani cæteri laxatiuæ uirtutis: dehinc spongijs uaporandũ, & si passio ijsdem permanserit, secundo uel tertio ijsdem perseuerabimus adiutorijs: Si uigiliæ fuerint cõsecutæ adhibenda gestatio primo ex lectulo pendenti, tunc etiam fertoria sella. Adhibenda etiam aquæ destillatio crebra, cuius sonitu sæpe ægrotantes inducti somnos capiunt. Tunc etiã spongijs calidis oculi uaporandi, atq; palpebrarum duritia relaxanda, quo etiam per oculos usq; ad cerebri membranas beneficiũ perueniat curationis: ac si passio declinauerit, & propterea minime uigilare, atq; alienari cœperint ægrotantes, dabimus uariũ cibum ex mediæ materiæ qualitate. Tunc si doloris sensum ægrotãtes acceperint,

ἔμβασις. adhibenda embasis ex oleo, uel admixto aliquanto liquore, quo fuerit hibiscus præcocta. Tunc capiti atq; scarificatis locis cerotaria apponẽda, & ex eis liquefactũ corpus omne perungendũ miti defricatione. Tunc acopis atq; malagmatibus ueterũ, quæ nulla nimietate percutiant, motũ quoq; gestationis adhibẽtes: & primo gestatoria sella, tunc uehiculo manibus acto, atq; toto fortificato corpore erunt in deambulationẽ cogendi: & uocis exercitium quod cuiq; conuenerit: Nam literalis etiam lectio adhibenda est, & quæ sit aliqua falsitate culpata, quo interius mentem exerceant ægrotantes. Quapropter interrogationibus quoq; erunt fatigandi, ut nunc mendacij causa, nunc promẽdi quod quærimus exerceri uideantur. Tunc sibi dimittendi, data lectione quæ nõ sit intellectu difficilis, ne plurimo labore uexentur: Hæc enim si supra uires fuerint non minus afficiunt

A afficiunt quàm corporis immodicæ gestationes. Item post lectionem aliqua cõposita uel mimica sunt offerenda, si mœstitudine furentes laborent, aut rursum tristitiam uel tragicum timorẽ habentia, si puerili luxu furentes afficiantur. Oportet enim contrarietate quadam alienationis corrigere qualitatem, quo animi quoq; habitus sanitatis mediocritatem agnoscat. Tunc proficiente curatione erunt pro possibilitate meditationes adhibendæ, uel disputationes: sed nunc quoq; similiter ordinatæ, ut principia leui uoce promantur: narratio uero & demonstrationes extenta atq; maiore: tunc epilogus dimissa & indulgenti, sicut hij qui de exercenda uoce, quam Græci anaphonesin uocant, tradiderũt. Adhibendi deniq; auditores sunt ægrotanti consueti, qui fauore quodam atq; laude dicta prosequentes dicentis animum laxent: Etenim iucunda exercitamenta corporis adiuuant sanitatem. Tunc post meditationẽ uel disputationẽ † deducendus mox est, atque perungendus leuiter ægrotans, & deambulatione leui mouendus: Ei autem qui literas nesciat immitẽdæ quæstiones erunt, quæ sint eius artis propriæ, ut rustico rusticationis, gubernatori nauigationis: ac si ex omni parte iners fuerit curandus, erunt uulgaria quædam quæstionibus tradenda, uel calculorum ludus: Habet enim quiddam quod animum exerceat, & magis si peritior ægrotanti colludat. Tunc post requiem adhibita deambulatione erunt diligentius perungendi: & primo parua atq; simplici defricatione mulcendi, dehinc profectu apparẽte etiã deuexo ductu post humeros atq; colla defricatione potiore, & leui deductione, quam Græci catapasmon uocant: ultimo fricandũ etiam caput, quod fuerit releuatum, lauacrum erit adhibendum: & sicut de epilepticis dictum est, uarius dandus cibus inhibito uino. Tunc addendum quicq; pomorum, quo corpus prætentemus: Dehinc uinum dandum tenue, leue atq; paruum medio cibi tempore: & primo inter quinq; dies, tunc inter quatuor, dehinc inter tres atq; duos: item alternis diebus: Ita quotidie interiecta uel uariata aquæ potatione eodem contrario ductu quo uinũ uariabamus. Tunc cum nulla cœperit æger nouitate seruari, & perferre singula didicerit, erunt addendæ aëris mutationes. Et si quidem philosophorũ disputationes audire uoluerint, erũt adhibendæ: Etenim timorem, uel mœstitudinẽ, aut iracundiam suis amputant dictis, ex quibus non paruus profectus corpori cõmodatur: ac si passio permanserit, & corpus tarditate possederit, su perpositionibus ac lenimentis uarianda erunt, & superpositiones mitigandæ eisdem adiutorijs, quæ initio furentibus sunt ordinata. In lenimento uero prius adhibendus resumptiuus cyclus per uariam gestationem, atq; uocis exercitiũ musico monitore compositum. Tunc deambulatio atq; gestatio, & cibus uarius, & hijs similia: secundo recorporatiuus, sicut superius docuimus. Vtendum etiam localibus adiutorijs, hoc est, cucurbitis recorporatiuis, & rasione capillorum: item sternutamento, & dropace communi, atq; † composito ex nitro, galbano, manna, piretro, euphorbio & pipere: tunc paroptesi atq; cataclysmo, & aspergine pulueris nitrei. Torrendum etiam corpus feruore solis, prætecto capite: dehinc sinapismo & exercitio uario ac uehementi. Sed hæc omnia cum adhibentur etiam localibus adiutorijs prius erunt prætangendæ ac renouandæ, longe remouendæ à patiẽtibus partibus. Tunc secundæ ac uicinæ, dehinc ipsæ: etenim quoties longe remota præmouentur transmissa commoditas sine partium curandarum commotione latenter aduenit, & nullam facit capitis inflationem. Dehinc adhibendus uomitus ex albo helleboro radicibus inserto: Et magis si quisquam ex radice pura noluerit digitis uomitum prouocare: Fit enim ut inserto helleboro sponte uomitus nascatur. Tunc

Marginal notes: *Lectiones μιμικαί.* — *Ἀναφώνησις.* — *† deducenda uox est,* — *Ludus calculorum.* — *Καταπασμός.* — B (beside "lepticis dictum est") — *† compositio* — *Παρόπτησις.* — *Κατακλυσμός.*

C etiam ipsum helleborum dabimus, & si oportuerit, non semel, sed sæpius per
interualla temporum. Item aurium cauernis inijcere debemus aquã nitro asper-
sam, uel mulsum cum semine urticæ, uel sinapi liquido, quo etiam per sensuales
uias ad membranas cerebri recorporatiua uirtus adueniat: Quippe cum etiam
aurium tinnitus sæpissime ægrotantes afficiat. Dehinc erunt rursum resumendi
ἀλεῖπται. aliptarum diligentia. Vtendum quoq; naturalibus aquis, ut sunt nitrosæ, & ma
gis si odoris non fuerint tetri, quo membranæ capitis quatiantur. Vtendum etiã
peregrinatione terrena atq; maritima, & animi auocamentis, quibus mentis la-
xatio fiat. Erit etiam conijciẽdum ex mœstitudine quantum permaneat passio-
nis, quanquam soluta uideatur, non aliter quàm si terebratis oculis, quod Græ
παρακέντησις. ci paracentesin uocant, ob tardam suffusionem quanquam sit perfecta curatio,
uisus impedimẽta perseuerant, quæ quadã cõsuetudine potius, quàm passionis
præsentia fieri uidebantur. Solutam uero uel conuictam passionem intelligere
poterimus ex hijs quæ de epileptica curatione memorantes docuimus. Hæc
est secundum methodum furiosorum, siue insanorum curatio. Aliarum sectarũ
ueterum methodicorum plurimi, obscuris in locis habendos inquiunt ægrotan
tes, neq; accidentia passionis conijcientes: siquidem sæpe quidam obscuritatem
odisse uideantur: neque ipsam passionem, quod sit ex strictura effecta: Etenim
densata corpora aëris obscuritas minime reflari permittit: Abstinentis denique
naturalibus officijs impletũ caput magis grauatur. Adhibendam etiã immodicã
λειμαγχία. abstinentiam, quam Græci læmanchiam uocant, non aduertentes, quia immo
derata cibi abstinentia uires corporis uexat, & ægrotantem naturali fortitudine
desertum adiutoria ferre nõ patitur. Perdit etiam cibandi tempora, ex quo den
D sata corpora sæpe laxantur. Non enim uere admittẽda aut credenda sunt ea quæ
suspicantur, quibus ipsi insanire potius, quàm curare uideantur: Aiunt enim
ferarum similitudinem intuendam, quæ deductione cibi, posita ferocitate man
suescunt: non aliter etiam furentes posse iugi abstinentia mitigari: quippe cum
inter sanos homines facile sapere ieiuni uideantur: Post cibum uero affici hilari-
tate facilius, aut furore. Iubent præterea uinculis ægrotantes coërceri, sine ulla
discretione, cum necessariò deuinctæ partes quatiantur, & facilius ægros mini-
strantium manibus, quàm inertibus uinculis retinere. Cupiunt etiam certis me-
dicaminibus somnos altos efficere, papauere fouentes, & pressuram potius atq;
grauationem capitis, non somnum ingerentes fouent. Etiam oleo rosaceo ace-
to admixto, serpillo & castoreo, & cæteris simillimæ uirtutiis caput obsidunt, cõ
stringentes ea quæ laxatione indigeant. Item alij frigidis usi sunt rebus, passio-
Aristoteles. nis causam ex feruore uenire suspicantes, ut Aristoteles & Diocles, nescij quo-
Diocles. niam feruor innatus sine dubio tumoris est signum, & non ut existimant, passi-
onis est causa: Quare peiorare necesse est, & maiorem furorem fieri cum frigi-
da curatione corpora densantur. Alij uero phlebotomiã adhibendam probant
ex duobus brachijs usque ad animæ defectionem, ut sæpe faciant mori cupien-
tes: Etenim defectio, aut uirium amputatio sequuntur immodicam sanguinis
detractionem, quam non oportebit ex utroque brachio fieri. Dicunt præterea
usum esse clysteris addendũ, ex acerrimæ uirtutis liquoribus iniectione frequen
ti. Ex quibus nihil utile, sed potius dysenteria sequatur: Dantes etiam urinalia
Medicamina atque uentriflua medicamina potanda, quæ diuretica uel cœliotica Græci uo-
κοιλιωτικά. cauerunt. Auertendam etenim è superioribus ad inferiora materiam dicunt, ex
quibus corpora tabescunt, neruositas uitiatur. Item alij inebriandos aiunt
ægrotantes, cum sæpe ex uinolentia furor atq; insania generetur. Alij flagellis
aiunt

A aiunt coërcendos, ut quasi iudicio mentis pulso resipiant, cum magis tumentia cæde lacessendo faciant asperiora, & adueniente lenimento passionis cum sensum recipiunt plagarum dolore uexentur. Vel certe sic ut ratio poscit uicinis magis ac patientibus locis adiutoria sunt adhibenda: coguntur ergo ut ori uel capiti plagas imponant. Vtuntur etiam decantionibus tibiarum uaria modulatione: quarum alteram phrygiam uocant, quæ sit iucunda atq; excitabilis eorum qui ex mœstitudine in furore noscuntur: Aliam diram, uel quæ occupata mente pudorem suadeat, iniecto rigore, ut in bello, quam dorion appellant: in hijs qui risu, uel puerilibus cachinnis afficiuntur, cum cantilenæ sonus caput impleat, ut etiam recte ualentibus apertissime uideatur: uel certe, ut pleriq; memorant, accendat aliquos in furore, quo sæpe uaticinantes deum accepisse uideantur. Alij uero amo rem furentibus aiunt procurandum, quo mentis intẽtio conuersa furoris asperitate purgetur, non intuentes nudissimã ueritatem, quod plerisq; furoris amor fuerit causa. Sic deniq; alius amore Proserpinæ petit inferna, & sibi licitas alienæ ac diuæ coniugis credidit nuptias: Alius nymphæ ob desiderium Amphitritis sese deditum mari proiecit. Ferunt Græcorum cõmenta loquacia & hiereprolis fœminam humanis exercitatã fatis, & sæuo pœnitudinis dolore commotã sua manu suos extinxisse successus. Neq; aspernandos cæteros accipiamus, qui ipsum quoq; amorẽ generaliter furorẽ uocauerunt, ob similitudinem accidentiũ, quibus ægrotantes afficiuntur: Et est impium atq; absurdum passioni adiutoriorum in idipsum probare quod curas: omitto quod sit impossibile, amorem furentibus persuadere: siquidem iudicio carentes pulchritudinẽ probare non possint: Nam sæpe homines feras existimant, uel ea quæ uiderint fingendo præsentia putant. Dehinc etiamsi amor fuerit acquisitus quid magis

B probemus erit incertum, utrum'ne prohibendus sit usus uenereus, an admittendus. Sed prohibitus indignari magis cogit ægrotantes, cum desiderata producuntur. Itẽ permissus uexat, cũ corpore euirato animæ quoq; substãtia turbatur. Itẽ alij arteriotomian probauerũt, inutili uexatione caput afficientes. Hijs igitur omnibus experimẽtis inanibus conferta est furiosorũ curatio: Quæ ne falsa putentur erũt denuntiãdæ personæ, atq; librorũ nomina designanda. Asclepiades autẽ secundo libro adhibendam præcepit cantilenã. Quo etiã eius discipulus Titus adductus secundo libro de anima memorat flagellandos. Sed idẽ etiã officijs solitis amoueri iubet ægrotantes, & uinculis constringi, & abstinẽtia ciborũ nimia coërceri, & siti affici, tunc uino corrũpi, uel in amorẽ induci, cætera primo libro tardarũ passionũ supradicta compleuit. Itẽ Themison phlebotomatos constrictius curat fomentis, qui se sua lege tenere non potuit: Adhibẽs etiã lauacrũ, atq; uinũ plurimũ, & amorẽ suadens adiuncta ciborũ copia: Alijs quoq; incongruis utens rebus, quæ magis Asclepiadi, quàm Themisoni sunt adscribenda: nondum enim sese eius liberauerat secta, sic hæc ordinasse perspicitur.

Marginal notes: φρύγιον. — Δώριον. — Asclepiades. — Titus. — Themison.

DE MELANCHOLIA. CAP: VI.

MElancholia dicta, q nigra fella ægrotãtibus sæpe per uomitũ ueniãt: Græci enim nigrũ melan uocauerũt, fel autẽ cholen appellãt: & nõ ut pleriq; existimãt, q passionis causa uel generatio nigra sit fella: hoc enim est æstimantiũ magis quàm uidentiũ ueritatẽ, uel potius falsum, sicut in alijs ostẽdimus: Nam Tullius atrã bilẽ dixit, ueluti altã iracundiã. Itẽ Vergilius: Hercule alta iracũdia moto, Hic uero, inqt, Alcidæ furijs exarserat atro Felle dolor. Siqdẽ melancholici semper tristes, ac nulla penè hilaritate laxati esse uideantur. Frequentat autẽ in masculis magis, & medijs

Marginal notes: Μελαγχολία. Μέλαν. Χολή. — VIII Aenei:

ætatibus: difficile uero in fœminis, uel alijs ætatibus: sed eius antecedentes caus-
C sæ sunt hæ, indigestio, iugis uomitus, post cibum medicamina pota, acres cibi, mœstitudo, timor, & cætera quæ etiã ualent sufficere. Sequuntur autẽ in ipsam pronos uel uenturos ea quæ etiam insanos fore denuntiant. Eos uero qui iam passione possessi sunt, animi anxietas atq; difficultas tenet, attestante mœstitudine cum silentio & odio conuiuentium. Sequitur etiam nunc uiuendi, nunc moriendi cupido, cum suspicionibus uelut insidiarum sibi paratarum. Item inanes fletus, atque murmura uacua, & rursum hilaritas, magis post cibum cum inflatione præcordiorum, & articulorum frigore, & leui sudore, atque stomachi mordicatione, uel oris uentris usq; ad interscapulas, quas Græci metaphrenum

Μετάφρενον

uocauerunt. Item capitis grauedo, color uiridis cum nigrore, aut subliuidus, corporis tenuitas, uirium debilitas, & accepti cibi corruptio cum ructationibus odoris tetri, hoc est fumosi, uel bromosi, uel piscosi. Item intestinorum tormenta, uomitus, tunc inanis, nunc fellosus, uel ferrugineus, aut niger, & eiusdem qualitatis per podicem egestio. In lenimento uero eorum mitigatio, uel multorum depurgatio. Sed hanc passionem furoris speciem alij plurimi, atque Themisonis sectatores uocauerunt. Differt autem, siquidem ista principaliter stomachus patiatur, in furiosis uero caput. Et est cõmuniter stricturæ passio magna: aliquando etiam complexa ob plurimas egestiones. Præterea est ex numero
D tardarum passionum, quas Græci chronias appellant. Curatio autem adhibenda est, quam furiosis ordinauimus: Non enim phlebotomiam reprobandam attestante dolore, aut hellebori purgationem attestante passione approbamus, sed exterius localia adiutoria, atque mitigatiua, siue corporatiua magis ori uentris, atque inter scapulas sunt adhibenda. Ac si forte aut uomitus immodicus, aut egestio uentris coëgerit, constrictiua sunt cataplasmata apponenda uentri atque stomacho, ut ex palmulis thebaicis infusis uino uel pusca, admixtis etiam malis punicis, uel cydonijs, & œnanthe, & alumine scisso, aut hypocystide, uel acacia, siue galla, & hijs similibus. Dandi etiam cibi constrictiui, atque apponendæ eius uirtutis cucurbitæ. Alia uero medicarum sectarum præfectis relinquamus, & hijs qui de furiosis scripserũt. Adhibent etiã bibenda medicamina, hoc est, aloën & absinthium iugiter, quæ propter uim suam, quam habent plurimam, excludenda probamus: quippe cum sit possibile ex consuetis perficere sanitatem.

CAELII AVRELIANI SICCENSIS CHRONION LIBRI PRIMI FINIS.

CAELII

CAELII AVRELIANI SICCENSIS CHRONION

LIBER SECVNDVS.

CVI HAEC INSVNT:

B Primo libro Tardarum passionū de capitis diximus curatione, & de scotomaticis, & de incubone: sed & de epilepsia, & de furore, siue insania, & de melancholia: nunc cæterarum actiones ordinemus.

DE PARALYSI. CAP. I.

IN senibus atq; hyemis tempore frequentat hæc passio: difficile autem in calidis ætatibus: Sed generatur nunc ex occultis, nunc ex manifestis antecedentibus causis, ut quassatione, uulneratione, uel alia qualibet passione: Item frigore profundo, uinolentia, indigestione, luxuria, atque libidine frequenti extenta: item medicaminibus potis. Sed est uel fiet paralysis nunc sensus, nunc motus, nunc utriusq;. Et intelligitur sensus paralysis, quoties feruens atque frigidum non sentiunt ægrotantes manifeste partium naturalium motu: motus autem, quoties feruens atque frigidum sentiunt motu partium carentes: utriusque uero paralysin factam accipimus, quoties motu atque sensu caruerint. Item hæc passio nunc partis est, nunc partium, nunc totius corporis cum apprehensione mentis, quam apoplexiam uocantes, Acutarum passionum libris tradidimus. Sed plurimis species duæ paralyseos uisæ sunt: Alia conductione effecta: alia extensione. Sequuntur autem pronos & decliues in passionem, hoc est, qui non repente fuerint percussi, si totum corpus passurum denuntietur, ea quæ epilepsiam uel furorem denuntiant. Si uero ex parte, grauedo partis passuræ sequetur, ut tardus motus cum stupore & pallore, & torpedo cum sensuū debilitate

Παράλυσις. Ἀποτελεσμάτων.

C litate, quæ nunc perseuerantia, nunc sine ratione recedentia intelliguntur, ac
tursum recurrentia: Dehinc effecta passione torpor atq; stupor gelidus partium
fiet plurimus, & paruus, & nunc uoluntario motu cessante, nunc ex parte ma-
nente, & nunc sensu amisso, nunc paruo remanēte, nunc etiam dolore attestan-
te, obscurato pulsu, & per profectum cessante pallore, & tenuatione partis ui-
Ἀτροφία. tiatæ, nutrimento cessante, quod Græci atrophian uocant. Sequente etiam ru-
Παράλειψις. gatione cum adductione partium, uel extensione. Aliqui præterea paralipsin
Παράλυσις. uocauerūt eam quæ ex omni parte naturalem motum abstulerit, paralysin eam
quæ ex plurima parte uitiauerit motum. Quibus minime consentire maiorum
autoritas iubet: Non enim passionum differentiam ostendunt, sed magnitudi-
nem generaliter passionis, ut sunt quædam partes duobus uel plurimis officijs
aptatæ, quæ nunc omnium, nunc certorum amputatione uexantur. Lingua ete
nim transuorationis officium sustinēs uerba distinguere non ualebit. Hæc sunt
communes paralyseos significationes: sed ob singularem partium atq; particu-
larum, quas supradiximus, communiter adprehensionem, specialiter locorum
impedimenta tractabimus. Supercilium igitur paralysi uitiatum laxius pro-
pendebit circa superius palpebrū, uel certe sustollitur, ut etiam ipsum suspēdat.
Item palpebrum superius paralysi uitiatū laxius fiet, atq; motu caret, & oculi pu
pulam contegit, uel è contrario extentum sustollitur, & oculorum pupulam nu
dat. Item interius palpebrum paralysi uitiatum nunc intrinsecus flectitur, nunc
in semet uel exterius refunditur, & motu caret, atq; oculum non contegit. Se-
quitur etiam inuoluntarius lachrimarum fluor, quod est utriq; palpebrorū ui-
tio commune: Et si in risum uenerint ægrotantes contortum uel conductum
D simulant uultum. Oculorum uero tunicæ, siue membrana paralysi uitiata uisum
Μυδρίασις. impediunt latitudine facta pupularum: quæ passio uocatur mydriasis: Ac si cō
ductione fuerit paralysis facta angustior pupula fiet, cessante nutrimento ap-
Φθίσις. pellatur phthisis. Lingua paralysi uitiata uocem non disserit, sed interius mo-
uetur, & nunc nullius significationis uocem reddit, nunc amputatione facta me
dio tempore oppressis conatibus conticescit. Demonstrata tamen uerbi intelli-
gibili prolatione, nunc imperfecta, nunc ex omni parte motu carens. Sed discer
nantur ab ista passione qui forte ex alia uocem amiserint, cum neq; colorem,
uel superficiem lingua mutauerit, neque sensu caruerit, neque motu, neque
schema suæ mutauerit positionis, quod fieri necesse est, cum fuerit paralysi ui-
tiata. Item odoramenti officium paralysi uitiatum odorum non accipit sen-
sum, sed discernitur ab hijs, qui narium uitio officium odoris amiserunt, quod
Ὄζαινα appellant ozænan: quod neque torpor partium, neque pallor, neque nutri-
menti desertio sequatur, quam Græci atrophian uocant. Labium superius
paralysi uitiatum inuertitur forinsecus proditum magis cum risus aduenerit,
aut locutio: conducitur enim sano cum inferiori. Item poto sumpto exterius
facit fluere liquorem. Hoc quidam caninum raptum esse dixerunt nescij, sicut
Σιαγών principaliter futuro docebimus schemate. Itē siagon paralysi uitiatū, siquidem
nos musculum qui buccas colligat dicere poterimus, conducitur aut laxatur.
Vicinus deniq; oculus nō ualebit perfectā facere reclusionē conducto inferiore
palpebro. Mentū paralysi uitiatū amisso motu laxatur, aut uehementer sustol-
Ῥεῦμα. litur. Fauces paralysi uitiatæ trāsuorationis difficultatē faciūt. Gutturis sum-
Βρόγχος. mitas paralysi uitiata, siue ut reuma, siue ut Græci bronchos, mortem facit, &
paruam transuorationis tussiculam: siquidem non perfectam eo tempore fa-
Ἐπιγλωττίς. ciat inductionem, ne superet radicē linguæ, quam Græci epiglottida uocāt: quo
perfecto

A perfecto accepta conuiuantur. Videbitur denique eius extantia plurimum
relaxata. Item stomachum paralysi uitiatum difficultas transuorandi seque-
tur, uel omnino impossibilitas, unde etiam præsens periculum. Videbuntur e-
tiam difficilia transuorantibus accepta, ueluti acriora, aut immaturo tempore
comesta. Item sequitur præfocationis sensus cum frigore, in quacunque eius
parte fuerit paralysis: illic nanque etiam transuorata sistuntur. Sed discernũtur ab
hijs qui facilem paralysin ex difficultate transuorandi patiuntur: Siquidem etiã
decolorationes nutrimento cessante, ac frigus, etiam immobilitas faucium ne-
cessariò concurrat. Item hijs qui ex stomacho sunt humores supradictis quere-
lis si fuerint adfecti discernuntur, quod etiã dolore atque feruore partium uexan-
tur. Si cœnum uel eius summitas paralysi uitiatum, quod nos commune dicere Κοινόν.
poterimus, quod arteriæ atque stomacho interpositum uideatur, locorum graue-
dinem faciet, atque sumpto cibo uel potu in præcordijs permanebunt, cum torpo
re sensuum ac tumore manuum, aliquando & crurum attestante singultu & in-
ani timore: Aliqui etiam reuomunt accepta nulla corruptione mutata. Perulo Πυλωρός.
paralysi uitiato cibus nulla digestione mutatur, sed tanquã per infundibulũ ad
inferiora descendit, & circum uentrem laxior locus efficitur inferius inflatiorque:
quæ per uentrem egeruntur, aspera atque plurima erunt, & neque fluida: Nestide pa Νῆστις.
ralysi uitiato & typhlotero, quod nos cæcum intestinum dicere poterimus, erũt Τυφλώτερος.
ea quæ per uentrem excluduntur plurima, & minus fluida: Videntur enim ne- Νηστεύειν.
steuin cum naturam seruauerint, uel nullo fuerit morbo tentata, tunc plurimũ
excrementorũ acceptorum facere. Colo paralysi uitiato inordinato motu atque Κῶλον.
inuoluntario stercorea descendunt, sine ulla humectatione, uel cum fœtore ma-
B ximo eorum fiet egestio sine ullo dolore. Longanone cum sphynctere atque podi Longanon.
ce paralysi uitiato, erit inuoluntaria egestio stercorum, nisi ex aliqua hoc fuerit
circumincisione confectum. Aliquando etiam præcedit, uel certe egestionẽ ster
corum non sine tumore, uel aliqua simili causa fieri permittit. Vesica paralysi ui-
tiata inuoluntarius urinæ exitus fiet sine ullo dolore, neque incisura, neque circũin-
cisione antecedente. Aliquãdo etiam per interualla prohibitus, uel paulatim re-
tardatus, aut omnino negatus, & sæpe etiam pubetenus extantia partium fiet,
extenta uesica, sed ex tumore, uel sanguinis gelati corpusculis, quæ Græci trom Θρόμβος.
bos appellant: aut lapide, uel uulnere difficultas fuerit mictus, aut in toto nega-
tio discernitur, quod sine dolore atque partium liuore, atque sanguinis mictu, appo
sita manu oppressa pectine urina in paralysi excludatur. Præterea etiã peritoneo Περιτόναιον.
paralysi uitiato, ut Erasistratus ait, urina abstinetur, & neque excluditur nisi ad- Erasistratus.
hibito catetheri: Non enim uesicæ ambitus naturali cõsuetudine peritoneo im Καθετήρ.
buente opprimitur, neque cõcluditur ad exprimendum liquorem radix uirilis pa
ralysi uitiatus, sed multo maior aut minor efficitur, & nulla tẽtigine prouocatur.
Seminales uiæ, quas Græci spermaticos poros uocãt, paralysi uitiatæ, si laxatio- Πόροι σπερματικοί.
ne fuerit paralysis effecta sine ulla tentigine inuoluntarius fiet seminis lapsus, &
uocatur hæc passio gonorrhœa, quã nos seminis lapsum dicimus. Ac si cõclusio- Γονόρροια.
ne fuerit paralysis effecta, iugis tentigo ægrotantis sequetur, sine ullo dolore atque
seminis lapsu, & uocatur hæc passio priapismus. Crus paralysi uitiatũ aut cõclu Πριαπισμός.
ctione breuius fiet, aut extentione longius, ut plerique putent articulorũ deloca-
tionẽ hic factã. Sed discernitur hoc: siquidẽ cõcauitas atque distanti à loco motos
aut eiectos articulos sequatur. Est autẽ ratione credibile, cæterorũ quoque interio-
rum singula paralysi uitiari, ut pulmonẽ, cor, uel discrimen thoracis atque uẽtris,
quod Græci diaphragma uocãt, aut hypozygon, uel splenẽ, aut iecur præueniri Διάφραγμα.
adprehen-

C adprehensione mortem patientis, quæ sæpe latent facta: cum nõ propria possint
apprehensione signari. Herophilus deniq; repentinam mortem nulla ex mani-
Herophilus. festa causa ueniente, fieri inquit paralysi cordis. Item Erasistratus memorat pa
Erasistratus. ralyseos genus, & paradoxon appellauit, quo ambulantes repente sistuntur, ut
ambulare nõ possint, tunc rursum ambulare sinũtur. Est autē passio generaliter
grauis atq; difficilis, sed grauior curatione fiet, quoties toto sensu caruerint par-
tes atq; motu, & in corporibus iamdudũ debilibus, uel senibus, aut ex alio mor
bo præuitiatis, ut epilepsia, febre: Item si plurimas tenuerit corporis partes, uel
uitiatæ necessarias. De nominibus autem specialiter elogiatis paralyticæ passio-
nis, ut mydriasi, phthisi, priapismo, gonorrhœa, & hijs similibus singula præ-
scribemus. De cæteris nunc dicemus. Hanc ergo passionem multi sectæ no
stræ principes stricturam dixerunt, ob duritiam uitiatarũ partium, atq; siccitatē,
Mnaseas. & grauedinem, & torporē: Mnaseas uero conductione factam paralipsin uocat,
Soranus. fieriq; etiā aliquando extētione, aliquādo solutione. Nos uero iuxta Sorani sen
tentiā illam uocamus solutionē, cum plurimæ egestiones corporis fuerint uisæ:
Etenim manuũ, uel pedum, & horum similium extentione facta, nulla egestio-
ne attestante, & in ligni similitudinē duratis partibus, stricturæ dicimus esse pas-
sionem: Quippe cum frigescere, uel quadam rugatione crispari corpora cõmu-
Strictura. ne cõtrarijs passionibus esse uideatur. Est autem passio generaliter tarda, & ac-
cessionibus atq; dimissionibus uariata, & superpositionibus ac lenimentis, cuius
prædata atq; demonstrata significatione necessariò curationē ordinamus. Mox
igitur effecta paralysi, lucido loco atq; mediocriter calido locandi sunt ægrotan
tes, & usq; ad tertiam diem permittentibus uiribus abstinendi. Tunc nisi uino
D fuerint pleni uel cibo, mox phlebotomandi, si copia fuerit, ex brachio: sin mi-
nus, ex qualibet patienti parte contraria, quo laquei constrictione, & phleboto
mi diuisura in passione constituti non afficiantur. Si autem pleni fuerint cibo,
alia die erunt phlebotomandi. Sed partes paralysi uitiatæ fricatione atq; calefa-
ctionibus recurandæ, & lanæ limpidæ ex oleo dulci atq; calido expressæ, & cir-
cuntegendæ, & fomento relaxandæ. Tunc oris collutio permittenda, atq; potu
aquæ calidæ erunt prouidendi. Præterea accessionũ ac dimissionum diligentius
tempora obseruanda, quæ adprehenduntur ex ægrotantiũ pallore nunc aucto,
nunc minuto: uel sensu earundem partium, quibus plus aut minus inesse ui-
deatur. Item ex motu uel immobilitate, aut grauedine & leuitate, aut frigore &
feruore. Tunc diatriti tempore adhibenda perunctio ex oleo calido. Ora quoq;
fouenda ex aqua mediocriter calida, & dandus cibus paruus sorbilis, ut alica lo
ta ex aqua calida infusa, aut oua. Ac si transuorationis faucium partes paralysi
fuerint uitiatæ, erunt cucurbitæ obliquis partibus gutturis atq; ceruicis appo-
nendæ. Tunc cibus offerendus: etenim extentæ transuorationis officio facile ser
uire coguntur: exinde donec passio declinet alternis diebus dabimus cibum. Se-
quenti deniq; die post diatritũ abstento ægro cataplasmatibus utemur ex polli-
ne lini seminis & fœnigræci. Tunc alia die, nisi passio creuerit, patientibus locis
cucurbitas infigentes scarificabimus: ac si plurimæ fuerint partes passione uitia-
tæ, cogentibus magis atq; urgentibus ordine præponimus curationē, uel hijs lo
cis, quæ facile poterunt ægrotos in periculũ deuocare, aut ex quibus cæteris par
tibus facile possit curationis beneficiũ dari. Sic deniq; stomacho laxato plurima
certe conlaxãtur, utpote è contrario oppressis principalibus partibus cæteræ ne-
cessariò cõprimuntur. Tunc cæteris trinis diebus, quas diatriton Græci uocaue
Σιαγών. runt, alias quoq; partes cucurbita releuamus. Si siagon, uel mentum paralysi
fuerit

A fuerit uitiatum, erunt cucurbitæ temporibus infigendæ, atque musculis bucca-
rum, uel sub aurium lamnis. Ac si fauces fuerint uitiatæ, uel transuorationis par-
tes, prædictis utemur adiutorijs. Itē manibus paralysi uitiatis, erunt humeris uel
eorum summitatibus atq; palis, & brachiorum musculis, aut cubitorum nodis
hæc adhibenda. Item cruribus paralysi uitiatis, uertebris atq; genibus cucurbitæ
infigendæ, quarū quæ partes non accipiunt usum, ut supercilia, labia, digiti, san
guisugis erunt releuandæ. Item si nimiæ tenuitatis causa, aut usus difficultate,
neq; sanguisugarū morsum tolerare potuerint, ut in palpebris, uel lingua, præ-
fecta uaporatione scarificamus, & generaliter cataplasmatibus utimur. Tunc
si exegerit passio secundo scarificamus, & spongiarum uaporatione utemur, ex
aqua & oleo solo expressis, uel ex oleo aut decoctione lini seminis atq; fœnigræ
ci, uel hibisci, aut maluæ communis uel agrestis. Hijs uero qui secundum lin-
guam, uel transuorationis partes paralysi fuerint uitiati, tempore cataplasmatū
atq; uaporationum iubemus in os dari oleum calidum, uel aquam calidam, &
oleum continendū, aut mulsum: Simul enim atq; eodem tempore ex utraq; par
te uaporata uehementius relaxantur. Si uenter fuerit retentus, clystere utemur
prius quàm partes cucurbita releuamus, ut primo ex aqua mulsa. Tunc si opor
tuerit, etiam diurnis diebus ex oleo calido iniectiones adhibemus. Si intestina,
uel eorum uicinitas paralysi fuerint uitiata, ac si etiam urina fuerit retenta, adhi
bitis cæteris adiutorijs atq; perfectis, encathismata sunt adhibenda. Tunc cata- Εγκαθίσματα.
therismus faciendus, quo urina detrahatur, ac post detractionem oleum cali- Καταθεριsμός.
dum inijciendum, atq; adnexo folliculo catathere ex ea parte quæ cystophilos Κυsόφιλος.
B à Græcis est appellata, uel otico clystere, quem nos auricularem dicere poteri- Ωτικὸς κλυsὴρ.
mus, tenui exabilisco formatum, quo possit cauernam inuadere directum cata-
there. Tunc cucurbitas prædictis adhibemus locis, atq; uaporationibus & ca-
taplasmatibus eas partes cum podice & ueretris uicinis releuamus. Si stoma-
chus fuerit paralysi uitiatus omnia sorbilia dabimus, quo facilius transuorētur:
Ac si ea quæ sumuntur aliqua ex parte subsititerint impedito meatu, ægrotantiū
manus in aquam calidam mittemus, uel parua uascula aqua calida plena tenen
da offeremus. Tunc stomacho leuem cucurbitam infigemus sub ea parte quæ
premi uel impediri uidetur: Atq; ita sensim, uel paulatim eam detrahimus, quo
stomachi partes deferendo accipere, uel transire faciamus illata, uel uacuū offi-
cium in memoriam reducamus; ac si uomitus irruerit paralysi facta nihil denti-
bus interponamus. Si uero † conductio immittimus ceram, uel tabellam alea- † conclusio
rem, aut feruleam, & ductu contrario fasciolæ corrigere tentabimus deprauata
declinante passione: Etenim ante id tempus difficiles in cōsensu partes esse per-
spiciuntur: & propterea quassatio potius quàm effectus sequitur. Vtemur præ-
terea eodem tempore etiam cerotarijs qualibet paralysi uitiata: & primo simpli
cibus, ut ex cera & oleo pingui, uel sabina, & squinanto, admixta hibisci deco-
ctione, uel fœnigræci semine contuso, atq; trito. Tunc ex oleo ueteri & resina te-
rebinthina adhibemus etiam embasin ex oleo calido. Tunc calidam & oleum, ἔμβασις.
cibum dantes diurnis diebus ex oleribus non acrioribus, at que piscibus petren
sibus, & uolantum paruioribus. Vtemur etiam acopis, ut est diasamsucū & dia- ἄκοπα.
melilotū, uel omnibus quæ ex adipibus conficiuntur, & medullis, et irino oleo,
uel malabatrino, et quirino, et hijs similibus, et malagmatibus talibus, ex qui-
bus est diachilon, atq; mnaseum, et diamelilotū, et meline simplex. Tunc gesta-
tione corpus mouebimus pro uirium modo, fertoria sella, siue cathedra, longio-
re tunc uehiculo manibus acto, dehinc animalibus; Sic enim cōsensu persuasæ

C altiores in corpore materiæ ad exteriora concurrunt, cum in embasi ex oleo fuerint constitutæ, motus beneficio prælaxato ægrotante. Dehinc lauacrum adhibemus atque uinum paruum, & consequenter singula, quæ passione fuerint uitiata, suo officio exercemus: explorantes etiam, uel intuentes si quid aliud in corpore passionis occurrerit, ex quo paralysis uidetur effecta, ut hoc quoque destruamus: non hac quidem quod antecedens causa esse uideatur, sed quo etiam eam ipsam passionē necessariò intelligamus. Quapropter si uulneratio ei fuerit cōgrua, gerere debemus sicut in Chirurgumenis, uel Responsionum libris demonstrauimus: Reminiscentes, siquidē ex uulneribus facta paralysis sit, diuisura partium necdum proprio nomine uocabulum teneat, sed appellari claudicationes uel tardationes possunt, siue alienationes. Sin uero cicatrix fuerit clausa, hanc mollire tentabimus. Item si spinæ contortio uel conuersio ex causa effecta, hanc corrigemus. Item si febricula, aut nimia capitis passio, quam cephalæan uocant, aut epilepsian, ex ijsdem eas quoque destruemus. Item si euersio, uel inclinatio fuerit matricis, eidem consequenter ordinata adhibebimus, sicut Muliebrium passionum libris docuimus. Sin uero articuli fuerit eiectio, quanquā longi temporis eum recolamus. Item si quis humoris fluor per quodlibet officium naturale ultra modū fuerit dimissus, cataplasmata constrictiua probamus, ut ex palmulis thebaicis, malis citonijs, acacia, hypocistide, alumine, & hijs similibus, apponentes etiam emplastrorum ea quæ constrictiuæ uirtutis à Græcis enæma apellata, uel si qua ualent concludere atque siccare fluentia, ut sunt uulnerum medicamina quæ appellantur melana. Nunc similiter ægros resumemus, ac si passio permanserit, cyclo ductu resumptionis regula dirigemus per uariam gestationem, deambulationem, uocis exercitium, lectionem, unctionem, lauacra. Tunc post hæc omnia partium adhibemus fricationem, dantes uarium cibum atque uinū, iuxta præscriptā disciplinam omnia augentes atque minuentes: & nunc usque ad piscium qualitatem ordinamus cyclum, nunc usque ad uolantum, tunc etiam agrestium, ultimo porcinæ carnis, sicut superius De capitis curatione scribentes docuimus. Dehinc adhibemus etiam metasyncriticos cyclos, & primo partiles, tunc perfectos, nisi ex initio uires ægrotantis eos perferre non ualuerint. Denique nunc drimyphagia utemur antecedente cibi paruitate, nunc uomitum prouocamus drimyphagian linquentes, & cæteras quoque cycli regulas complemus, & nunc uomitus adiungentes drimyphagian. Ipsum quoque uomitum primo ieiunum probamus, nunc ex radicibus, uel hijs similibus qualitate materijs. Atque ita post frequentem radicum uomitū helleboro utemur, primo radicibus inserto, uel aceto infuso: Quo detracto radices immissæ concisæ ipso cum liquore sorbeantur. Vtemur etiam localibus adiutorijs in hijs partibus quæ sunt paralysi uitiatæ, ut dropaci primo, tunc composito, quem Græci pharmacoden uocauerunt. Psylotro quoque, & cucurbitis recorporatiuis multa cum flamma admotis, atque uiolenter remotis, aut circuntractis nunc ex superioribus ad inferiora: Etenim spiritus iamdudū motu uacuatus ex alto adducetur, & quadam prouocatione excitus uel accurrens sua cubilia cognoscit, singularū uiarum motus inuadens, passionis deturbato languore. Hoc igitur facere tentabimus ex multis cucurbitis per spinam, recto scilicet ordine post inuicem adfigentes, atque sufficiens tempus adductioni largientes, primo primarū faciemus detractionē, tunc sequentium, quo sibi adductum spiratum tradunt, atque insolitos prouocent motus, atque uerso ordine inferiores primo affigentes easdem detrahemus primo. Post cucurbitationem atque dropacis usum, puluere nitri partes aspergi

Libri Cælij χειρουργούμενοι. (beside "cōgrua, gerere debemus…")

Libri Cælij de muliebribus paßionibus. (beside "inclinatio fuerit matricis…")

Emplastra ἔναιμα. (beside "enæma apellata…")

Medicamina μέλανα. (beside "mus, ac si passio…")

D (beside "lauacra. Tunc post hæc…")

Δρώπαξ. φαρμακώδης. ψίλωθρον. (beside "tibus quæ sunt paralysi…")

A aspergi facimus, & fricari uel sinapi, uel ex utroq;. Tunc etiam hijs pulueribus
quæ sunt ex calce uiua, fecla, pumice, pipere, piretro, & hijs similibus uirtute
rebus. Ordinamus etiam unctiones, gestationes uarias, acopa quæ mordica-
tione quadam corpus afficiant, uel accendant, & emolliant: ut sunt ea quæ con
ficiuntur ex oleo sicyonico, syriaco, castoreo, aphronitro, sulphure uiuo, agre-
sti cucumere, ammoniaci gutta, squilla, quam uulgo uulum pluriosum uocãt,
urticæ semine, piretro, pipere, helleboro † albo, nigella, galbano, iri illyrica, le- † alcionio
mnida carie, & hijs similibus. Non aliter etiam malagmata sunt adhibẽda, quæ
corpus ualeant papulare lacessendo, ut sunt ex flore salis, uel ex nitro, & illud
quod nileos appellatur, uel diadaphnidon, uel apollophanos, & caphysophon-
tos: quorum compositiones Responsionum tradidimus libris, pro modo ma-
gnitudinis passionum adhibendas, atque lenimentorum alias augentes, alias
indulgentes. Ordinamus etiam sole corpus torrendum, uel paroptesin ex car
bonibus, aut parietibus calefactis, uel pauimẽto, item lapidibus ac testis, hoc
faciunt. Etiam ceromata sub sole ignita, uel terga præuncta, simili modo calefa
cta, quæ substrata accipiunt ægrotantes uolutatione quadam conuertendi, ac
defricandi, & mutandi: etiam loca quæ deseruerint repetenda, ut ueniant fer-
uentiora: quippe cum naturaliter tergora oleo ac sole facile ferueſcant. Vte-
mur etiam ob similem corporis curationem, quam Græci phœnigmon uocãt, φοινιγμὸς
harena littori uicina, quæ sit sole ignita, ut circũtecta gremio foueat ægrotantẽ.
Tunc etiam fomentationibus ex aqua salsa, uel marina, aut decoctione bacca-
rum lauri, uel omnium quæ ita corpus afficiunt: manente passione etiam cata
plasma ex sinapi adhibemus, uel contusam atque liquatam ferulaginem, quã
B Græci tapsian uocant, corpus ungemus usque ad cutis ruborem, atque medi-
ocrem partium inflationem: Etenim uulnerari, siue uexari quosdam ex istius
herbæ usu immoderationis est uitium, tanquam sinapismi usus immodicus.
Generaliter autem similiter medentur etiam uaporationes ex sacellis sale tor-
rido repletis, atque in lauacro igneo usus flabrorum. Ordinamus etiam si quid
partialiter loco patienti poterit adhiberi, ut capiti passione uexato rasionem cã
pillorum, nunc pro capillatura, nunc contra capillaturam. In mulieribus ue-
ro, quæ id fieri non facile permittunt, denso pectine exerceri capillos impera-
mus, supradicta scilicet diuersitate, & cum uehementi conatu, atque primo
aliorum manu, & raro pectine: tunc magis denso, & ægrotantis manu. Ac si
odorandi officium fuerit paralysi uitiatum, erunt adhibenda acriora odoramen
ta, ut ex aceto & sale, aut adiuncto origono in aceto extincto, quo ex eo acri-
orem profecto exhalationem naribus sapiant ægrotantes. Nunc etiam sinapi,
uel castoreo ex aceto soluto per interualla, uel lasare, quod Græci opon cyre- ὀπὸς κυρηναϊκὸς
naicum uocant. Sed hæc erunt naribus quoque immittenda, uel sinapi cum
aceto, donec prouocentur iubemus eos uolenter emungere. Probamus de-
nique betæ nigræ, uel cyclaminis herbæ succum cochleare plenum naribus in-
fundendum, utentes ptarmicis uehementioribus, quæ nos sternutamenta uo- πταρμικὰ.
camus, ex pipere, helleboro, castoreo, astrutio, & horum similibus. Post ster
nutationem uero magis odoramenta utenda probamus: Hæc enim uehemen
tius odorationis mouent officium, & solas capitis partes in passione constitu-
tas quadam mutatione reformant. Ac si lingua fuerit paralysi uitiata, uel trans
uorationis partes, aridum sinapi dabimus masticandum ante lauacrum. Tunc
aqua calida os colluere præcipimus. Aliquando etiã liquefactum ex aceto sor-
bere ægrotantem imperauimus, & gargarizare. Hoc quidem etiã de similibus

C liquoribus faciemus, ut ex fico, hyssopo, draganto, origono, thymo, pipere, pi-
retro, staphisagria: hæc etiam masticanda dabimus. Ipsam quoque linguam lasa-
re fricantes ex aqua soluto. Tunc etiam cornu cucurbitæ in modum adhibe-
mus: adducit enim non aliter quàm hæc spiritum, & insolitas prouocat uias,
quæ sunt ex antecedentibus medicaminibus præpurgatæ. Item stomacho patien
te atque uentre, magis frequentabimus drimyphagian: dantes etiam lasar cum
aceto, ex quibus panis erit madidandus, adiuncto quolibet pulmento. Ac si po
dex fuerit paralysi uitiatus, aut eius uicina, acriora facimus uel mordicantia inij-
βάλανοι. ci collyria, quæ Græci balanos uocāt, uel sinapi plurimū fico admixto, atque in col
lyrium collectum longitudine aptum partibus inijcimus, ut ea quæ in alijs ordi-
nauimus fomenta, nunc pro encathismatibus adhibemus, uel per clysterem in-
Garum. ijcimus aliqua ex acrioribus, ut aquam salsam, uel marinam, uel garum, quod
appellamus liquamen ex pisce siluro confectum, & si qua fuerint similis uirtu
tis: Quorum omnium dexteros usus, atque confectionis genus, & adhibendi
rationem libro Adiutoriorū specialium docuimus. Oportet præterea singulas
partes in passione constitutas, suis ac naturalibus motibus admonere, ut super-
cilium leuando ac deponēdo, palpebram concludendo ac distinguendo, linguā
producendo atque conducendo. Hæc sunt ægrotantibus imperanda. Hortandi
etiam locutionem tentare: Quod si minime facere potuerint, ex omni parte of-
ficio linguæ cessante, erunt suadendi, ut animo concepta uoluant quæ proferre
nō possunt: Sæpe enim quæ loqui uolentes mente perceperint, in alto formans
spiritus accepto motu rumpit in uocem. Vel certe docendi sunt unius exprimen
dæ literæ curam suscipere, ut intra se exercendo manifestius probent, & magis
D ex uocalibus, ne difficultate sonitus multarum literarum uocis organa conclu-
λέξεις. dantur potius quàm reserentur. Tunc cum implere ualuerint dabimus lexes,
atque nomina, quæ sint ex multis uocalibus conscripta, ut est Pæan, & hijs simi-
lia: Sic etiam numeros dabimus, & ex hijs exclamare prouocabimus ægrotātes,
ac deinde lectionem offeramus, uel disputationem. Hæc adhibenda sunt etiam
χαλινός. si buccarum partes circa labiorum confinia, quem Græci chalinon uocant, fu-
erint in passione constitutæ. Dandum etiam mastiche masticanda, uel cera in-
dulgentior mordenda, tunc ferulæ particula, uel per profectum tiliæ tabella:
Plus enim illorū singula quodam cum certamine partes faciunt exerceri. Tunc
danda etiam frangenda arida fabarum grana, uel amygdala molliora, ac nuces
auellanæ primo, tunc etiam glandes paulatim aucto numero quantitatis. Ac si
digiti fuerint in passione constituti, erunt commouendi oblatione ceræ emollien
tis, & malagmatum suprascriptorum: Quo non solum motu, sed etiam tactu
medicamina propria uirtute medentur. Præterea eodem exercitij tempore, &
in illis quibus totæ manus paralysi fuerint uitiatæ, uel earum quælibet partes, al-
ἁλτῆρ. theres erunt offerendi: At enim ponderepro modo uiriū ægrorantes, quodam
labore mortes exercent. Sed erunt prædictis malagmatibus commouendi, ut pri
mo teneant uel baiulent ægrotantes, tum demum ex ipsis simili ratione feriendi
manus exerceant. Ac si crura fuerint paralysi uitiata, si fieri potuerit per seipsos,
sin minus, aliorum impulsu extensione atque conclusione exerceant eas partes,
non tamen sine suasione, qua non solum motibus exerceantur, uerum etiā ipsi
connitantur. Erunt denique ob uarietatem motus artis industria partes commo-
uendæ hoc modo: Iacēte ægroto, cruribus imposita fasciola superpendenti rotu
τροχίλιον. læ, quam Græci trochilion appellant, alterum ex finibus fasciolæ inserendum,
hinc tenendum dare; nunc ministro, nunc ægrotāti demonstrato motu, ac par-
tili,

A tili, qui nunc adducta fasciola subleuet crura, nunc indulta deponat. Sed cum
non solum leuare ac deponere uoluerimus, sed etiam extendere, aut inflectere
partes paralysi uitiatas, duæ erunt fasciolæ imponendæ: altera genibus, altera ta
lis: tunc per supradictam rotulam traijciendæ, & apprehensis initijs similiter
offerendæ patientibus uel ministris, ut uicissim adducant, quo ea quæ genu con
tinet adducta, & ea quæ talum continet indulgente, hoc motu crura flectan-
tur: Rursum talari adducta, & indulta ea quæ genu continet cruris fiat, exten
sio. Ac si sedere potuerint ægrotantes, erit fasciolæ medietas pedibus submit-
tenda, cuius initia eidem tradita, cogatur labore proprio per seipsum adducēdo
atque indulgendo suis cruribus motum præstare. Simili etiam modo manus
in passione constitutæ moueri posse noscuntur, ut ex altera fasciola iubeat quã
oportet arteriam articulis digitorum uicinam, quam Græci carpon uocant, al- καρπός.
tera cubitum circundari. Præmotis igitur, uel exercitis, ut supra dictum est, da-
bimus ut sella tonsoria sedeant ægrotantes, quæ sit obliquis anconibus fabri- ἀγκῶνες.
cata, quibus incumbentes sese leuare nitantur: & nunc fulciti ex utroque ala-
rum latere ministrorum officio deambulationem tentent, uel incumbentes ba-
culo, aut uehiculo manibus acto, quod infantibus sæpe motum discentibus fa
bricatur, sed magnitudine tamen ægrotantibus coæquandum. Dehinc cum ge
stationis augmenta sufficimus, conficienda sunt ligna, quæ transgredi pedibus
nitantur ægrotantes: Tunc etiam perfectis in terra lacunis deambulationem im
perabimus, ac deinde calceamentis adiuncto plumbo prius paruo, ut exem-
pli causa uncia, tunc plurimo, atq; pro augmentorũ gradu usque ad librã dedu
cto, tum etiam itineris celeritas erit augenda: habet enim maioris laboris offi-
B cium. Varianda etiam omnis regula, ut nunc resumptiuos cyclos in metasyn-
criticos deducamus, nunc è contrario uersa uice gradum reuocemus. Præterea *Cycli resu-*
perseuerante passione ad hellebori usum probamus accedendum: non solum *mptiui &*
semel, sed & cogentibus rebus secundo uel tertio: tunc resumendos, atq; natu- μετασυγκριτικοί
ralibus aquis dandos, & magis calidioribus, ut sunt in Italia Pantherinæ, Vesui
næ, & Senanæ, & Caritanæ appellatæ: Etenim Albæ, siue Albulæ quæ sunt ap- *Albulæ.*
pellatæ, quod sint frigidæ uirtutis, solutione laborantibus, uel fluore quorũlibet
officiorum naturalium à ueteribus sunt approbatæ. Vtendum etiam natatio-
nibus marinis, uel supradictarum aquarum, & primo partibus passione uitiatis
inflatæ uesicæ sunt adiungendæ, quo natandi laborem minuant. Item aquarum
ruinis partes in passione constitutæ sunt subijciendæ, quas Græci cataclysmos κατακλυσμός.
appellant: plurimum etenim earum percussiones corporum faciunt mutatio-
nem. Peregrinatio quoque adhibenda, atque maritima, necnon castoreum
poto damus, si quisquam eius odoris difficultatem perferre ualuerit: Recorpo
ratiuam curationem, quam Græci metasyncriticam uocant, utilem approba-
mus, partibus in passione constitutis. Hæc est secundum methodon paralyti
corum curatio. Veterum autem medicorum Hippocratis atque Erophili se- *Hippocrates.*
ctatores, memorant ea quæ in passione constitutos sequũtur, curationem uero *Erophilus.*
nullam tradiderunt. Item Diocles libro quo de passionibus atque causis, & *Diocles.*
curationibus scripsit, eandem dixit conducere curationem, quæ epilepticis est
ordinata. Dehinc Praxagoras secundo libro Curationum primo uomitũ pro- *Praxagoras.*
bat, & hijs præsertim qui caput fuerint paralysi uitiati, nunc ante cibum, nunc
post cibum. Tunc reuocationes atque uentriflua, & urinalia medicamina, quæ
cœliotica atque diuretica appellauit. Adhibet etiam clysterem iugem & acrio- κοιλιοτικά.
rem: bibendum etiam cum aceto asininum atque bubulinum lac probat. Tunc διουρητικά.

D 3 cataplasmata

C cataplaſmata, & malagmata, & ſudoris pouocationes: & ſi quis uomere faci/
le potuerit, parum hellebori pulmentis interiectis diebus admiſcet. Neque
mox factam paralyſin curans, neque rectà à uomitu incipiens, & in hijs magis
qui caput paralyſi uitiati uidentur, priuſquam ex alijs adiutorijs partes fue/
rint releuatæ. Dehinc ſenſibilis poſt cibum omnis eſt uomitus, & multo gra/
Praxagoras. uius iugis. At Praxagoras iubet, quotidianis aut alternis diebus adhibitos ſuis
dogmatibus ſublatis erroribus, quanquam uentriflua atque diuretica, & cly/
ſteres iuges approbauerit: Non enim quod mutationem corporis hæc facere
ualeant exiſtimauit, ſed quod materiarum facere detractionem, atque corpus
liquidis uacuare. Item aceto poto dato lac repugnat, cuius magis grauis, de/
hinc qualibus cataplaſmatibus, uel malagmatibus ſit utendum, dicere negligit.
Sed neque tempus adhibendi diſcreuit: Non enim quando mitigatiuis utimur
cataplaſmatibus, tunc erit malagmatibus utendum. At iſte pariter utraque cō
poſuit. Item ſudores laxatis corporibus fiunt, non ipſi laxamentum faciunt:
Sed neque quemadmodum ſint prouocandi docuit, aut memorauit. Item al/
bum helleborum paruum datum præfocationis ingerit periculum, & multo po
tius quoties ſunt in uomitum difficiles ægrotantes: Mitto, communiter eum di
xiſſe interpoſitis diebus offerendum, & tempus non memoraſſe, cum paſſio/
Eraſiſtratus. nem neceſſe ſit ſuperpoſitionibus, ac lenimentis uariare. Item Eraſiſtratus de
paralyſi ſcribens, differenter curandos ait eos qui concluſione ſunt paralyſi ui/
tiati, ab hijs qui extenſione uidentur affecti: Etenim neque cataplaſmata, ne/
que malagmata ſecundis inquit conuenire: non aduertens, quoniam etiam ſtri
D ctura denſata quædam corpora ui maiore, non aliter quàm chordæ tendun/
tur: Laxata denique medicinalium uirtute ſæpe retenduntur. Item initio cu/
rationis clyſterem probat, phlebotomiæ negligens potentiam: quo adiutorio
maius nihil maioribus approbatur. Tunc, inquit, effecta febricula detrahen/
dum cibum, & dandum mulſum ex aceto confecto: Profecto denſata conſtrin
gent. Tunc obſeruatis temporibus acceſſionum uel dimiſſionum, dandam pti
ſanam probat aut olus: quorum alterum inflat, alterum facile corrumpitur.
Dehinc aromaticas approbat potiones, & aliâs mites, aliâs uehementes. Ven
trem quoque facilem cupit, ex quo ſtomachus neceſſariò uitiatur, & neque
quanta, neque quando, neque quæ danda ſint memorauit. Prohibet etiam
unius anni ſpacio, uana intentione tempus definiens. Dat etiam lac cum mel/
le, atque ſale, quod eſt contrarium ſupradicto mulſo ex aceto confecto. Vtitur
præterea uomitu poſt cibos, quod iam ſuperius fieri damnauimus. Vitiat e/
tiam deambulationibus harenoſis in locis, ex ſola intentione ſui dogmatis:
Aſclepiades. Etiam uentrem facilem cupit, caduca ſuſpicione deceptus. Aſclepiades ue/
ro principaliter de paralyſi nihil ſcripſit, ſed Eraſiſtrato reſpondit, eos in/
quit, qui non graui dolore in iſta paſſione afficiuntur, phlebotomari non opor
tere: Eos uero qui priuatis ſenſibus peiore ſtrictura uexantur, abſtinendos
primo, tum initiandos probat: Adhibet etiam purgatiua medicamina, quæ
Græci catartica uocauerunt, cum ſint hæc corruptiuæ uirtutis, & propterea cor
pus elimando conſumant potius quàm relaxent. Sed ſpecialiter à laxatione pa/
ralyſi uitiatis adurentia inquit medicamina conuenire, & fomentationem par/
uam paulo feruentius temperatam: non aduertens quia plurima extenta con/
cluſis ſimilem exigunt laxationem, atque indulgentiam tenſionis, & non
ut exiſtimant, conſcriptionem: Vtraque etenim hæc paſſioni ſubiecta ſunt,
ut etiam ſtupor corporis, uel frigidus torpor, quem non ſemper neceſſariò ua

porationibus,

A porationibus, uerumetiam frigore adhibito releuamus: Siquidem contrarijs inter se passionibus hæc subiecta monstrantur. Ordinat præterea idem in harenæ spacio deambulationem, quod appellant scamma, atque transcensum lignorum, & inter plurimum tempus bibendum uinum. Item Themison primo libro Tardarum passionum in quibusdam peccare cognoscitur, nondum rectam methodon respiciens: etenim phlebotomat ex ea parte quæ passione uitiata est, si, inquit, sensu non caruerit: non curans, ut supra demonstrauimus euitanda omnia, quæ adiutorio quadam necessitate ueluti uexabilia uideantur esse coniuncta. Dehinc lanam succidam, quam œsypon appellant, capiti iubet imponi, aceto atque oleo rosaceo infusam. Neruis autem ceruicis atque spinæ, & cruribus, & brachijs, uinũ atq; oleum cum sale imponendum iubet, constringens atque lacessens incongrue ea, quæ phlebotomia miti releuatione laxauerat. Tunc tertia die cibum probat, atque quarta die cucurbitam imponi adiuncta scarificatione, non interrogans passionis tempus, solum numerum dierum imprudenter attendens: Dehinc sequentibus gestationem probat, & neque in eo definiens tempus, atque audaciter secundæ diatriti expectationem spernens. Dat etiam aloën in potu, & ex aqua calida, & oleo intestinis dare laxamentum ordinat. Præterea anatresin testæ faciendam, quam nos perforationem uocamus, iamdudum quidem & in alijs methodicis explosam: & harenæ deambulationem conuenire existimat, atque plagis ferulæ cædendas partes in passione constitutas, profecto quæ salsæ aquæ mitigatione atque recorporatione uidentur esse curandæ. Item Lusius primo libro Tardarum passionum cum hijs omnibus, tum medicosis quoque fomentationibus

σκάμμα. *Themison.* *Lana οἴσυπος.* *ἀνάτρησις testæ.* *Lusius.*

B utendum probat. Plurimi etiam alij aceto, atq; oleo roseo fouentes cum herpillo, & ruta, & hedera, & castoreo. Probant præterea iuges clysteres, atque purgatiua medicamina, quæ catartica uocauerunt, & magis hieram, cuius usum græco libro Epistolarum ad Prætextatum damnauimus scribentes: Sunt enim ea quæ stomachum uitiant fugienda, ut sunt corpus insumentia, & quæ moderationis nostræ careant potestate Item Thessalus secundo libro de Regulis scribens, plurima recte dixisse probatur: quædam uero proterua festinatione caduca: Etenim post phlebotomiam usque ad tertium imperat abstineri, solum potum diurna cum luce offerendum. Tunc transacta tertia die atque hora qua sunt ægrotantes paralysi uitiati cibum portat. Quibus respondere facile quisquam poterit, si quærat, qua intentione Thessalus oriente luce potum iubeat dari: Etenim si continuationis causa id fieri responderit, oportebat etiam cibum eodem tempore approbare: Sin uero accessionum frequentia id existimat declinandum, uel suspicione futurarum, & propterea post tertium diem cibum transferendum, quo transacta hora passionis illatæ tertia die recte ægros nutrire uideamur, oportebat etiam potum non communiter, sed generaliter diurnis diebus, uel initio lucis offerre, sed horarum dimissione captata. Dehinc non semper, ac necessario tertio die cibum oportet dari, sed etiam quarta continuationis, quæ initium ex die sumpsisse uisa, uel ob typum eadem ratione currentem. Idem post hæc similiter ut Themison, quarta inquit die cucurbitas infigendas, non interrogans utrum passio sumpserit statum, quod est maxime seruandum. Ait præterea alternis diebus cibandos usque ad centum numerum dierum, quod infinitum reliquisse perspicitur. Audaciter etiam, atque inuidiose acopa quædam, uel malagmata probat

ἱερά. *Cælij liber græcarũ epistolarum.* *Thessalus.*

C excludenda, solius moderationis neglecta arguens uitia. Hæc sunt quæ etiam Thessalo Sorani diligentia uidentur esse responsa.

Soranus.

κυνικὸς σπασμός.

DE CANINO RAPTV, QVEM GRAECI CYNICON SPASMON VOCANT. CAP: II.

IN ista passione constitutos sequitur conclusio, siue contractio repentino motu ueniens, ac recedens sine ulla corporis turbatione, & nunc utriusque labij in ultimo fine, siue oris angulo, quem Græci chalinon uocant, ut etiam buccas adducat in posteriorem partem crebrissime, tanquam ridentibus, nunc palpebras, uel supercilia ac nares, ut etiam colla atque humeros rapiat, & ita patientes faciat commoueri, tanquã onus humeris baiulantes transferendi ponderis causa. Differt autem à spasmo, & paralysi musculorum qui buccas conligant: Siquidem spasmus acuta atque celer passio perspicitur, caninus uero raptus etiam tarda. Item paralysis supradictorum musculorum, non ut Demetrius ait Attaleus, eo differt, quod non sit in canino raptu partium cõuersio: hoc enim contra manifestam rationem intelligitur dictum, sed quod ipsa conuersio coacta celeritate prius facta, quàm fieri sentiatur. Curationem uero ex ante scriptis accipiendam ducimus, & magis quàm de paralysi monuimus, oris partibus.

χαλινός.

Demetrius Attaleus.

DE AVRICVLAE DOLORE, ATQVE HVMORIS FLVORE PER AVDITORIAS CAVERNAS. CAP: III.

D SEnsuales aurium uiæ, siue auditoriæ cauernæ, quos Græci acusticos poros appellant, difficilimis sæpe doloribus uexantur, ut etiam occipitium teneant, & oculos atque buccarum musculos, & perseueratione quadã tardissima, tempora teneant & caput. Aliquãdo etiam humoris fluor per easdem cauernas fiat, quem Græci reumatismon uocant, & ita iugis, ut sæpe uulneret altiora, atque corrumpat, & ossa conterebret, & propterea copiã fluentis humoris efficiat. Oportet igitur actionis tempore discernere curationem in lenimento communẽ magis, hoc est recorporatiuam, quam Græci metasyncriticam uocant, adprobare, ut cum dolor fuerit in initio, adhuc nouam passionẽ iudicãtes, quicquam destillari faciamus in has cauernas, constrictiuum medicamen, uel ex lana limpida sumentes auriculæ immittamus, ut est amygdalinũ, uel roseum oleum, uel acetum, & hijs similia. Vtendum etiam requie corporis atque abstinentia, & silentio suo: Etenim officio accepta uoce aures necessariò cõmouentur, & propterea maiores dolores efficiuntur. Ac si passio fuerit augmẽtis asperata, erit immittendum oleum calidum ac dulce, ac mollibus lanis prætegenda exteriora, atque uicina. Locandi præterea ægrotantes calido in loco, & si dolor coëgerit, phlebotomandi, atque tertia die leui atque sorbili cibo reficiendi, & ob mitigationẽ doloris exterius admouẽda uaporatio tepidi uaporis, uel saccelli ex polline tenero confecti. Tunc cataplasmata laxatiua, & cum dolor sumpserit statum erunt admouendæ sanguisugæ, quas hirudines appellant, circa fines auriculæ, hoc est, circulatim auditoriam cauernam, habentes cartilaginem prætermissam, uel certe eius posteriora cucurbita admota scarificanda,

πόροι ἀκουστικοί.

Curatio μετασυγκριτική.

A canda adhibita uaporatione spongiarum calidarum. Ipsam quoque cauernam
inuoluta lana per melotida oleo calido tinctã paulatim penetramus, atq; illic la
na derelicta ferramentũ detrahimus. Tunc declinãte passione cerotaria appone
mus, dantes uariũ cibum & uinum: ac si humoris fuerit fluor, quẽ reumatismũ
uocant, eadem adhibemus quæ initio doloris adhibenda probauimus. Dehinc
eorum augemus potentiam, ut cauernæ ipsi faciamus infundi collyrium, quod
appellamus diaglaucium ex uino solutum, uel aceto, uel illud medicamen quod *Diaglautium.*
appellant heren, uel mulsum ex uino factum: Quod sit præcoctum in mali pu *Heres medi-*
nici cortice, cum nardo, uel amygdalis amaris, & aceto, croco, & myrrha, & *camen.*
alumine, uel ex herbarum succis constrictiuæ uirtutis, tum auriculæ uicinan-
tia circulatim cataplasmata, ex cydonio malo, ac simili medentiũ uirtute conte-
gemus, uel medicamen quod appellatur diaiteo, quod est siccatiuæ uirtutis, uel
icesio, aut diadictamno, & hijs similibus. Dehinc si passio coëgerit, radendum
est caput, & constrictiuis cataplasmatibus contegendum. Dandi etiam cibi cõ-
strictiui, & lenimenti temporibus, siue dolorum tardantium, siue humorũ fluen
tium resumptiuus adhibendus cyclus, tunc recorporatiuus. Et localiter ipsis ca
uernis per clysterem modicum inijcienda, nunc destillatio aquæ cineribus liqua
tæ, quam uulgo lixiuium uocant, Græci coniam, nunc sinapi liquido, atque *Lixiuium.*
etiam admixto fico erunt exteriora cataplasmanda, donec rubor maximus fiat, *κονία.*
quem Græci phœnigmon appellant. Item eundem immissione medicaminum *φοινιγμός.*
ex garo confectorum, quod uulgo liquamen appellant, uel hijs uirtute similiũ
materiarum. Tunc etiam totius capitis curationem ex illisione aquarum super-
cadentium, quam Græci cataclysmum appellant. Quibus etiam aurium uicina
B sunt maxime concuranda. Dehinc acopibus & dropacis, & malagmatibus acri-
oribus, & aquis naturalibus utendum: Sic enim intardata corporibus emoue-
ri, atque excludi mutatione poterunt curationis.

DE DOLORE DENTIUM. CAP: IIII.

Iunt dolores dentium nunc omnium, nunc aliquorum, nunc
unius, cum sibi uicinantibus gingiuis, ut etiam contumescant,
ac sæpe ora faciant subinflari, uel eorum aliquas partes crescen
te passione terebrari: Nam sæpe dentes & gingiuæ computre-
scunt, corruptis ossibus quibus natura inserti sunt, recedenti-
bus tumore cogente gingiuis. Sed etiam nunc erit curationis di
ligentia partienda, ut initio doloris, uel certe si ita passio recurrendo tardauerit,
superpositionis alia adhibeatur curatio, alia lenimenti. Quapropter adhuc rece-
dentibus passionis motibus, uel in asperitate superpositionis doloris cõstitutis,
conuenit abstinentia cibi, atq; requies corporis, ut initiorũ causæ aqua quæ uirtu
te constringat collutioni oris adhibenda sit, ut est à plerisque conscripta deco
ctio in aqua & uino herbæ syderitis, uel acaciæ, uel leuces, quam etiam polium
uocant, aut mandragoræ, sed non sine cautione, ne quid ex ipso liquore trans-
uorent ægrotantes. Item pentaphylli herbæ, aut papaueris, necnon persona-
tiæ, aut herba phlomon in pusca decocta, uel ex cornu ceruini drachmis quin-
que, & aceti hemina usque ad sui medietatem decocta, uel de pinguis cum
aceto decoctæ, aut alterci radices cum uuæ lupinæ succo, & uino sufficienti si-
mul coctæ. Erunt præterea ex hijs, aliqua parte in doloribus constituta, appo-
nenda uel lenientia, uel simili uirtute medentium materiarum. Tunc cum do-
lor uehementescere cœperit, lecto tradendus est æger, atque blando tempore
calefacien-

C calefacientibus supino capite collocandus, sed paulo prominentius à cætero
corpore subleuato. Tunc articuli fricatione calefaciendi, atque musculi buc-
carum lana oleo calido infusa circuntegẽdi, appositis saccellis ex pollinibus ca
lidis confectis. Tunc oris collutio ex oleo adhibenda dulci atque calido, uel fœ
nigræci succo, aut alica, aut ptisana, uel glycyrrhisa, aut lacte cum melle. Et si
nimius fuerit dolor phlebotomia adhibenda. Tunc tertia die quo sanguinis fa-
cta detractio est, sorbilibus atque calidis cibis ægri nutriendi, sed plus perungen
di. Alia quoque die si dolor steterit atque durauerit, & officium cessauerit uen
tris, erit amouendus ex simplici clystere, & loca in dolore constituta ferro lace-
randa, appositis cucurbitis secundum buccarum musculos, atque gingiuarum
locos. Aliquando etiam ipsæ gingiuæ scarificandæ, uel circunseparandæ à den-
περιχαρακτήρ- tibus ferramento, quod pericharactera uocant. Est etiam mitigatiua ex oleo ua
μηλετίς. poratio, quæ fiet ex feruenti oleo, lanam melotidi inuolutam tingimus, tunc
gingiuis altrinsecus imponemus, hoc est, interiori atque exteriori parti, & ipsis
quoque dentibus, quantum æger ferre feruoris potuerit: Sed prætegenda uici-
na sunt, lana præmissa, ne facile pustulentur. Alia quoque uaporationum ge-
nera quæ sunt à ueteribus tradita erunt adhibenda, ut thuris granum igne calefa
ctum tunc tenui linteolo inuolutum dolentibus dentibus apponatur, & ita mor
deat ægrotantes, ut ex ipso uapore resumantur. Item thuris triti puluerem singu
latim linteolis pluribus illigamus, tunc eorũ singula oleo calido prætincta ægro-
tantibus offerimus mordenda, dentibus scilicet in dolore constitutis. Aliqui etiã
scyllæ paruum modum aiunt oleo concoquendum, quod nos differendum pro-
bamus, ac lenitatis tempore adhibendum: Siquidem ob acrimoniam scyllæ re-
D corporatiuam habeant uirtutem. Oportet præterea etiam mentum uaporari ex-
terius, & spongijs expressis ex aliqua coctione laxatiuæ uirtutis ad mitigandam
materiam, uel ex ipsa adhibere fomentum. Tunc cerotaria apponenda proba-
mus ex oleo ciprino, uel irino: item malagmata sensim calefacientia: tunc la-
uacro atq; uino, & cibo uario utẽdum. Ac si tardi temporis dolor fuerit effectus,
ut chronia passio uideatur, & nunc superpositionibus asperata, nunc lenimentis
emollita, oportebit superpositionis tempore ijsdem adiutorijs perseuerare: to-
tum uero corpus resumere, sicut frequenter docuimus. Præterea tempore ex-
ercitij erit offerenda cera, quam ægrotantes mordendo dentes exerceant, sicut nu
per demonstrauimus de paralysi scribentes. Vltimo autem tempore gestationis
erit adhibenda fricatio capitis atq; oris, sed ipsius manibus ægrotãtis paruissima,
plurima uero ex alienis, sed longitudine temporis potius quàm uehementia, ne
caput nimietate moueatur. Tunc ne partes refrigescant uel impleantur etiam,
à plurimis erit corpus confricandum, ut duobus ministris ab humeris latera, &
alijs duobus ab inguinibus curata. Tunc resumptione paulo fortius erunt par-
tes recorporatione curandæ, ut post fricationem strigili non obtuso uel aspero
pannis buccarum musculos usque ad ruborem fricari faciamus, & nunc dropa-
cem illiniri, tunc etiam ipsos dentes atque gingiuas uehementius fricari. Dan-
tes præterea iugiter oleum calidum sorbendum, atque continendum & despuen
dum. Item aqua frigida tunc interpositis duobus uel tribus diebus, ex humore
in quo fuerit decocta mali punici cortex, adhibemus oris collutionẽ, uel in quo
sit prætincta ignita galla, uel ex aquis sua uirtute medentibus. Itẽ dentiũ confri
Libri medica- camentis utendũ, quæ constringere, atq; fortificare ualeant, sicuti libris medica-
minum Cælij. minũ ordinauimus. Vomitus uero post cibũ factus omnibus est cõtrarius, & ma
xime in ista cõstitutis passione. Item non aliter Venus obesse probatur, & uino-
lentia.

A lentia. Multi autem ueterum medicorum accessionis tempore ea medicami-
na adhibenda iusserunt, quæ anodyna Græci uocauerunt, nos indoloria dicere *Medicamina*
poterimus, quæ aiunt nocturno tempore adhibenda, profecto sensum non do *indoloria*
lorem auferentia. Adhibent etiam fumigationem dentibus, ut bitumen cum *ἀνώδυνα.*
simili pondere myrrhæ uino conspersæ, mollibus prunis impositæ. Tunc iuben
tes ore aperto ægrotantem fumum accipere, cum fuerit melius hæc propter in-
flationem capitis prohibere, & offerre mulsum calidum, uel quenquam mitiga-
tiuum liquorem continendum, uel, ut aiunt, carbonibus infundendum, ut ex-
inde exhalatione facta solatium capiant ægrotantes. Item iubent circundandos
atque inuoluendos dentes ex opio, galbano, pipere, uel lasere, & peucedano, &
herba quam tithymalon uocant. Hæc quidem etiam corruptis dentibus adhi-
benda probauerunt. Necnon tenue linteolum apponendum, prælinitum oleo
cocto, uel sale, & cedria, uel ex croco atque pipere longo, & rosa recenti, & illy-
rica, galbano, cocco cnidio, styrace, nitro, cū melle medicamine confecto: quæ
omnia ob acrimoniā lenimenti tempore locum potuerint inuenire: Quanquā
sit etiam fugiēda satietas medicaminū plurima. Omitto quod tithymali succus
appositus dentes infringat. Non aliter etiam ferreici altheres exhibiti, qui den- *Ἀλθῆρες*
tiū dolores mitigent locorum mortē faciunt, & ipsorum dentium laxitatē, qui *ferreici.*
aiunt ungendas gingiuas accessionis tempore amurca, cum simili modo infecta
lana ex oleo ueteri & myrrha, cum uino & oleo resoluta, atque crassitudine mel-
lis deducta, cum secundum methodon aliud sit tempus medicaminū lacessen-
tium. Item alij præsente dolore in contraria partis auricula aiunt balsami succū
mittendum, cum succis supradictis simili modo uel folio. Hijs omnibus resolu
B tis, uel oleo decoctis, aut in quo decocta sint ederæ nigræ folia decem, & squillæ
medium in oliuæ magnitudine spe auocandæ materiæ, deprauati, uel maioris do
loris illati causam anteriorem auocētes, obscurantes auocatis sensibus ægrotan
tes. Item alij eius partis, quæ dentis dolorem sustinet, nari ederæ succum infun
dentes, cum olei parte dimidia, ex ferramento quod rinenchyton uocant. Ad- *Instrumentū*
hibentes etiam sternutamēta & apophlegmatismos, & odoris medicamina, quæ *ῥινέγχυτον.*
iugiter aiunt apponenda, & sint uirtutis lacessentis, quæ stomatica uocāt: quo- *ἀποφλεγματισμός.*
rum singula tanquam recorporatiua non mitigatiua in lenimēto adhibere pro-
bamus. Item alij statim ad auferendos dentes dolore pulsatos accurrunt, nescij
quoniam detractio amissio partis est, non sanatio. Quapropter sicut alias quoque
partes in tumore constitutas non detractione, sed mitigatione curamus, sic etiam
dentes concurandos accipimus: Etenim si quisquam dentium fuerit exesus, exi
git primo mitigationem, tunc sui detractionem faciendam. Quippe cum non
sit à periculo remotū doloris tempore dentes auferre, & maxime integros, hoc
est, qui non fuerint exesi, uel corrupti, aut mobiles: Consensus etenim superio-
rum partium necessariò sequetur & musculorum, & oculorum. Erophilus de- *Erophilus.*
nique & Heraclides Tarentinus mori quosdā detractione dentis memorauerūt: *Heraclides*
Nam Erasistratus plumbeum inquit odontagogum, quod nos dentiducum di *Tarentinus.*
cere poterimus, apud Delphum in Apollinis templo ostentationis causa pro- *Easistratus.*
positum: Quo demonstratur, oportere eos dentes auferri, qui sint faciles, uel *ὀδονταγωγόν.*
mobilitate laxati, uel quibus sufficiat plumbei ferramenti conamen ad summū. *Dentiducum*
Sic autem putant, quod omnis dens dolore uexatus, & qui nec et sanos, est de- *plumbeum.*
trahendus, oportet etiam omnes auferri, si omnes fuerint dolore possessi. Quo
modo autem sint auferendi dentes exesi uel moti, nisi seruari potuerint, libris
medicinalium Responsionum docuimus. Ac si aliquando ex humore gingiua
rum

C rum uisi fuerint commoueri, oportet constrictiuis uti collutionibus, quarum materiæ ex parte superius diximus adhibendum oleum lentiscinum, & aquas cœlestes, & lac asininum: est enim densabile: Item decoctio mali punici, uel gallæ, aut acatiæ, aut rosæ, aut murtæ nigræ, aut mali cydonij, uel platani baccæ. Vngendæ præterea gingiuæ medicamine, quod appellamus diamaron. Item diaporos & diaroos, & diomphacion, & œnanthio. Item si quædã emerserit gingiuarum sanguinatio, corallij tusi puluis cretus, atque intus ponendus & alumen cum melle. Item eruca cum aceto apponenda. Sed hæc sunt primo concoquenda iugi motu uersata.

DE APPREHENSIONE, SIVE OPPRESSIONE, QVAM GRAECI CATALEPSIN APPELLANT. CAP: V.

κατάληψις.

Chrysippus. Niceratus.

HAnc passionem ueteres tanquam specialem, uel propriam tradiderunt, quasi nullo ex genere uenientẽ, ut Chrysippus memorat, quod de ipsa Niceratus conscripsit librum, probans scilicet etiam ueteribus medicis cognitam, quod nos confirmamus. Sed quia nunc tarda, nunc celer à methodicis adprobatur, quanquam sit à nobis celerum passionum libris plenissime tradita, etiam nunc erit ordinanda: Quippe sæpe in tardum ueniens motum, & propterea chronia nuncupanda. Sequitur autem patientes febricula, et uocis amputatio cum oculis patientibus, atque inpalpebratione: difficilior eo tempore quo statum sumpserit accessio, & omnis immobilitas, cum palpebrarum impossibili atque horrenti positione, quæ declinatione facta aliqua ex parte accipiat motum: Etenim admota manu ac digitis, circuntractis oculis tenus palpebra recognoscitur ægrotantis, atque obtutu inter nota translatione manus in qualibet parte declinata sequetur conuerso scilicet uultu. * Dehinc inclamati intendunt, lachrimantes sine ulla responsione: Et si odoramenta iucunda fuerint admota, declinatione quadam moueri intelliguntur, frequenter adducentes spiritum hauriendæ exhalationis causa. Ac si tetra odoramenta fuerint admota, recusare uidentur ac fugere. Item dulcia atque amara ori admota labijs uel linguæ illita sentiunt: non aliter si ulla fuerint punctione pulsati, ex nostro officio tentã manum suo replicant uel colligunt. Item lacessiti collugent, ingemũt, attestante uultus rubore cum pulsu magno ex uehementibus atque fortioribus saltibus confecto. In declinatione uero plurimus sæpe sudor sequetur, ac feruens, & in dimissione limpidæ synceritati proximi efficiuntur. Ac rursum in accessionem si redeunt ægrotantes, peiorante passione plurimus feruor accedit cutis, & spiratio celerrima, quam Græci tachypnœan uocant, oculorum conuersio, manuum contractio, sudoris ignei defluxio, maculis emergentibus in thoracem atque uultum, & primo rotundus in similitudine ulcerum, quæ iontus appellant. Item ab apoplecticis hæc discernitur passio, quod in ipsis paruus atque creber pulsus inueniatur, & non ut in catalepticis maior atque percussibilis, & neque iucundum, siue tetrum odorem accipiant, neque dulcia & amara consapiant. Item ab hijs qui ex stomachi passione obmutescunt. Siquidem in hijs rursum paruus atque imbecillis pulsus inueniatur, attestante singultu cum manifesto tumore in stomacho apparente. Hæc est discretio similium passionum, sed ei curatio adhibenda est, quæ epilepticis dicta est.

Cælij libri celerum paßionũ

D

ταχύπνοια.

A

DE VOCIS AMPVTATIONE, QVAM GRAECI PHONES APOCOPEN VOCANT. CAP: VI. φωνῆς ἀποκοπή.

VOcis amputatio fiet ex clamore nimio, aut frigore, aut ardore, siue ustura faucibus asperatis, uel etiam tumore nimio. Fit autem obtusio sonitus emissæ per spiritum uocis, atque hirta, uel aspirationis tractu grauata locutio. Recenti denique passioni, atque eius initio conuenit adhibita requies cum abstinentia cibi, & spongiarum cum aqua frigida expressarum admotio gutturis per ambitum faucium, quem anthereona uocant. Ac si passio uehementescere cœperit, ut maiora deposcat adiutoria, adhibenda phlebotomia. Tunc sorbilibus cibis nutriendi, adhibitis etiam gargarismis ex oleo dulci atque calido, siue calida ex oleo uel aqua mulsa, aut decoctione uuarum, cantabri, ficuum pinguium, palmularum, glycyrrhizæ, necnon etiam succo alicæ, uel ptisanæ, ut ex eorum uaporatione, siue exhalatione accensum spiritum rapiant ægrotantes. Tunc etiam spongiarum adhibenda uaporatio, atque usus electariorum ex melle decocto, & nucleis, & lini semine, & ouorum uitellis, & draganto ex mulso & uino præmollito. Dehinc sorbili ex amygdalis medicamine utendum. In declinatione uero lauacro atque uario cibo, & uino, deambulatione, uel gestatione. Ac si querela tardauerit ægrotantium, erit in lenimento adhibenda drimyphagia, dropacismus, defricatio. Tunc etiam uomitus ex radicibus, atque uaria gestatione, & uocis exercitatione, quod Græci anaphonesin uocant, adhibito ἀναφώνησις.
præceptore, sicuti iamdudum docuimus, temporum ordine seruato. Adhiben- Medicamina
B da etiam & arteriaca medicamina, quæ partes in passione constitutas exerceant, ἀρτηριακά.
à Græcis amyctica appellata. Quorum compositionem libris Medicaminum ἀμυκτικά.
conscriptam dedimus. Libri medicaminum Cælij.

DE INFLVXIONE, QVAM GRAECI CATARRHON VOCANT. CAP: VII. κατάῤῥους.

FIet influxio nunc ad nares, quæ appellatur coryza: nunc ad fau- κορύζα.
ces, quæ appellatur branchos: nunc ad thoracem uel pulmo- βράγχος.
nem, quæ appellatur ptysis. Sequitur autem eos qui coryza ue- πτύσις.
xantur, grauedo narium & frontis, constrictio fluorum oris tenuissimi primo, tunc crassi atque uiridis, sternutatio iugis, cum lachrymatione oculorum, acrioris qualitatis uel mordentis. Aliquando etiam tussiculæ impar atque obtusa apprehensio. Item consensus sessionis oculorum, cum capitis atque uultus inflatione. Eos autem qui faucium influxione uexantur, siue quod Græci branchos, quam nos raucitatem uocamus, sequitur pruritus quidam secundum fauces, atque titillatus, uox obtusa & grauis, & impedita locutio, ut se præfocari sentiant ægrotantes. Aliquando etiam tussicula, & transuoratio difficilis, ac si ad pulmones fuerit facta defluxio, thoracis grauedo sequetur, & tussicula uehemens, cum sputis spumosis atque crassioribus,
tum saniosis, attestante difficultate spiritus, quam Græci dyspnœan uocant. Ali- δύσπνοια.
quando etiam febricula, quæ noctis initio sumat exordium, cum uocis obtusione,
& uomitu cibi. Sed hæc passio à peripleumonia discernitur. Siquidem sit una περιπλευμονία.
ex tardis passionibus, & neque celeri atque acuta febricula corpus afficiat. Item
discernitur à reumatismo thoracis, siue influxione, quod cæteris communibus si- ῥευματισμός.
gnis sequentibus dolor etiam inesse uideatur in ea parte thoracis quæ pati perspicitur.

C citur. Sunt autem antecedentes, ex quibus influxiones supradictæ nascuntur, ut sæpe probatur perfricatio profunda, uel extensio uomitus. Veterum igitur methodicorũ alij stricturam hanc passionem uocauerũt, uelut expressis humoribus atque coactis, in alia uenire loca eam fieri asserentes: Alij solutionem, ut Thessalus manifestat, atque eius decessores, ut Themison. Mnaseas uero & Soranus, cuius etiam nos amamus iudicium, complexam inquiunt esse passionem, & nunc strictura superante, nunc solutione: Etenim constrictio atque dolor accidentia sunt stricturæ, quæ Græci symptomata uocant. Multorum uero liquidorum egestio solutionis est signum. Quapropter obtinente strictura conuenit ægrotos iacere loco lucido mediocriter, atque calido, adhibita abstinentia usque ad tertium diem, quem Græci diatriton uocant, cum requie corporis atque animi, appositis lanis limpidis ac mollibus, oleo dulci atque calido prætinctis, colla circundantes & thoracem. Tunc oris collutio adhibenda, siue fotus ex aqua calida. In ipsa autem diatrito perungi ægrotantes oleo calido atque dulci, fouenda facies ex aqua calida. Cibus dandus sorbilis ex alica uel farre, oleo & anetho, uel paruo sale confecto, uel ex melle, aut alica ex mulso confecta sorbilis transuoratio non sine cautione atque coniectura utriusque passionis, ne alteram faciat superiorem. Ac si passio permanserit, alia die cataplasmata laxatiua adhibemus, hijs scilicet partibus quæ fuerint in querela. Tunc cucurbitam infigentes scarificabimus, ac deinde spongijs uaporãtes loca relaxamus, aut calidis lanis contegemus narium partes. Tunc gargarismum dabimus calidum mulsum, aut decoctione cantabri, & palmularum pinguium, & noxarum, & glycyrrhizæ, uel eius succo resoluto ex aliquo liquore laxatiuo. Itẽ electariũ

D dabimus ex lini seminibus & sesami frixi acetabulis singulis, & oui elixi uitello, & nucleis numero uiginti, & amygdalis amaris expolitis decem ampli drachma una, traganti drachma una, passo cretico demollito, & mellis decocti sufficientis: quod medicamen in auellanæ modum sumptũ sub lingua teneant ægrotantes: Tum defluens ac desiccatum sensim atque paulatim transuorẽt, uel mel oleo concoctum. Multi autem sub fabam fractam, quod Græci etnos acton uocant, idque linguæ suppositũ ac defluens transuoretur, quo asperitas arteriæ liniatur. Vel ex amilo, & ex menta, & amygdalis amaris confectum medicamen, quod habeat palmularum dulcium contritarum drachmas octo, & nucleorum drachmas quatuor, & amygdalæ purgatæ drachmas duas, glycyrrhizæ succi obolum unum, hoc est, drachmæ partem sextam, draganti drachmam unam, collectis omnibus atque infusis ex uino protropo. Ac si uenter officium non agnouerit, simplici uentris laxatiuo utendum: Et si fuerit caput grauatum, adhibenda detonsio, appositis deinde laxatiuis medicaminibus. Tunc cibus alternis diebus dandus. Cum autem passio mitescere cœperit, danda olera, ut malua, lapathum, atriplex, quam Græci andraphasin uocant, beta cum ptisanæ succo, uel alica, aut mulso, & pisces teneri, & uolantũ teneriora. Ipsis etiam locis apponenda cerotaria ex meliloto cõcocto confecta, uel malagmata simplicia. Tunc lauacrum atque uinum adhibendum. Ac si superans fuerit defluxio, quã Græci reumatismũ uocant, simili abstinentia utendum est frequenter: Sed frigido atque obscuro mediocriter loco ægrotantes iacere iubemus, & abstinendos à potu, quo sitiendo siccentur. Cuius usus cum fuerit permissus, uel oris collutio frigida ex aqua paulatim atque parua probatur. Tunc appositio spongiarum ex aqua frigida expressarum, uel pusca ijsdem partibus quæ fluore uexantur, hoc est thoraci atque gutturis summitati, quam Græci anthereona uocant,

Thessalus. Themison. Mnaseas. Soranus. συμπτώματα. Electarium. Vinum protropum. ἀνθερεών.

A cant, nos rumam, aut lanæ limpidæ infusæ oleo uiridi conueniunt. Dehinc dabimus ore continendã, uel gargarizandã aquam frigidam, uel puscam, aut succum herbæ calidaris, quam Græci helxinen uocant, aut plantaginis, quam ijdem arnoglossam uocant, aut uuam lupinam, quam strychnon nominant, aut intybi, aut endiuiæ decoctionem, aut buxi, aut rosarum. Item lenticulæ, palmarum thebaicarum, lentisci uirgultis aut rubi, quam bathon appellant, singulis, uel in unum mixtis pro passionis magnitudine. Aliquando etiam diamoron, siue diasycaminon, cuius nota compositio, atque Medicaminũ libris tradita comprobatur, ex aliqua supradictorum liquore soluta. Tunc etiam epithemata cõstrictiua adhibemus, ut est mel decoctũ cum alumine schisto æquis ponderibus, uel aceto & aloë, aut ex palmulis, & malis cydonijs, & hijs similibus. Item cucurbitam constrictiuam, & electaria, uel catapotia, ut est diacodion simplex, & uinum † sciuelliticum coctum, donec mellis habeat crassitudinem, solum uel cum melle admixto etiam cumino. Item creticum uinum, uel passum similiter decoctum, aut tyrrhenum, uel protropum, & omne quod adiuncta dulcedine constringit, ut arteriam leniat, atque desiccet humorem. Item mel admixto modico cumino concoctũ, uel persicæ lachrymo, uel plantaginis aridæ contusæ, atque cretæ puluere, uel rosarum aridarum, & aluminis. Item trocisci medicaminis trigoni appellati. Tunc cibi ordinandi supradictis iamdudum temporibus, sed constrictiuæ qualitatis, ut est oryza, uel alica ex pusca, uel aqua frigida confecta, aut decoctio palmularum thebaicarum. Item oua hapala, uel pultes paruissimo atque uiridi oleo confectæ, oryza uel milio, aut pulentofrixo, aut alica, aut farre, aut ex amylo, uel ex ges asteros, & melle de-

B cocto admixto quiddam supradictis, quo coagulentur, & uirtutem medendi maiorem sumant. Item thebanarum palmularum decoctarum admixtione in pulmentis uti possumus, uel ex aridis palmulis pane confecto, & oleo uiridi, atque rore syriaco, uel aceto, & galla. Ipsa quoque pulmenta, aut cibos aridos dare debemus. Tunc hapala oua, uel lac, decocta cum amylo ad modum cotylæ, uel duarum, quod est pondus unciarum decem uel uiginti. Dehinc danda olera constringentia, ut intyba, plantago, cauliculi. Sed hæc omnia cocta, atque aceto condita. Tunc pisces durioris corporis, atque uolantia non pinguia, sed magis torrida, uel ex aceto & aqua cocta. Tunc declinante passione uinum dandum est asperioris naturæ. Dehinc adhibenda gestatio prætecto ore, quo spiratio nulla tangatur iniuria, dehinc lauacro utendum. Ac si passio tardauerit, superpositionibus ac lenimentis uariata, erit in lenimento adhibenda deambulatio, & uocis exercitium mite. Tunc leuis unctio ac defricatio, & cibi ex media materia dandi, scilicet pro qualitate passionis solutione aut strictura obtinente, qui erunt quodam profectu augendi aut minuendi per regulam cycli, usque ad uolantum atque agrestium, & porcinæ carnis percoctam partem tertiam: Sicq; panem ante pulmenti oblationem, si obtinens fuerit fluor, cum aqua. Dabimus etiam uuarum fabrilium uel pensilium siccatarum acinos, uel intybi thyrsum aceto prætinctum, adhibito lauacro longo dierum interuallo, tum drimyphagia. Dandum etiam lasar cum aceto atque liquamine: ac deinde locis patientibus adhibendæ cucurbitæ recorporatiuæ, quas Græci metasyncriticas uocant, & maxime anthereoni, hoc est thoraci, uel gutturis circulo, quem rumam uocamus. Tunc resinæ cabialis, hoc est dicaminis illinimentum uel dropacis. Dehinc etiã ex puluere nitreo lacera fricatio, quam Græci mixin appellant, uel smegmata, quorum compositionem Responsionũ tradidimus

Alumen σχιστόν.

Aliâs, æthaloo, ardens.

Forte, squilliticum.

Medicamen τρίγωνον.

γῆς ἀστήρ.

Oua ἁπαλά.

*

μῖξις.

σμήγματα.

C libris, uel lemnida cum oleo, aut piretro cum pipere. Item unctiones ex syriaco, & opobalsamo, & laurino, atque irino oleo, & butyro, & pice liquida apponenda naribus, atque narium cauernis. Tunc etiam sinapismus, & gargarismata ex sinapi, uel aqua marina, aut decoctione thymi, origani, hyssopi, glaucij, quod nos pulegium uocamus, & horum similibus. Dehinc mutatio locorum appetenda, & magis maritimorum, tum usus aquarum naturalium, ex quibus erit caput fouendum. Decessores uero medici, nondum rigore methodico obtinente, in quibus est Erasistratus, secundo libro Salutarium præceptorum, & Asclepiades tertio Celerum passionum, item Themison Salutari libro, atque primo Tardarum passionum, quas chronias appellant, meratum potum dari iusserunt. Ait enim Asclepiades duplicandam uel triplicandam quantitatem uini solitæ temperationis, adeo ut uni cyatho unum admisceri iusserit, quo uini & aquæ quantitas coæquetur. Sed hoc facit in tardante passione: Etenim recentem atque nouam curans, libris quos ad Geminium scripsit salutarium, uinum prohibendum tradidit. Erasistratus uero etiam pileum uini calidi infusione inflatum capiti imponendum iubet. Lateribus uero ac præcordijs lanas apponendas, uino atque oleo calido madefactas: Quorum primo neruorum uitiabilis est merata potio, atq; capiti faciens inflationem: Dehinc etiam abstinentis uino, uel solutæ consuetudinis grauabilis atque noxius est usus pilei uino calido præfusi, uel lanæ tinctæ lateribus ac præcordijs circunpositæ ob dolorum uehementiam. Item Lusius secundo libro Tardarum passionũ, cum de hijs quæ faucibus accidunt disputaret, hoc est de supradictis fluoribus, etiam aridam ficum torridam, atque uino infusam ante cibum dari iubet: Siquidem rudis atque noua difficilimæ sit digestionis. Sed hinc ait mixtum calidum sorbendum, hoc est, uinum cum aqua supradicta meratum. Idem admixtam sandaracham, quæ sit ex oui albore cõspersa, in quantitate oboli unius igni imponendam iubet, uel radicem herbæ tussicularis, quam uehion appellauit. Tunc per infundibulum ore rapere fumum adducto uento imperat ægrotantes, cum sit capiti uehementer contraria supradictorum incensa fumatio. Generaliter autem, atque communi repulsione arguendos Erasistratum & Asclepiadem arbitramur, primo quod non uiderint pro passionis motu in curationibus urgentiora nimis præponenda. Themisonem uero & Thessalum, memorantes constrictiuã curationẽ libro hæc * demetico atq; secundo Regulari, quem dieteticũ uocant, culpandos arbitramur, quod non uiderint aliquando stricturam fieri superiorum. Item plurima sulphurosa admiscenda quod satis sit probauerunt, & lanis quibus thorax circundatur aspergenda. Ordinantes etiam odoramenta yris illyricæ aridæ contusæ, atque eius oleum. Item opobalsamum, & melantium linteolo ligatum naribus aiunt frequenter admouendum, & anisum, & cuminum, & rutam, & antiflorum, uel distillationem amaracini olei, & samsucum, & styracem, uel ex eo oleum confectum, quod styracinum dicitur. Item hedicroum, uel murram cum thure & sulphure, & radicibus sylphij, quæ omnia caput implent, & propterea sunt euitanda magis accessionis tempore. In lenimento uero ratione recorporatiuæ uirtutis, atque interiecto tempore per interualla adhibita poterunt iudicari.

Erasistratus. *Asclepiades.* *Themison.* *Asclepiadis libri salutarium ad Geminium* *Lusius* D

A DE TVSSICVLA. CAP: VIII.

TVssicula nunc arida, nunc humecta corporibus irruit, multos ac pingues humores excludens: & quibusdam sola, quibusdã adiuncta respirationis difficultate, quam Græci dispnœan uocant: Item cum sanguinis egestione, aut phthisica passione, uel horum similibus affectis corporibus. Sed de hijs tussiculis quæ aliarum fuerint appendices passionum, singulatim scribentes docebimus. De hijs uero quæ suæ sunt, atque propria uexatione corpus afficiũt, nunc tradimus curationem: quæ ita erit adhibenda, ut de catarrho scribentes docuimus: discreta scilicet specie, quo possint electaria, atque pota medicamina, uel catapotia, siue alia quæque sub regula medicinali recte mederi corporibus. Monendi etiam ægrotantes, ne ultra modum competentem retinendo spiritum alterẽt potius tussiculam quàm mitigent. Quod quidem si fuerint moderati eius motũ, facilius amputare quantum datum datur spiritum continendo. Tum apponendum per quod æger adducto spiritu accipiat uaporem ex mulso, uel alica, aut succo ptisanæ, uel eorum quiddam sorbeat, aut ex aqua calida uaporem accipiat. Videnda etiam uua, ne ob tumorem sui aut indulta laxitate tussiculam prouocet: Tum gargarismatibus, uel inunctionibus utendum, circa thoracẽ atque gutturis summitatem, quam Græci anthereona uocant. Epithemata etiam apponenda, & nunc laxatiua, nunc constrictiua, quorum species ex antedictis erunt accipiendæ, ne sæpius eadem dicere uideamur.

Δύσπνοιαν.

DE SANGVINIS FLVORE. CAP: IX.

B SAnguinis fluor occultis ex locis ueniẽs uelut sæpe salutaris est, ita uehemens ingerit periculum, & quibusdam extemplo ob redundantiam fluoris celerãs mortem corpore disiecto, & quibusdam in postremum effecta phthisica passione, uel uulnere non coëunte: siquidem primo tumeat, dehinc excorietur, atque fluidum ex uapore fiat. Sunt autem quæ conuentum siue glutinationem uulnerum impediant plurimæ, uel innumerabiles causæ: Etenim natura altiora plurimum feruere necesse est, atque fluida qualitate manare, & multo uel assiduo motu pulsari. Obstat etiam, quod occulta atque alta, atque celata sint uisu, & à uicino medicaminum tactu remota: Frustrantur etenim frequenter eorum illatæ qualitates, priusquam locis patientibus aduenient itineris detrimento, cum non statim, uel extemplo illibata partibus patientibus admouentur. Sunt autem passionis antecedentes causæ, ut sæpe approbatum est, percussio uel casus: item exclamatio, uel ponderis perferendi conatio, uomitus uehemens, aut Venus plurima, & tussicula perseuerans: Item abstinentia hæmorrhoidarum ueterum, quæ fuerint inertia amputatæ, nec iuxta methodicã rationem curatæ: item catarrhus. Sed non erit secundum has differentias curationis regula commutanda. Nominatur autem sanguinis fluor duplici significatione, propria, & abusiua: Nam propria est, qua ex supernis partibus labens fluor significatur, ut de capite per sensuales uias: Abusiua est, qua etiã ex inferioribus ascendens fluor significatur, ut ex pulmone uel stomacho, nausea aut tussicula exclusus: Impropriũ est enim fluorem uocare id quod ascensu quodam, non lapsu fertur. Sed hæc Græci uersa uice posuerunt, deriuationem nominis intuentes: Hij enim anagogen uocant, quod magis ex inferioribus ad superiora fluorem significat. Differt præterea fluor sanguinis à sputo, quod neque fluor sanguinis sputus

Inertia dixit pro citra artem.

ἀναγωγή.

nis sputus dici potest: Paruam enim materiæ significationem sputus refert, flu-
C or plurimæ: neque sputus sanguinis fluor, supradicta ratione: Paruã enim ma-
teriã sanguinis ex gingiuis, aut uua, aut faucibus emissam, sputũ magis quàm
fluorem recte nuncupamus.

QVOT, VEL QVAE SINT DIFFERENTIAE FLVORIS SANGVINIS. CAP: X.

Differentias etiam fluoris sanguinis ueteres quæsierunt. Et quidam
Themison. aiunt unam solam esse uel intelligi, hoc est uulnerationis, ut The-
Hippocrates. mison libro Tardarum passionum. Alij uero eruptiones, ut Hip-
Euryphon. pocrates, Euryphon. Sed Hippocrates solarum uenarum, Eury-
phon uero etiam arteriarum. Alij duas differentias posuerunt, eru-
Asclepiades. ptionis & putredinis, ut Asclepiades. Alij tres, eruptionis, & putredinis, & oscu-
ἀναστόμωσις. lationis, quam Græci anastomosin uocant, ut Erasistratus. Alij quatuor, adij-
Erasistratus. cientes expressionis, siue sudationis, ut Bacchius, adserens ex gingiuis sangui-
Bacchius. nem sine ulla uulneratione, uel in curationibus fracturarũ sæpe fasciolarum li-
Demetrius. gamenta maculis sanguinolentis aspersa reperiri. Item Demetrius Erophili
Erophilus. sectator duas inquit esse principales differentias fluoris sanguinis: unam incisu-
ræ, aliã sine ulla incisura. Speciales uero plurimas, quas principalibus subijcien-
das ordinauit: Etenim quam memorat incisurã fieri in duas diuisit partes: qua-
rum alteram uocauit eruptionis, alteram putredinis. Eam uero quæ sine ulla di-
uisura est, in quatuor diuidit partes: quarũ unam uarietate fieri dixit, aliam ex-
ἀτονίαν. pressione siue sudatione: tertiam defectione uel debilitate corporum, quã Græ-
ci atonian uocant: quartam osculatione: uult enim eam differre à supradicta, id
D est, expressionis, quam tertiam nominauit: Osculari enim inquit corpora nimia
ἀναστομωτικὰ medicamina. plenitudine, siue uirtute medicaminũ osculantiũ, quæ Græci anastomatica uo-
cant: & magis inquit uenarum ultimos fines, exprimi etiam sanguinẽ, siue ex-
cludi per uenarum latera. Item alij Asclepiadis sectatores unam esse dicunt diffe-
rentiam fluoris sanguinis, hoc est eruptionẽ: Siquidem omnem sanguinis solu-
tionẽ eruptione fieri Asclepiades memorauerit, negantes eam osculationis dif-
ferentiam: siquidem sit impossibile sanguinem crassum tenera fieri per oscula
uel excludi. Item putredinis esse differentias negant: siquidem ex ijsdem, non
ex alijs locis acrior humor fieri uideatur. Alij uero eundem Asclepiadem non
† rationabiliter †naturaliter putredinis differentiã ab Erasistrato cõstitutã expugnasse dixerũt:
non enim ex alijs locis acriore ueniente liquore pulmonẽ fieri in putredine ac-
cepimus, sed eundem quadam passione in putredinem, uel acerrimos transire li-
Soranus. quores. Nos autem iuxta Sorani iudicium hac quæstione nullis commodis cu-
rationes adiuuari probamus: sed dicimus tres esse differẽtias fluoris sanguinis,
hoc est, eruptionis, uulnerationis, & putredinis, siue lacerationis ex tussicula ue-
nientis, sicut operantium manus iugi fricatione lacessiti uulnerantur. Item su-
dationis sine uulnere, siue ex uarietate uiarum effectus fluor osculationis diffe-
rentiam tenet, siue expressionis, uel cuiuslibet alterius causæ.

QVOMODO INTELLIGAMVS DIFFERENTIAM FLVORIS SANGVINIS. CAP: XI.

Qvæsitum etiam quomodo supradictæ differentiæ intelligãtur, uel
apprehendantur. Sed discernũtur hoc modo: Nam eruptionis esse
intelligimus fluorem, quoties repente ægrotantes atq; limpidũ san
guinem fluunt, nulla querela uulneris præcedente. Vulnerationis
uero

A uero differentiã dicimus, siue putredinis, uel defricationis, cum adiuncto humore purulento sanguis excluditur, & non repente uel coadceruatim: præterea antecedente longi temporis, uel multorum dierum tussicula uel catarrho. Item sudationis dicimus esse, cum nullus fuerit uulneris sensus, aut acceptorũ cibo uel potu acriorũ materiarũ mordicationis affectio. Qui sunt loci ex quibus sanguis fluit? Loci sunt plurimi, summitas faucium, arteria asperior, quæ etiã faux nuncupatur, pulmo, thorax, hoc est, membrana quæ interius latera cingit, à Græcis hypozygos appellata. Item membrana quæ thoracẽ à uentre discernit, à Græcis diaphragma appellata, quam nos discrimen dicere poterimus. Item stomachus, uenter, & secundum aliquos iecur, ac lien, & uena maior, quæ spinæ coniuncta est. Quomodo intelligimus ex quibus locis sanguis feratur? Intelligimus locos ex quibus sanguis, fluor, uel lapsus fertur: quod erit aptissimũ, ob adhibendam curationem ijsdem, uel eorum uicinis partibus: & non, ut quidam existimant, commutandæ curationis causa, cum generaliter eadem cunctis adhibenda probamus. De hijs igitur qui ex supernis faucium sanguinẽ fluunt, primo paruus intelligitur ferri, aut si plurimus, non spumosus. Præterea cum quodam excreatu despuitur, ipsæ quoq; partes sumpto cibo uel potu, aut gargarismate mordicantis materiæ dolore pulsantur, & inspicientibus nobis expressa lingua uisu locorum probatur asperitas. Plerunque etiam, ut Erasistratus ait, tubercula, quæ Græci condylomata uocant, uisibus occurrunt, quæ sint similia hæmorrhoidis, ex quibus sanguis fertur. Hijs uero qui ex arteria sanguinem fluunt, paruus atque flauus sanguis ferri perspicitur: & sæpe saliuis uel humoribus complexus in imaginẽ capilli unius aut multorũ. Sequitur etiam pruritus

B uel mordicatio, & magis circa extantiam gutturis, cum quodam titillatu & tussicula leui. Tum deinde plurimus sanguinis fluor, uox hirta cum dolore, qui nunc tactu moueatur, nunc tussicula uehementi plurimus, tenuis, & spumosus, & plurimum feruens sanguis excluditur, attestante thoracis grauedine, & aliquando dolore cum uoce hirta, & sæpe cibo quodam cum infracto sonitu eo tempore quo sanguis excluditur. Hijs uero qui ex diaphragmate, quod iam dudum discrimen uocauimus, & cætera prædictos sequentur communia. Sed dolor inferius à pectore fiet rotunditate quadam thoracẽ pungẽs. Eos autẽ qui ex hypozygo sanguinem fluunt, multa similia supradictis sequentur, sed dolor secundum latera uel pectus, aliquando etiam inter scapulas fiet: Ipse quoq; sanguis minus flauus minus excluditur. In eos qui ex stomacho sanguinẽ fluunt, sine ulla tussicula uomitus sanguinis sequetur nigri atq; gelati, & nunc solius, nũc cũ admixtione cibi, attestante dolore inter utrasq; scapulas ad superiores tendentẽ, & magis eo tẽpore quo quædã remordentia transuorauerint ægrotantes. Accedit etiã animi desponsio cum fastidio cibi, & saliuarũ fluor, & corpore frigido, & pulsu obscuro uel demerso. Hijs uero qui ex uentre sanguinẽ fluunt, cum supradictis, quæ sunt cunctis cõmunia, sequetur etiam dolor & mordicatio, uel tormentũ inter præcordia, & aliquãdo sanguinis particula per officiũ uentris excludetur. Item hijs qui ex iecore uel splene sanguinẽ fluunt, uel ex uena magna, quæ spinæ coniuncta est, ut quidam memorant, sensu loca designantur: Nam in dextera parte præcordiorum dolorum dolore aurigineo sequetur eos qui ex iecore fluunt. Item in hijs sinistra parte præcordiorum hæc accidunt, quoties ex liene sanguis ferri perspicitur: uel secundum spinam, quoties ex maiore uena ferri dicitur. Sed hæc Soranus alta consideratione ex hijs locis per uentrem, uel per eius officium ferri sanguinẽ magis quàm per os posse credibilius

ὑπόζυγος.
διάφραγμα.
Discrimen.
κονδυλώματα.

C approbauit. Hijs uero qui ex gingiuis, uel uua, uel faucium lateribus, uel tonsillis sanguinem fluunt, supradictorum nulla sequentur, sed locorum uulnerationem ore aperto oculorum approbat uisus. Item hijs qui ex capite sanguinē fluunt acceptum primo, uel exceptum internis uisceribus, atq; ita redditum, si in arteriam defluxerit, excludunt. Deinde cum tussicula uehemēti etiam, quam de pulmone feratur similitudinem dabit. Sin uero in stomachum defluxerit, uel uentrem, commota nausea uomitur, etiam quam ex ijsdem locis ferri uideatur similitudinem dabit. Sed discerni hoc facile potest, siquidem ægrotantibus feruor igneus ora pertractans antecedat, & capitis grauedo uel dolor, & extensio uenarum, & magis earum quæ tempora uel frontē cingunt. Sequitur etiam faucium titillatus, & aliquando per narium quædam sanguinis distillatio, uel per eas cauernas quæ ad fauces ex capite descendunt. Quod aperto ore, atque experta lingua uisu probatur, & uicina loca quoq; sanguinolenta apparebunt. Aliquando etiam remeantis materiæ causa laxiora transuorationis efficiuntur loca, & ægrotantes excreatu quodam sanguinem respuunt accipientes ex supernis adducto spiritu, ut sæpe muculenta consueuerunt dormiētes. Præterea in ore collectus excitat sanguis, uel transuoratus, & in stomachum, uel in uentrē ueniens premit permanens ægrotantes, aut reiectus releuat. Et hij qui passione afficiuntur, acceptis uel transuoratis remordentibus materijs nullam interiorū mordicationem sentiunt: Quod necessariò eos qui ex stomacho fluunt sequitur. Ac si in arteriam fluxerit, tussicula rursum excludetur. Quo reiecto ægrotantibus tussicula mitigatur: Siquidem nulla inesse uideatur interioribus rema-
D nens causa, quæ tussire prouocet ægrotantes: nisi forte, quod est rarissimum, aliqua corpuscula gelati sanguinis inhæreant interioribus locis. Item de pulmone fluens discernitur, quod iam præcedente tussicula in fluorē ueniant, inde tussire non desinant. Communiter autem, cæteris inter se paribus signis, ex arterijs ueniens sanguis tenerior, ac rubri coloris, & spumosus esse perspicitur: ex uenis uero crassior, & atri coloris. Hæc est locorum singulatim posita significatio.

DE EFFECTV SIVE EXITV SVPRADICTARVM PASSIONVM QVEM GRAECI APOTELESMA VOCANT. CAP: XII.

ἀποτέλεσμα.

Erasistratus. *μικροτράχηλοι.*

Quæsitum de euentu, siue exitu, uel effectu passionum: Nam Erasistratus facile curabiles succulentos homines dixit atq; fortes, & paruicolles, quos microtrachelos appellauit; hoc est, qui minimæ longitudinis habeant colla. Difficile autem curari posse tenues ac debiles, & porrecta collorū longitudine formatos: In hijs enim, inquit, summa cum difficultate sanguis & tussis plurimam per longitudinē tractus, & quod obsident uuida plurimo tempore habitudinem gutturis siue cannæ, quam arteriam uocant, & ob hoc graues atque tardas tussiculas faciunt.

Asclepiades. Item Asclepiades difficile curabiles inquit succulentos atque carnosos, ob uehementiam spirationis. Eadem ratione etiam ætates medias, & pueros: celerius etenim inquit spiritum ferri, & in sputis perficiendis offensione carnium retardari. Plurimi deinde etiam affectiones uitæ quæsierunt, & regiones, & temporū annales partes. Item per putredinē factum fluorem difficile curabilem dicunt, ab eo qui eruptione fuerit effectus; siquidem

Soranus. putrefactæ partes non coëant. Nos uero iuxta Sorani sententiam fluores sanguinis alios dicimus esse nouos corporibus atque recentes, alios tardi temporis

atque

A atque inueteratos, & alios solos, alios cum tumore, alios etiam cum febricula & tussicula, & alios iuges, alios dimissionibus intercapedinatos, ordine seruato, aut inordinatos, & insuper positionibus aut lenimentis magnis, aut paruis, & detracta uirium fortitudine, ac seruata. Hæc sunt enim urgentiores differentiæ, secundum quas diligentiam uariamus curationis, siue seruata, siue incerto motu existente passione. Sed difficile curabiles fluores præ cæteris dicimus tardos magis recentibus, ob iugem perseuerationem. Item cum tumore uel febribus, ab hijs qui soli esse perspiciuntur: Etenim supradicti spem futuræ conglutinationis negant: Et ob hoc complexioni cõtraria sæpe adiutoria poscunt, quæ sint diuersis aduersa. Item iuges fluores ab hijs qui dimissionibus mitigantur: Etenim graue, atque minime tutum omne quod nulla fuerit mitigatione uariatum. Item inordinati ab hijs qui ordine seruato corpus afficiunt: Est enim insidiosa curationi temporum inopinata uarietas. Non aliter etiam superpositione asperati fluores curatione difficiles ab hijs qui in lenimento constituti sunt iudicantur, ob prædictam rationem uulnerum. Item hij qui plurimum corpus affecerint, atque uires ægrotantis insumpserint. Dat etiam adiutorijs medicinalibus fortitudo corporis uiam. Hæc denique etiam in uulneribus nudis, hoc est, in exterioribus partibus corporis constitutis fieri cernimus. Cum iuuenibus, uel ut specialiter dixexim, athletis, & laborantibus hominibus facilia uulnera fieri uideamus. Senibus uero, & omnibus imbecillibus difficilia. Quapropter etiam uacuis, uel inexercitatis corporibus Asclepiadis dicta minime conueniunt. Item ulceratione facti fluores difficiles curatione ab hijs qui eruptione fuerint affecti iudicantur. Siquidem transcenso, atque prætermisso initio
B nouitatis fructu caruerint, quo facilis glutinatio fieri solet: negat enim tarditas facultatem. Item eruptione facti fluores ab hijs qui sine eruptione fuerint difficiles sunt curatione: Eius enim factæ glutinationes alterius passionis initium referunt. Item ex partibus multis modis factos fluores, ab hijs qui paruo motu agitantur difficiles curatione accipimus: Est enim motus cohærentium partium disiunctio. Item ex occultis partibus uenientes ab hijs qui proprias tenuerint partes: Etenim adhibita adiutoria occultis uel celatis partibus uitiata suæ uirtutis synceritate perueniunt, sanis primo locis excepta, ac deinde transmissa. Hij uero qui ex primis locis fluores indomita adiutoriorum uirtute curantur, denique à stomacho, uel uentre, aut faucibus uenientes, facile curabiles approbamus: Etenim pota medicamina patientibus primo locis aduenciunt, & non nimio, aut iugi naturæ motu exercitatis. Hij uero qui ex hypozygo membrana fluores uenerint, difficiles curatione iudicantur: & magis si ex diaphragmate, quod nos iamdudum discretorium diximus: Item ex arteria, hoc est pulmonis calamo. Omnium præterea difficilis atque grauior curatione ex pulmone fluens accipitur, ob iuge spirationis officium: Hijs enim qui omnem fluorem de pulmone uenientẽ incurabilem dicunt, assentiendũ non est: Sed iuxta Sorani sententiã difficilis est eorũ curatio iudicãda: quippe cum uulnerationibus thoracis sæpe pulmo penetratus non intulerit mortẽ, ut hijs exclusis uel cadẽtibus, febri adhibita decisio in cicatricẽ uulnera fecerit cõuenire, ut omnes approbãt Chirurgi, memorantes in bello quẽdam sagittatũ penetrato pulmone conualuisse, sanguinẽ à sagitta uomuisse, nec tamen mortẽ fuisse consecutã. Hæc sunt quæ de effectu, siue de euẽtu fluorũ credidimus ordinãda: Etenim ex capite ueniẽs fluor generaliter est curatione facillimus: siquidẽ nõ multos sustineat motus. Nunc nobis necessariò dicendũ remanet, ne cui cœnotetesi sanguinis fluor adscribat.

διάφραγμα discretorium.

Aliqui

Aliqui etiam Thessali sectatores recenti incisuræ, siue uulneris passione subigi
C dixerunt: Non enim oportet locorum differentia cœnoteton mutare uirtutem externam. Igitur corporis eruptionẽ recentem dicimus incisuram, quo erit consequens, ut etiam interiorum eruptio huic cœnoteti subijciatur. Sed hijs respondemus, quoniam passio non chirurgia, sed dieteticarum traditur cũ ratione: Omne etenim adiutoriũ, quod adhiberi uidetur supradictis fluoribus est dieteticæ partis, non chirurgiæ. Quapropter dieteticas scriptores libris regu
αἱμοπτυικοί. laribus, quos dieteticos uocant, de hæmoptycis scripserunt, quos nos sanguinem spuentes nuncupamus. Chirurgi uero in chirurgumenis hoc memorare non ausi sunt. Ipse quoque Thessalus secundo libro Dietetico de fluore sanguinis scribens, nihil in chirurgumenis memorauit, & impropriam, quod sola dieta curetur, in adiutorijs adhibendis chirurgiæ cœnoteta scribere. Nos uero iuxta Sorani iudicium, siue in exterioribus, siue interioribus corporis eruptionem factam recentem diuisuram recte dici probamus, atque etiam solutionẽ cognominamus, sed in exterioribus attentionẽ recentis uulneris iudicamus: Hæc enim nos necessariò rapit, siquidem solutioni diuisura dominetur, & figmentorum uel fabularum coniunctionẽ ex initio deposcat, atque hæc diuisura aptissima uideantur, quæ non in omnibus sunt congrua solutioni: Etenim sagittarum diuisuræ laxatiuæ necessariò accipiuntur. Interiorum uero eruptionum diuisura surgente solutionis cœnotetam ipsam magis cogimur iudicare: Siquidem prior oculis occurrat solutio, ac deinde diuisura ratione atque intellectu mentis apprehendi uideatur. Secundo, quod cum sint multæ differentiæ fluoris sanguinis, omnes uni subijci solutioni, hoc est, eruptionis & ulcerationis,
D nis, & sudationis, quæ non cogatur. Hæc causa fluoris differentias quærere, aut alicæ cœnoteti eruptionem adscribere: aliæ ulcerationem, & non eidem sine ulcere uel ruptione, uel emissione emissum fluorem. Tertio, quod nullo adiutorio chirurgiæ uti cogamur, sed omnibus congruis solutioni, qua sæpe consequenter etiam glutinationem partium perfecerunt. Ad summum quidem, est recens incisura siue uulnus cœnotetes, sed ex medicaminum regula, quam Græci pharmachian appellant, dieteticæ parti ingesta apte curatur: Quibus etiam supradicta passio concuratur, obstinente iudicio solutionis. Hæc sunt fluoris sanguinis cœnotetes: Eas enim qui hijs cognominari atque conscribi possunt præscripta lectione tradidimus. Nunc curationem necessariò ordinamus.

DE CVRATIONE. CAP: XIII.

Oportet igitur ex qualibet parte sanguinem fluentes iacere loco mediocriter frigido atque obscuro, lecto immobili, & schemate declinato, ut paulo promptius caput leuatum habere uideantur, stramentis non nimie cedentibus, neque calidis, & ut potuerint uno atque eodem schemate perseuerantes, hoc est, immobiles: præterea animi intentionibus resolutos: uehementer enim motibus corporis animorũ curæ sæpius turbationes addiderunt. Erunt etiam solo consternenda folia atque rami lentisci, uitis, mali punici, talliæ, murtæ, salicis, pini, & horũ similium, & quibus sine capitis iniuria constrictiuus aër adnatus atque confectus congrue ægrotantibus inspiramentis inferatur: Non enim cibi atque potus ratio ac diligentia curanda est, quæ interuallis distantibus adhibetur, quo constrictionis faciant commodum, uel fluentiam retineant, potius quàm aër, qui in pausabiliorem inspirationem adductus, omni parti atque

particulæ

A particulæ corporis ingressu suo fluentia faciat cohiberi, miti densitate persuasa. Conuenit præterea, ægrotantes delatiore lecti sessione declinari, ut omnifariam immobiles curandi perseuerent. Prohibere etiam occasiones, quæ poterint passionem in commemoratione perducere, ut locutionis uel uisus: ne aut eadem plurimis fabulis reuoluendo, aut inspiciendo quæ exclusa sunt, uiso admoniti commoueantur. Conuenit denique etiam sanguineos colores parietum, uel straminum, siue operimentorum declinare. Adhibenda præterea cibi abstinentia, permittentibus uiribus, usque ad tertium diem, non ob relaxanda corpora, sed quo altiora, quorum est officium accepta digerere, immobilia perseuerent: Omnis etenim ciborum appropriatio motu quodam necessario perspicitur: Quo fiet, ut ea quæ sunt aptissime conglutinanda, motu resoluta differantur. Quapropter ob acceptorum digestionem ciborum sumi prohibemus, & abstinentiam utilissimam iudicamus. Prohibendi denique ægrotantes ab officio locutionis, ut si quid uoluerint, usibus nutus, uel scriptura dari significent: magis quando ex pulmonis cannula, quam Græci arteriam uocant, uel ipso pulmone, aut thorace sanguinis nascitur fluor. Conuenit etiam articulorũ tenacior ligatura, si uehemens fuerit: Densitati etenim articulorũ patientes consentiunt partes. Item spongiarum mollium ac limpidarum, & leuium, ex aqua frigida, uel aqua & aceto, uel decoctione mali punici, uel rubi, aut lentisci, aut myrtæ patientibus partibus appositio, hoc est, ex quibus sanguinem ferri agnouerimus. Et erunt hæc iugiter commutanda, ne naturali corporis uapore tepescant. Ac si spongiæ uisæ fuerint ægrotantibus graues, erunt apponenda ptygmata ex supradictis liquoribus infusa, aut succo plantaginis, uel intybi, aut her-

B bæ calicularis, aut uuæ lupinæ, quam Græci strychnon uocant: uel semperuiuæ, στρύχνον. quam aizoon appellant, aut polygoniæ, & acaciæ ex aceto solutæ. Ac si ex ca- ἀείζωον. pite fuerit sanguinis fluor, erit psilothro expoliandum. Tunc fomenta adhibenda ex oleo uiridi, aut roseo, aut lentiscino, aut melino, aut murtino. Sin uero plurimus fuerit fluoris lapsus, radendum caput, atque gypso illiniendum, uel acacia ex aceto, magis frontis atque temporum partes. Perseuerante fluore cucurbita quoque apponenda, subiecta flamma plurima occipitio. Si autem etiam per nares ferri uideatur, erunt stypteria immittenda sicca, uel aceto συπτήρια. infusa, uel alia qualibet ex liquoribus supradictis. Ora quoq; spongia ex aqua frigida expressa iugi tactu detergenda. Tunc etiam cataplasmatum adhibendus est usus ex rebus constrictiuis atque epithomatibus, quæ paulo post cum suis nominibus ordinabimus. Danda etiam aqua frigida, uel pusca frigida, aut gargarismus sine ullo percussu: quoties ex proximis partibus gutturis sanguinem ferri uiderimus: Ac si per inferiora, uel altiora ferri sanguinem uiderimus, sorbendos dabimus cyathos duos uel tres. Quod si minime mederi ualuerint, etiã succus plantaginis, aut intybi, uel uuæ lupinæ, aut polypodij, aut herbæ calicularis, aut rosæ erit offerendus, & neque plurimus iugiter, ne percussu partes noceantur, aut liquidorum influxione, quæ quidem sint constrictiuæ uirtutis, redundantia tamen laxare uideantur: neq; rursum longioribus interuallis: Sic enim frigus à nobis illatum naturali uapore obtusum parui temporis medullam dabit uitiatam. Tunc tertia die trãsacta, hora accessionis solitæ articulos leuiter ungemus frigido atq; uiridi oleo. Dehinc detergemus faciem quoq;, spongia aqua frigida expressa retangentes: cibum dabimus paruum constrictiuum, ut panem ex aqua frigida, uel pusca, aut alica similiter, uel oryza, decoctione thebaicarũ palmularũ confecta, uel easdẽ ex aqua recenti confectas. Aut si plurimũ

C ualere hæc uoluerimus, aqua cœlesti, donec liquor mellis habeat crassitudinem, aut ex malis cydonijs: Tunc etiam danda oua tremula ex pusca, aut rore syriaco aspersa. Dandus etiam panis simplex, aut infusus. Tunc interposito spacio temporis dandus potus aquæ frigidæ paruæ. Dehinc permittentibus uiribus alternis diebus æger nutriendus, etiamsi nondum repressus fluor uideatur, usque ad id tempus, quo cicatricem firmatam senserimus. Quod quidem Themisonis atque Thessali sectatores usque ad septimum diem seruari dixerunt, hoc est, trium diatritorum spacium: Vt enim Antipater ait tertio Epistolarũ libro ad Gallum scribens: Naturalis est ratio trini numeri, non solum in diebus, sed etiam in omnibus diatritis. Sed est melius, ut Soranus ait, quoniã non æquali tẽpore, nec dierum numero cunctis poterit cicatricis firmari soliditas, ob alias causas, & ob fortitudinem corporis, ac debilitatem, pro differentia naturali uariatam: neque nos unum atque eundem signare poterimus finem. Dehinc sequentibus diebus aliqua erunt emplastrorum apponenda, aut epithematum constringentium atque frigidantium: Quæ sunt plurima particulariter: Etenim Thebaicæ palmulæ uino acriori infusæ, uel aceto contritæ, admixtis malis cydonijs decoctis, aut mali punici corticibus, aut alumine, uel acacia, aut hypocistide, aut galla, aut œnanthe, aut aloë, aut cerotario ex oleo roseo confecto, uel melino, aut myrtino, aut lentiscino, aut œnanthino, aut mixto etiam mastiche trito, aut melle decocto, galla contrita, aut aspera, aut puluere mali punici, uel mannæ thuris admixto alumine Liparo, quo malagmatis sumant omnia qualitatem, tum linteo, uel panno illinita patientibus partibus apponẽda. Vel illud medicamen, quod libris Celerum passionum memorauimus, de cardiacis scribentes, & appellauimus diaroos, uel ex polento, & uirgultis rubi, uel arnoglossæ, aut herbæ sideritis, uel uuæ lupinæ, aut calicularìæ, aut anulorum uitis, aut semperuiuæ. Item intyba cum pane ex aceto, aut palmulis, aut murtæ mollibus folijs, aut eiusdem semine uiridi ante cibum offerenda, uel ante cibum elixum aut non coctum panẽ, & plantaginem ex aceto coctam, & uiridi oleo, asperso rore syriaco. Item bulbi ex aqua & aceto, & rore syriaco confecti dari poterint cibo. Non aliter etiam cochleæ erunt offerendæ: habent enim quiddam glutinis naturalis utraque, & compaginandi uirtutẽ, cum proficiente curatione. Danda etiam pomorũ quædam, ut mala cydonia cocta recenti mulso: uel torrida, præsumpto tegmine, farina conspersa, aut sorba, aut mali punici grana, aut fabrilium uuarum. Item uolantium non pinguia, ut sunt pectora turdorum, uel pullorum matrem sequentium. Item columbarum, aut phasianorum, aut attagenarum, aut perdicum, quarum erunt murta pectora penetranda. Tunc etiam porcinæ carnes, cerebrum, pedes, auriculæ, ora, uel auricularum summitates, quæque uel fuerint nutribilia, nec tamen difficilia digestione. Dandum etiam catapotium ex melle decoctum, sub lingua detinendum singulare, aut admixto gummi, uel draganto: Etenim sufficienter decoctum mel, sicut in externis corporum glutinat diuisuras, non aliter etiã interioribus mederi necesse est, atque iam glutinata solidare proficiente curatione. Dabimus etiam uinum, & magis illud quod fuerit mordicantis uirtutis, hoc est quodam sensu linguam remordentis. Tunc ad summam paulatim erunt ægrotantes resumendi, cum præcautione uehementium commotionum: Sunt enim leuiter atque sensim mouendi, portatoria scilicet, uel cathedra longiore, & firmato corpore lauandi: Etenim lauacra feruoris causa atque motus illati, quod corpora celerato spiritu agitantur recentium glutinationum, atque mollium uulnerum redulcerantia probantur: Cum enim oporteat

Themison. *Thessalus.* *Antipater.* *Soranus.* *Medicamen diaroos.* D

A oporteat coherceri atque densari patientia loca contraria qualitate, necessariò uexantur feruoris illati causa: Inflata etenim parua ex occasione, atque turgentia redulcerantur. Præcauenda deniq; etiam uehementia exercitia, & magis retento spiritu peracta: Tunc utendum peregrinatione terrena atq; maritima: Et si corpus uiderimus non attestante fortitudine augmenta carnis accepisse, erit abstinentia cibi imperanda. Tunc sequentibus diebus paruus dandus est cibus uino detracto: Etenim cicatricis nouitas: quippe ex uenarum uasculis confecta atque nondum fortificata, si carnis pondere fuerit prægrauata necessariò, rumpetur. Semper autem oportet uentrem mitius emollire: acriores etenim clysteres incongruis motibus lacerant cicatrices, atque recursum faciunt passionis: ac si uehemens atq; plurimus fuerit sanguinis fluor, erunt extendendæ adiutorij uirtutes. Acetum denique syncere dabimus ore retinendum, uel gargarizandũ, aut sorbendum, spreto quorundam iudicio, qui asperum, uel tussiculam commouens, atque fluorem prouocans acetum dixerunt: siquidem etiam gelatum sanguinem soluat: Etenim asperat, uel tussiculam commouet, si iugiter atq; immodice fuerit datum. Soluit autem eius percussibilem uirtutem distantia temporum oblatione uariata, quæ non sensibili tactu, sed remissibili quadam digestione longioribus actibus immoratur. Item quod fluorem non prouocet demonstrandum non est: siquidem sit manifestum, in externis corporibus uulneribus constitutis necessariò fecisse densitatẽ: & propterea conducibilis atq; glutinantis uirtutis fuerit approbatum. Danda etiã acacia aceto soluta, aut pusca, aut ex supradictis liquoribus: non aliter etiã hypocystis, uel liciũ indicũ, aut omphacium, uel balaustium, aut œnanthe, aut polios herba, aut gentiana, aut macir, *Acetum.*

B aut ponticum, uel ægyptia spina, quam acanthan uocant: quarum nunc sunt radices infundendæ, uel decoquendæ, nunc earum succi uel lachrymæ admiscendæ: siquidem sint frigidæ atque constrictiuæ uirtutis conuenientia obturamenta. Item corticis uasculi uetustissimi uini exusti triti puluerẽ asperum tribus cyathis puscæ frigidæ, aut decoctionis, de qua supra diximus, bibendum dari, in modum cochleariorum duorum: Etenim constringit cortex inueteratus, & magis antiquissimi uini commutatus tarditate temporis aucta uirtute. Vtendum etiã trochiscis confectis ex supradictis speciebus. Item ex rosæ seminibus trochiscos, quorum compositionem Responsionum libris de medicaminibus dicentes tradidimus. Item quod appellatur dielectrũ: item œnocraton, & alia similia: quorum compositionem, ut supra dictum est, Medicaminum libris tradidimus. Ac si coadceruatus perseuerauerit sanguinis fluor, utendum etiã uehementioribus quibus obturentur altiora, sua & teneritudinis causæ, tamen erunt ocyus adhibenda, ne passionis ipsius impetu in manibus nostris uitam linquere cogantur ægrotantes. Prædicto igitur periculo eorum proximis aut ministris, uel quod producta uita spem sæpe dederint sanitatis, erunt hæc adhibenda supradicti corticis cinis exustus cum liquida pice spongiæ impressus, decoctio lentisci, & roris syriaci, & & elygmatium supradictorum suorũ: Nam hæc conficiuntur hoc modo: Agmine uitis ustis uirgultis, atq; ex eorum cinere confecto liquamine, scilicet aqua imbriali admixta, quam uulgo cisterninam uocãt, dabimus ex ipsa bibendos cyathos tres uel quatuor, nullis alijs speciebus admixtis: Nam quidã in hijs si febribus adficiantur etiam uinum immiscuerunt uiuidum, uel spongiæ ustæ cinerem, qui conficitur hoc modo: Spongia expressa aceto, atque pice liquida madefacta uasculo nouo includitur testeo: tunc circuntegitur luto, & usque eo inuritur, donec carbonescat: Dehinc trita in puluerẽ, ex quo cochlearis unius

ris unius quantitas aquæ uel puscæ frigidæ mixta datur bibenda. Vel si uirtute
C medicaminis augere uoluerimus, tinctam, ut supra diximus, spongiam liquidæ picis puluere bituminis aspergimus. Decoctio autem lentisci conficitur hoc modo: Eius uirgultorum sumentes sufficientem modum aquæ imbrialis infundimus sestarijs duobus. Tunc decoquimus: & cum semel uel secundo scatere uiderimus, expressas detrahimus lentisci comas: Tunc liquorem decoquimus, donec ad tertiam partem deducatur, cuius cyathum admixtum duobus cyathis aquæ bibendum propinamus. Non aliter etiam electariorum decoctio conficitur. Ob electarium autem conficiendum erunt sumenda mala punica recentia uel infusa, nisi fuerint mollia: Quibus contusis atq; compressis, aliquantū detrahimus succum atque decoquimus, donec mellis crassitudinem sumat. Et quantum medicaminis uirtutem tendere uoluerimus, tanto ualentius mala exuccamus, quo expressa ultimum atque crassiorem succum dimittant, ut etiam eorū cortex si quid humoris habuerit sudet. Conuenit etiā medicamen, quod
Themison. Themison ordinauit hoc modo: Mali punici partibus duabus aloë admixta parui cochlearis quantitate cum aqua frigida offerendum. Ac si solutio perseuera-
Diæteon emplastrum. uerit, addenda etiam constrictiua cucurbita patiētibus partibus: Tum diæteon emplastrum, quod uehementer astringit, superimpositis spongijs aqua pusca infusis, ut supra scriptum, ciborum qualitate permanente. Dandum etiam no-
Medicamen diaporon. ctis initio medicamen, quod diaporon appellant, uel diasycaminon, siue cata-
Diasycaminon. potia, quæ Medicaminum libris prædiximus. Nunc autem perficienda conscripsimus hoc modo: Gummi & acacia æquis pōderibus, admixto alumine scisso ad duplex pondus, quæ sunt colligenda decoctione papaueris, & danda qui-
D busdam in duplicem modum. At si quisquam non plurimum sanguinem fluxerit, nec tamen materia ferri cessauerit, conuenit etiam tertia die phlebotomiam adhibere. Etenim ex eo quod sanguis ferri non quieuerit, manifeste cōijcimus glutinationem partiū non fuisse perfectam diuisuræ, siue uulneris: Et propterea in tumorem uenisse perspicimus: Omne etenim uulnus, quod usque in tertium diem glutinari non potuerit, necessariò tumescit. Thessalum denique indigna
Thessalus. Soranus. accusatione appetitum Sorani sententia recte purgauit: Tertia etenim die phlebotomandos sanguine fluentes constituit, nutriens constrictiuo cibo, non inconsequentia ordinans adiutoria, sed tanquam complexis passionibus apta, ut contrarijs contraria obijcere uideantur. Ac si etiā intra diatriti tempus fuerit attestata partium grauedo uel dolor, aut spiratio difficilis, uel tussicula sicca, phlebotomare conuenit, atque aërem loci paruissimi trepidare, & ijsdem partibus lanas oleo calido uiridi expressas apponere, uel ob sanguinis fluorem ea ordinare, quæ glutinare ualent, sed uirtutis frigidæ non sint, neque transuorationis asperent loca, nec tumorem commoueant. Plurima dabimus etiam samiæ ter-
γῆς ἀστήρ. ræ, quam ges astera uocant, unciæ partem tertiam cum duobus uel tribus cyathis aquæ tepidæ. Non aliter etiam amylum, uel argallici radicem, atque foliorum eius succum. Conuenit denique sub lingua retenta eius radicis particula, siue amyli, siue terræ supradictæ. Danda etiam ex gummi siue draganto, & thure, & opio, & hijs similibus confecta electaria. Tunc tertia die accepta diatriti temporis obseruatione, non solius fluoris, sed etiam febrium, erunt ægrotantes oleo calido atque plurimo, & uiridi perungendi. Facies quoque aqua tepida fouenda: Cibus dandus complexioni passionis aptus, & pultes ex oryza uel alica frixa, siue simplici, uel milio, & decoctio calidæ, sed non oleosæ, ac potius siccæ, uel ex oleo uiridi confectæ, aut cum palmulis, uel amylo, admixto ges

asteros,

A asteros, aut argallici radicem incoctam. Cæteris uero diatritis, hoc est interuallis dierum trino numero seruatis cogentibus doloribus erit utendum fomentis, atque cataplasmatibus laxatiuis: nunc etiam cum scarificatione cucurbitis, siue hirudinũ appositione, quas sanguisugas uocant: Tum uaporatio spongiarum apponenda. Sin uero etiam fluor periculosus fuerit sanguinis, cum tussicula uel asperitate gutturis, erit utendum quidem cõstrictiuis epithematibus, sed calidis: Dandum etiam sorbendum mulsum ex melle decocto, & à uino abstinendum. Danda denique aqua potanda calida, sed paruo modo, tum sorbilia, quæ passioni uirtute apta mederi possunt, ut est amygdala † ex pusca in mulso decocta quæ abijciẽda, & admittendũ amyli quantũ ualeat mulsum in quandã crassitudinem redigere. Deinde similibus electarijs, atq; sub lingua continendis medicaminibus utemur tempore amissionis, ut est mel atticũ admixto gummi, uel dracanto decoctum, aut glycyrriza, uel eius succo: nisi quisquam ægrotantium hoc improbauerit nausea commotus, quo eius stomachus facile moueatur. Itẽ ex lini semine trito, & tracanto drachmis duabus, & amygdalis expoliatis XXV, & strobilorum granis XXX, & oui unius tosti uitello, & amyli drachmis duabus, infuso passo sufficiẽtis quantitatis, quo medicamen electarij crassitudinẽ sumat. Sin uero etiam rauci fuerint ægrotantes, erit mel decoquendum cum cæteris speciebus singulatim, resoluto tracanto, ex infusione passi confecto: Terminatur etenim asperitas faucium, uel transuorationis partes leniuntur, & tussicula mitigatur, sputa sanguinolenta reprimũtur. Danda etiam noctis initio, nisi febrium obstiterit accessio, simplex diacodion. Continuũ uero medicaminum usum, quæ tussicularia sunt appellata, siue eorum immodi-

† expolita.

B cam quantitatem necessariò fugiendam mandamus: Est enim melius simplicibus atque consuetis mederi rebus: Illa enim temporaliter quidem mitigare uidentur tussientium motum, sed passionem totam faciunt deteriorem. Ac si attestante tumore fluor perseuerans produxerit tempus, in ijsdem perseuerare conuenit, quæ supra memorauimus, admixto etiam lacte. Si minui tumorem uiderimus, dandum quoq; lac amylatum, & panis laganum, pultibus infusum, sed ex fermento confectum, quo panis habeat qualitatem, faciat etiam medelam meliorem. Strobilus deniq; cum suis fructibus, quod in semet habeat resinale, ptisana decoctus. Dehinc profectu cedente erit panis cũ malua decoquendus, sed non exquisite conditus. Danda etiam ptisana cum lenticula, quam Græci psysanæon uocant, & apponenda extrinsecus cerotaria ex murtino uel lentiscino, aut melino oleo confecta: Tum urgentius augenda resumptio, ut supra demonstrauimus: atque ita abstento sanguine, quoad fiet glutinatione perfecta, At irruente tumore erit conijciendum, uel aduertendum, utrum glutinatio fecerit retentionem, cum neq; grauedo, neque dolor, aut punctio, uel pulsatio, uel saltus partium, aut extentio, uel febris cum arida tussicula, aut stridor, aut singultus, uel quæpiã sanitati impedita saucietas ægrum sequi uidebitur: sed sit æqualis atque ordinata spiratio perseuerans. Tum si tumoris causa fuerit retentio sanguinis temporaliter effecta, quæ necessariò sordidum atque humectum uulnus efficiat, phthisicorum fluorem pronuntiamus. Tum cum producto tempore sanguinis fuerit ruptio uariata, erit curatio pro motibus temporum uarianda, ut superpositionem emergentem eadem curatione curemus. In lenimento uero leues atque quietos adhibemus motus, sub magisterio aliptæ uel musici, quo etiam uocis exercitium artificis præcepta moderetur, cibus dandus ex mediæ qualitatis materia, adhibitis resumptiuis cyclis, in quibus non erunt repen-

Tußicularia medicamina.

tinæ mutationes faciẽdæ. Sed nunc ex mediæ qualitatis materia primus ordinan
C dus est cyclus, dehinc ex uolantum secundus: tunc ex agrestium tertius, atq; ex
porcinis carnibus ultimus: Et coniunctis deinde duobus cõtiguis ordo dirigen
dus, atq; ita omnibus, sed singulis materiarum speciebus erunt magis constrin
gentia procuranda, ut in oleribus intybum, plantago: in marinis squillæ, mul
li: in uolũtibus perdices, phasiani, attagenæ: in agrestibus, lepores, capreæ: Et si
celeriter ægros crassificari uiderimus, erit abstinentia intercalanda: Tum uen
ter emolliẽdus. Vtendum præterea partiliter nunc aquæ potu, nunc uini leuiter
remordentis: deinde ueniendum ad recorporatiuæ curationis materiam latenti
motu adhibita drimyphagia, ex pisce gobione, admixto melle. Dandi etiam pi
sces & cerebrum una tantummodo die, atq; interuallatis diebus adhibitis loca
libus adiutorijs recorporatiuis, ut dropace, partibus primo quæ fuerint remotæ
patientibus: Tunc uicinis, ac deinde ipsis addendus etiam ex sinapismo rubor,
φοινιγμός. quem Græci phœnigmon uocant, atq; sicca fricatio. Tunc torrendum corpus
ἡλίωσις. sole, quod Græci heliosin uocant. Adhibenda quoq; paroptesis, & aliquando
παρώπτησις. sicca cibatio, aliquando cum pane palmulæ offerendæ, & imitanda consuetudo
frigida lauacri, atq; potus paruus scilicet primo, ac deinde auctus suggestione,
quo possint etiam hijs ægrotantes uti partiliter: Facit enim duriora corpora, atq;
ualentia, acceptorum uel gestorum differentiæ contrariorũ mutatione uariata:
quanquam sint ex eodem genere uenientia. Vtilis præterea nauigatio approba
tur, & peregrinatio comprobatur: inde enim res salutares uenient. Præcauenda
etiam Venus: facile autem hæc passio refricatur. Hæc est secundum methodicos
D ordinata curatio. Apud ueteres uero dissonantia sunt ordinata: Etenim de sche
mate iacendi, atq; phlebotomia, & ligatione, & constrictiuis, uel frigidis cata
plasmatibus, & aceto bibendo uaria disceptatione pugnatum est. De schemate
inquam, iacendi: siquidem alij supinos iubeant ægrotantes iacere: uel super eas
Asclepiades. partes quæ non patiuntur. Item Asclepiades consequenter approbat supra par
tes quæ patiuntur esse locandos ægrotantes: siquidem cum scriberet necessarias
esse curationes adprehensa causa sic fuerit elocutus, etiam sanguinem inquit flu
Erasistratus. entes ita esse locandos. Siquidem Erasistratus phlebotomari præceperit patien
tes. Alij uero eius sectatores etiam fieri principaliter damnauerunt adiutorij ge
nus tanquam uirium uexabile. Item plurimi nostrorum tanquam laxatiuũ, &
propterea inconueniens fluori sanguinis ex solutione uenienti, & indignum ad
constrictionem. Alij adhibendum probauerunt, ut Hippocrates de morbis scri
Hippocrates. *Diocles.* bens, Diocles libro quo de passionibus, causis uel curationibus scripsit, Praxa
Praxagoras. goras libro tertio de curationibus. Itẽ Asclepiades libro, quo de clysteribus scri
Asclepiades. psit: Dehinc Themison secundo libro Tardarum passionum: & Thessalus se
Themison. cundo libro regulari: sed adiecta discretione: Etenim si tertia, inquit, die rursum
Thessalus. sanguinem fluxerint ægrotantes atq; plurimum, quod intelligitur tanquam in
complexis passionibus, hoc est, strictura obtinente, faciendum approbasse: Alij
uero omnes statim, atq; sine ulla dilatione phlebotomandos dixerunt: & magis
si ex thorace, uel pulmone sanguis fluxerit, uel plurimus auertẽdæ materiæ cau
sa, quo patientibus partibus derelictis, aliorsum feratur, hoc est ad eas quæ non
patiuntur, uel ob educendam materiæ multitudinem. Denique sæpe inquiunt
faciendam consuetudinem, si oportuerit semel, & secundo, uel tertio, quo re
currens ex brachio post abstinentiam sanguis iterũ auocetur, uelut Themison
ait, secundum se, & laxamenti esse, & minutionis, ne initiũ toris efficiat. Item
ut alij ob euacuandas uenas, quo exeant late celerius concedant atq; coëant di

uisuræ,

A uisuræ, uelut Asclepiades, ad minuendum cursum siue spiratione͂, quibus pas-
sio adiuuatur. Item de ligationibus pugnauerunt: Siquidē Xenophon & Dio- *Xenophon.*
nysius, & Erophilus primo libro Curationum, & Erasistratus probent articu- *Dionysius.*
lorum faciendam constrictione͂. Erophilus uero capitis, & brachiorum, & fœ- *Erasistratus.*
morum: Erasistratus magis inguinum & alarum: Etenim laxatione͂ sensus san *Erophilus.*
guinis approbat fieri retentionem. Asclepiades uero ad ipsum scribens libros
Parasceuasticos ligationem excludit, eamq; neq; Erasistrato congruam, dicens *Libri Asclep:*
osculari nõ posse sub discrimine uenulas, quod Græci diaphragma uocant, uel *παρασκευασι-*
misceri eas quæ supra diaphragma esse uidentur. Omnes etiā nostræ secte prin- *κῶν.*
cipes id approbasse uidentur: impressa etenim inquiunt ligaturæ uexat, non im
pressa inutilis esse perspicitur. Item Antipater tertio libro Epistolarum ait tene- *Antipater.*
ri materiam quidem ligatione, sed cum fuerit indulta uel relaxata, in repentinū
atq; immodicum fluorem ueniat: siquidem abstinentiæ causa altiora pendendo
latere potius quàm teneri uideantur. Item de constrictis cataplasmatibus pluri-
mi dissenserunt: Nam si Erasistratus hæc approbauit, Asclepiades excludit, tan
quam materiā imprimentia, uel coërcendo in latum reuocantia. Item acetū alij
tanq; tussiculā uel fluore͂ cōmouens expulerunt, uel quod duras partes densan-
do faciat. Themison uero hijs repugnans adhibendū iudicauit, attestante etiam
Thessalo. Alij aiunt eius acrimoniam uel nimietatem temperandam admixtio-
ne aquæ. Plurimi uero contrariarum sectarum etiam clysteres, atq; urinales aiūt
uirtutes adhibendas. Item Diocles taurinū gluten bibendum dicit, farinæ con-
coctum & rubo, uel cum nepita amylum uel marrubium, uel rosmarinum in
aqua pusca dandum. Motus uero alij adhibuerunt, non solum fricantes, sed
B etiam deambulatione͂ imperātes post cibum, ut Erasistratus. Asclepiades uero
de communibus adiutorijs scribēs, gestationem in hæmopticis prohibet. Vtun
tur quidam præterea etiam purgatiuis medicaminibus ex papauere uel hellebo-
ro, aut diagridio, quod Græci scammonian uocant, ut Diocles. Item sudore͂ mo *σκαμμωνίαν.*
uentibus & uomitum, ut Praxagoras, qui etiam plurima urinalia ordinauit.
Sed hæc facile iudicantur ex hijs quæ secundum methodicos tradidimus. De-
monstranda tamen eorum contradictio, & breui ratione formanda. Peccaue-
runt igitur, qui supra patientes partes ægros iacere uoluerunt: Omnis enim im
pressio siue affectio incongrua glutinationibus approbatur. Ceciderunt etiam
falsa intentione decepti, qui non addita discretione phlebotomiæ memorauerūt
usum: Non enim in omnibus oportuit prohiberi, cum fluore͂ sæpe fuerit uehe-
mens strictura complexa: Et si secundum Erasistratum osculatio uenarum ex
redundantia materiæ ueniens fluorem faciat, conuenit uti detractione: Facile
enim corrigi uel reparari parua uirium uexatio potest: plurima tamen ex adiu-
torio patientibus utilitas fuerit: Neq; item in omnibus erit approbanda phlebo
tomia: Nam nullo tumore apparente uexabilis iudicatur: Etenim corporis for-
titudo necessariò depurgatur, & stomachus uitiatur, atq; debilitate irruente dif
ficile coëunt diuisuræ, & eadem patienti uidebimur ingerere, quæ prohibenda
suscepimus: Quippe cum non auersio, sed potius partitio sanguinis fieri intelli-
gatur, & duplici egestione celerata, nullam mortis habeat dilationem. Dehinc
erit anceps, utrum irruente rursum tumore phlebotomandi, necne sint ægrotan
tes: sed phlebotomati apertissime interficiuntur, non phlebotomati magno ad-
iutorio priuantur. Ligationes uero non tantum ad diuertendam materiam
adhibendæ sunt, ut supra memorauimus: quantum ad densitatem uero fa-

ciendam adhibendas adprobamus; siquidem imprimendo coërceant: Sedme/
C diocriter adhibere, ne moderatione cessante uexare potius quàm curare uidean
tur. Peccat etiam Asclepiades, frigida uel constrictiua epithemata recusando.
Sunt etiam inconsequentia Erasistrati placitis, sed officio congruæ curationis
efficacia: Nam solutionem constringunt, diuisuras conglutinant: quod ex uul
neribus in superficie constitutis, & sub uisum uenientibus usu approbatur:
Quibus apposita apertissime profuerunt. Peccant etiam non aliter, qui biben/
dum acetum negant: Non enim in omnibus fluoribus sanguinis dandum pro/
batur, sed in hijs qui approbato atque largissimo fluore uexantur: In paruis enim
aqua frigida sufficere potest, aut admixto paruissimo aceto. Ac si tumor fuerit
attestatus, ut complexam passionem demonstret, procul dubio constringentia
fugienda, quantum res pati uel admittere possunt. Est igitur improprium, uti ea
quæ incongrue adhibita nocere demonstrentur, etiam cum necessariò conueni/
re fuerint uisa prohibenda existimentur: Etenim aduersantia solutioni tussiculã
ex fluore uenientem mitigant, atque ipsum fluorem constringunt, & sanguinem
retinent cohibendo, & neque inurunt; siquidem sæpe reddita per digestionis
uias patientibus partibus adueniant temperata atque admixta, liquidis in alto
constitutis: Et propterea obtusa uirtutis uiolentia perdurant. Sunt etiam cly/
steres contrarij: siquidem commoueant corpus, eo tempore præterea, quo con
glutinationem faciendam nitimur. Hac ratione etiam urinalia medicamina
atque uentriflua magis noxia iudicantur: siquidem turbent atque uexent, &
uertant stomachum. Item proteruus omnibus uomitus, & propterea contra/
rius iudicatur: Rescindit enim uulnera, nisi quis eum iam solidatis cicatricibus
D ob recorporationem adhibẽdum probauerit. Est præterea affectatio sudorum,
ἀφύδρωσις. quam Græci aphydrosin uocant, contraria: Cum enim superflua atque redundan
tia tollere uidetur, laxatiuæ uirtutis causa coëuntia disiungit. Item taurinũ glu/
ten tensionem atque duritiam facit. Motus uero corporis neque excludendos gene
raliter approbamus, neque approbandos: Siquidem prius quàm passio declina/
uerit requiescere debeant ægrotantes. In declinatione uero sint mouendi, sed nõ
post cibum: Tunc enim ob digestionem celebrandum tempus est quiescendi:
quo fiet, ut prius quàm cibum sumpserint ægrotantes, gestatione sint mouendi,
secunda etiam deambulatione: Etenim parua adiectione neque ulcera refricantur,
& in resumptione uirtus corporis excitatur.

DE PHTHISICA PASSIONE. CAP: XIIII.

φθίσις. φθοή. PHthisis, siue ut plerique appellant phthoë, quod corporis faciat
defluxionem, siue corruptionem, fit frequentius antecedente
sanguinis fluore: Aliquando etiam longi temporis tussicula,
siue catarrho thoracis cum altiora lacerantur, & primo leuius,
tunc ulcerata, facientia collectionem intrinsecus: quæ cum sic/
cata non fuerint, citius sumat passionis initium. Sed non secun
dum has differentias erit efficacia curationis mutanda: Siquidem antecedentes
causæ, quanquam diuersæ, unam facere passionem uideantur. Sequitur autem
ægrotantes febricula latens, & sæpe quæ initium declinante accipiat die, atque
ueniente luce leuigetur, attestante tussicula plurima initio noctis atque fine cum
sputis saniosis, ac paruulis, primo in hijs, qui non ante sanguinis fluore uexan
tur: quæ quidem admixta saliua latere uideantur, secundo etiam plurima ferri
uideantur. Hijs uero qui ex fluore sanguinis in istam ueniunt passionem, pri/
mo san/

A mo ſanguinolenta ſputa efficiuntur, hoc eſt cruenta, quæ Græci hæmalopa uo Sputa
cauerunt: tunc feculenta, dehinc liuida, uel praſina, & in ultimo alba atque pu αἱμάλοπα.
rulenta, dulcia uel ſalſa, cũ uoce rauca aut acuta, & difficultate inſpirationis, atq;
genarum rubore, & cæteri corporis cinereo colore. Item ſequitur oculos exo-
letus aſpectus, & corporis tenuitas, quæ nudatis membris proditur magis quàm
ex aſpectu uultus. Quoſdam etiam ſibilatio uel ſtridor thoracis ſequitur, cre-
ſcente paſſione ſudor ſuperiorum partium uſque ad pectoris finem, cibi faſti-
dium, & maior appetitus ſitis, & quibuſdã grauedo uulnerati pulmonis, ut etiã
eius expuant fibras. Quibuſdam punctio, ulcera thorace, pulſus debilis, den-
ſus, ac deinde formicalis, quem Græci myrmezonta uocant: Digitorũ ſummi- Pulſus
tates craſſeſcunt, obuncatis unguibus, quod Græci gryposin uocant. Sequitur μυρμήζωντ.
præterea inflatio pedum, & nunc frigus, nunc feruor articulorum, naſi ſummi- γρύπωσις.
tas palleſcit, atque aurium laminæ frigeſcunt. Tunc peiorante paſſione uentris
efficitur fluor albidarum egeſtionum, & indigeſtarum, debilitatis, naturalibus
digeſtionis officijs. Diſcernunt præterea plurimi purulentum liquorem, phleg-
mata carbonibus imponentes, quo exuſta probentur: Nam tetri odoris eſſe ne-
ceſſe eſt omne quod natura fuerit mutatum, uelut ex defluxione carnis ueniẽs.
Item in aquam mittunt ægrotantium ſputamina: Etenim naturalia facile ſol-
uuntur: Vitiata uero atq; mutata perſeuerant, quadam tenuitate coacta, & ſub-
ſidunt: ſiquidem ſint grauia, & contra naturam ex defluxione carnis uenien
tia. Vicinæ atque ſimiles paſſiones ſunt phthiſicæ, ſyntexis, quam nos deflu- σύντηξις.
xionem dicere poterimus, atrophian, quam nos nutrimenti ceſſationem uo- ἀτροφία.
camus. Item empyica paſſione, ſiue anaphoretica, quam nos purulentam, ſi- Paßio
ue uomifluam dicere poterimus, quod ex uomica interioris collectionis puru- ἐμπυικά.
B lenta per tuſſiculam excludunt ſputa. Sed hæc diſcernuntur: Siquidem ex hijs ἀναφορητικά.
atrophia longo tempore faciat tenuari, nullis etiam atteſtantibus ſputis: Sæpe
etiam ſine ulla tuſſicula: Etenim longo tempore febricitantes, atque tuſſien-
tes limpidis adhuc ſputis affecti, necdum phthiſici iudicantur, in phthiſicam
uero paſſionem proni ac decliues eſſe noſcuntur. Item empyica paſſio, ſiue
ut ſupra diximus, anaphoretica diſcernitur à phthiſica, non aliter quàm ulce-
rum collectione: Quippe cum empyicos ſæpe antecedat pleuretis, uel peri- πλευρῖτις.
pleumonia, & tumor immenſus, & febres uehementes cum horroribus frigi- περιπλευμονία.
dis, & inordinatis. Dehinc quod ſæpe coadceruata puris copiam excludant
repente, ac deinde egeſtione facta febribus atque horroribus præteritis libe-
rentur, ut aut omnino hijs careant, aut ex parte afficiantur: in phthiſicis ea
quæ ſupra diximus antecedant, & liquida paulatim non coadceruata exclu-
dantur, & pro modo auctæ paſſionis etiam febres augeantur. Communiter
autem hæc paſſio ſtricturæ, atque ſolutioni erit adſcribenda, & ſubiacenti-
bus paſſioni temporalibus cœnotetis. In quibuſdam etiam ulcerum diffe-
rentias monuimus promouendas: Sunt enim neceſſariò intuendæ: Siqui-
dem complexa ſit regulæ, quam diætan uocant, medicaminum ratio, quam
pharmacian appellant. Denique ſi tumens ulcus fuerit, quod intelligi-
tur ex dolore conſequenti, & cæteris tumoris ſignis, conuenit ægrotanti ca-
lidus locus, & abſtinentia unius diei. Tunc fomentatio laxatiua, atque
cataplaſmata, & cucurbitæ appoſitio cum ſcarificatione, & uaporationibus
ſpongiarum, & totius corporis perunctione. Cibus quoque ſorbilis, cali-
dus, & magis panoſus, obſeruatis temporibus ſingulorum adiutoriorum,

 ut ſæpe

C ut sæpe docuimus, ac si tumens non fuerit ulcus, ob purgationem sordis erunt aquæ mulsæ cyathi duo uel tres offerendi ante cibum, uel fœnigræci sæpe torti decoctus succus, sed non ita ut uiscosus fiat, quod seruabitur: Si secũdo uel tertio mollius scatere cœperit, deponatur, quod sit colore uinosus, ac deinde uni cyatho liquato admiscemus mellis cochleare: habet enim uirtutem fœnigræci semen mitissimæ detersionis. Vel certe mulsum dabimus ex lini semine fricto, atq; trito, admixto puluere, aut liquato linteolo limpido, uel farina meregmi. Si autem maior purgatio fuerit facienda, irin illyricam atq; herbũ dandum probamus. Oportet etiam herbum rubrum aquæ infundere donec infletur. Tunc testa calefacta atq; ignita molere, terere, ac deinde tum tenuissimo cribello eius pollinem mulso aspergere in cochlearij quantitatem, uel ex melle decocto electarium facere, admixto scilicet polline supradicto. Sed propter uehementiam herbi erit conijcienda sordis magnitudo, ut si fuerit putruosa, quam Græci dysoden appellant, tunc solo herbi polline utemur. Sin uero non ita fuerit cogẽs causa, admixto sesamo iri illyricæ æqualis ponderis aut superantis, pro passionis magnitudine: Ac si plurimum putruosum apparuerit ulcus, ex hijs quæ feruntur, non solum per os conuenit herbi pollinem dari, sed ex ipso confectum etiã cataplasma aceto atq; melle extrinsecus apponere. Tunc etiam lenticula simili usu adhibenda probatur: Et præterea purgatiuæ uirtutis aristolochia & dracontia herba, siue quæ appellatur aron: Eius generis etiam marrubium approbatur, quanquam sit stomachi uexabile, purgatiuæ tamen uirtutis. Oportet autem eius manipulum tribus aquæ sextarijs decoquere, donec ad partẽ redeant. Tunc marrubium detractum proijcere, atq; admiscere mellis boni libram, & rursum decoquere, donec ad suam ueniat crassitudinem. Ac si marrubium uiridius fuerit, tundendum atq; exuccandum, & in unum cyathum succi libra mellis miscenda, & ita decoquenda, aut aquæ sextarij tres decoquendi, siue admiscendi, donec crassitudinem sumant. Faciunt etiam ex strobilis & amygdalis, & lini semine, uel supradictis electaria confecta. Item ex amygdalis, & ptisana cum melle & lacte sorbile medicamen, & primo cum pane acceptum infuso melle. Tunc etiam singulare sorbendum paruissime, ad modum unius cyathi uel duorũ: dehinc plurimum, longe ante tempus alterius cibi: quanquam sit in quibusdam hoc solum cibo sufficiens: Etenim corpus nutriet, & uulnera reterget, & cruentos, uel purulentos: Dehinc cum tenuia sputa ferri uiderimus, facit etiam strobili decoctio, quæ conficitur hoc modo: Viridem strobilum sumentes fructuosum, qui in semet habeat quædam resinalia, quẽ tribus sextarijs immixtum decoquimus, donec pars liquoris insumatur. Tunc detracto strobilo erit residuæ parti liquoris miscenda mellis libra, uel glycyrrhiza. Tunc decoquendo donec crassitudinem sumat. Conuenit etiam ex squillitico uino electarium confectũ, ex quo erit sextarius unus libræ mellis admiscendus, & gummi uino perfusi selibra: tunc decoquendum mel donec uinum insumatur. Potest præterea etiam melilotum linteolo ligatum tempore decoctionis immitti. Item succus glycyrrhizæ simili modo, atq; eodem tempore misceri probatur. Conuenit etiam diocodion medicamen cochlearis quantitate sumptum, uel butyrũ cum melle electario datum: Et præterea purgatiuæ uirtutis atq; siccatiuæ hoc medicaminis genus marrubij succi uiridis sextarij tres, mellis libra una: Quæ cum fuerint coctione crassificata, iris illyricæ immittendæ sunt drachmæ duæ. Sed oportet neq; semel, atque eodem tempore omnia hæc ægrotantibus dari: Varias etenim materias posuimus: siquidem iugis speciei unius oblatio satiat ægrotantes, &

Δυσώδης.

D

A propterea recuſetur, neq; acceſſionis tempore hæc danda mandamus. Quapropter uni etiam cætera in curationibus monemus intuenda, quo purgato ulcere humanioribus cibis utamur, hoc eſt ex mediæ materiæ qualitate. Conuenit interea motus latens penſili primo lectulo cathedra longiore, atque in uicina porticu. *Lecti penſiles* Adhibita etiam perunctione primo ſedenti, ac deinde recepta fortitudine ſtanti, purgato ulcere dabimus uinum album, atque lene mediocriter remordens. Tum lauacrum adhibendum, quando etiam ſicca conueniat cibatio ſingularis, uel cum palmulis thebaicis, & pulmento in cibum dato, uel arnogloſſa herba, & uolantum non pinguia. Item ſub lingua amylum datum, quod retentum in defluxionem ueniens ſubiectis partibus patientibus irruat, & paulatim adiuuet cicatricem, uel mel decoctum ſimili modo datum, aut paruo ex amylo admixto: Tum etiam trochiſcum, qui appellatur trigonos, uel mel *τροχισκὸς τρίγωνος.* uino remordenti admixtum parti ſuæ quantitatis & decoctum, donec incoquatur uinum. Tunc etiam antidotũ, quod appellatur theriaca mithridatios, quæ in ſemet habeat ſiccandi atq; recorporandi uirtutem. Item zopirios, & dieriſimus. Apponenda præterea extrinſecus emplaſtra, quæ in cicatricem ducere ualeant, ut eſt melinon, ac deinde ſiccantia magis. Tum cum firmum apparuerit, lenimentum erit amitaonion imponendum, uel polyarcyon malagma, admixto cerotario ex oleo cyprino confecto parte tertia: ſiquidem hæc ſingularia primo tempore ægrotantes ferre minime poſſint. Tunc cyclica regula adhibenda, ſed quæ non repentinas habeat ordinum mutationes. Deniq; nunc uinũ, nunc aquam potare permittimus, iuxta cycli rigorem. Danda etiam drimyphagia, quam deſpuentibus ſanguinem memorauimus. Adhibenda etiam localia adiutoria, ſimiliter cucurbita, dropaces, & ſympaſmata, & paroptesis, & ſinapiſmus, *συμπάσματα. παρόπτησις.*

B & bibendum medicamen, quod diapipereon appellatur: Valet enim calloſitatem ulceris tenuare, atq; ſiccare. Fugienda præterea bibendi medicaminis ſatietas, & eligendus conſuetorũ uſus: Magis ſiquidem inſueta materia uexatus ſtomachus, atque faſtidio ſupinatus prodat ægrotantes: Et propterea uehementer utilis naualis geſtatio, atque longa nauigatio, lectio, uocis exercitatio, & omne quod dare corpori fortitudinem poteſt. Veteres autem medici alij nihil de iſta paſſione memorauerunt. Sed Diocles libris, quibus de paſſionibus atq; cauſis, *Diocles.* & curationibus ſcripſit, iubet initio cibos detrahi, nihil de fine abſtinẽtiæ ſignificans, quouſq; ſint ægrotantes retinendi: Tunc ſudores cõmouendos, quibus neceſſariò uires auferantur, & neq; hoc quemadmodum faciendum ſit ordinauit. Vtitur etiam anacœliaſmis, quorum qualitates non memorauit, adijciens *ἀνακοιλιασμός.* uerrendum, ſiue deducendum à pulmonibus humorem, quando fuerat mitigandum potius ulcus quàm depurgandum. Item uomitum ex oxymelle adhiben- *ὀξύμελι.* dum, quo corpus diſijciendo ulceratas lacerat partes: atque hoc iugiter, & poſt cœnam faciendum probat: dehinc proterua mentis cæcitate deceptus etiam pſi- *ψυχρολουσία.* chrolusian imperat adhibendam, & allium dandum, quod neceſſariò uexet ægrotantes inflando: Tum uino flauo utendum ſiue nigro, & propterea duro, atq; poſt prandiũ deambulatione uexandos imperat ægrotantes, & nulli adiutorio ſua tempora reddenda perſpexit. Item Praxagoras ſecundo libro curatio- *Praxagoras.* nũ, hijs qui pulmonis ulcere afficiuntur initio helleborũ probat, atq; ſitim faciendam: tum reſumẽdos: non aduertens primo reſumptione, tunc helleboro utendum, quo poſſint eius laborẽ perferre ægrotantes. Ad ſummã, non reſumpto uiribus deficienti helleborum non conuenit. Reſumpto autem, uel fortificato excluſa phthiſica paſſione comprobatur, & propterea uſus hellebori recte prohibetur.

C hibetur. At Themison secundo libro Tardarum passionũ quædam recte, quædam caduca proteruitate composuit. Ex quibus est etiam pendentis thori gestatio, quo plurima parte diei ac noctis motu exerceantur ægrotantes, cum necessariò accessio uespertino tempore asperetur, atque luce surgente leuigetur: quo non solum laboriosus, uerum etiam intemporalis, & inordinatus motus ab eodem adhibitus approbatur. Etenim initio lucis, & dimissionis tempore nutriri cibo conuenit ægrotantes: Est etiam noxium allium, quod imperat dare: siquidem inflationem maximam faciat. Vnctio item ex feruentibus adhibita uirtutibus, quam circa uesperam probat adhibendam, cruribus atque brachijs contraria iudicatur: tunc enim febres ardescunt. Imperat præterea inter duos uel tres ægros lauandos, cum corpus elimatis uiribus debilitet lauacri frequentia, & sordidet atque humectet ulcera. Præterea herbum, dehinc intybum, & plantaginem, cum sit horum usus differentia temporum separatus: Herbum enim purgationis adhibetur causa: frigerantia uero cicatricis obducendæ. Item imperat ulcera facienda extrinsecus ijsdem quibus intus inesse senserimus, quod est pernitiosum: Putat enim auersione humoris facta ad exteriores partes altiora ulcera præsiccari: & propterea diutissime differendam sanitatem exteriorum ulcerum, donec illa clauduntur. Imponenda nanque ait emplastra, quæ humoris prouocant defluxionem: cum humoris defluxio iuxta sapientia placita nullius commodi teneat fidem: sic etiam plurima localia adiutoria adhibenda conscripsit, quæ tamen multo tempore magnificas ulcerationes, hoc est, quas nos extrinsecus infiximus, in cicatricem uenire cohibeant, impediens plurima quæ congrue adhiberi possunt, ut defricationes, dropaces, cucurbitæ, sinapismi, paropteses, & alia quæ cum uehementissime prosint, ulceratione cutis præfecta adhiberi non possint.

Themison. — *Allium inflat.* — *παρόπτησις.*

CAELII AVRELIANI SICCENSIS CHRONION LIBRI SECVNDI FINIS.

CAELII AVRELIANI SICCENSIS CHRONION

LIBER TERTIVS.

CVI HAEC INSVNT:

Secundo libro Tardarum passionũ, quo paralyticæ passionis, & canini raptus, & auriculæ doloris, atq; fluentis humoris, & apprehensionis sensus, quã Græci catalepsin appellãt, & uocis amputationis, & influxionis, quã catarrhon uocant, & tussiculæ, & sanguinis fluoris, & phthisicæ passionis tradidimus curationem: nunc cæterarum prosequimur ex ordine disciplinã.

DE SVSPIRIO, SIVE ANHELITV, QVEM GRAECI ASTHMA VOCANT. CAP: I.

B ANhelatio, siue suspirium ab accidenti nomen sumpsit. Vocatur præterea secundum aliquos spirationis difficultas, quã Græci dyspnœan uocãt, siue orthopnœan: siquidẽ sese præfocari sentiant cum iacuerint ægrotantes, atq; erecti facilius spirẽt. Itẽ, ut alij dicũt, cõtrario uocabulo suæ uirtutis nomẽ accepit: Nam cum sui ratione conuertat ac deprauet tanquã corrigat orthopnœa nuncupatur, quam nos spirandi dicere correctionem poterimus: Multa enim contrariæ interpretationis uocabulũ sumpserunt, ut fella, quæ Græci glycea uocant, uelut dulcia, cum sint amarissima. Grauat autẽ atq; premit hæc passio magis mulieribus uiros, & iuuenibus senes, atq; pueros, & durioribus natura corporibus teneriora, hyberno atq; nocte magis, quàm die uel æstate: in quibusdam ex initio generatur: in quibusdam perfectis irruit passionibus: Sed magis ex profundo frigore sequitur patiẽtes spirationis difficultas, & frequenter natura celerior magis quàm tarda. Item præfocationis sensus secundum thoracem, atque grauedo, & feruor igneus. Item enteron ad superiora conductio, & cum passio uehementescere cœperit, stridor atque sibilatio pectoris cum uocis debilitate. Tum extensio colli atque uultus cum rubore, & oculorum suspenso attentu, & iacẽdi potestas schemate supino, tussicula nunc arida, nunc uuida, cum sputis tenuibus & spumosis, aut crassis & uiscosis, & sudoribus, & colore morbido, atque pulsu humili. At si grauior impetus superpositionis fuerit, ora ægrotantiũ liuescunt: & quidẽ excluso per nares humore mucilento releuantur, atq; præfocationis carent metu: quod non aliter cedit, etiamsi super oculos lachrymarum fuerit fluor. Variantur autẽ tempora passionis superpositionibus & lenimentis, & nunc limpidis atq; syncenis, nunc

[Margin notes: δύσπνοια. ὀρθόπνοια. — Fella γλυκέα. — ἔντερα.]

ris, nunc sordidis, & passionis tractibus implicatis, ut etiam tunc leuis difficul-
C tas inspirationis inesse uideatur: quæ facile prodetur, si ægrotantes itinere ascensi
bili gradiātur, atq; ocyus pergant: uel indigestione, aut usu uenereo affecti, uel
frigore, atq; puluere, siue fumo grauentur. Differt autem hæc passio ā peripleu-
περιπλευμονία. monia, quod neque cum febribus necessariò fiat, & semper tarda esse uideatur.
Item secundum aliquos discernitur ab orthopnœa: siquidem hæc cum stridore
atq; præfocatione asperetur: Orthopnœa uero cum thoracis euersione atq; sin-
gultu, aliquando etiam cum sanguinis fluore. Item secundum aliquos magni-
tudine discernitur: Vehementem enim dicunt orthopnœan supradictis passio-
nibus. Sed est melius, ut uno atq; generali concursu passionum potentiam iudi
cemus, ut nunc uehementem passionē dicamus, & magis accessionis tempore,
nunc leniorē & magis dimissionis tēpore. Est autē passio stricturæ, quapropter
conuenit, ut mox corpus inuaserit, siue cum repetendo superpositionem aspera-
uerit, iacere ægrotantes altioribus stramentis, thorace atq; capite subleuato, lo-
co lucido atq; calido, mediocriter adhibita requie, & abstinentia cibi usque ad
tertium diem. Et si uires permiserint, pectus tegēdum lana, atq; fouendum oleo
dulci calido: adhibita quoq; articulorum blanda calidarū manuum fricatione, ut
etiam tenendo medeamur teporibus admotis tempore quo accessio uehemen-
tescit, & cucurbitæ lenissimis raptibus detrahendæ. At si præfocatio coēgerit,
& uires permiserint ægrotātis, adhibenda phlebotomia, & diatriti tempore un-
ctione antecedente sorbilis atq; calidus, & uarius in dimssione offerendus cibus,
D atq; alternis diebus, donec passio declinet. Sin uero imbecilles uiribus fuerint
ægrotantes, diurnis diebus dabimus cibum: sed ea die qua abstinere oportue-
rat, paruum: Ea uero qua dare licebat paulo, plurimum. Sin uero officium non
agnouerit, simplex clyster adhibendus, & ante cibum mulsæ ex melle despuma
to duo uel tres cyathi præbibendi. Tunc cataplasma laxatiuum, atq; cucurbita
cum scarificatione adhibenda thoraci, & in utrasq; scapulas, ac magis paulo in-
ferioribus locis, quo sine ulla quassatione partium eius raptus efficiatur. Tum
μάλαγμα uaporatio spongiarum, atq; cerotariū, & malagma quod diachylon appellant,
διάχυλον. uel mnaseum: Atq; ita lauacrum, & uinum, & uarius reddendus cibus. In leni-
μνάσειον. mento uero si corpus passio tardauerit, erit adhibēda resumptio, gestatione, uo
cis exercitio, deambulatione, unctione, fricatione, corporis retento spiritu: tum
lauacrum, atq; cibum ex pulmentis mediæ qualitatis: Dehinc ad recorporatiuā
curationem transeundum. Adhibenda drimyphagia, atque cæterarum transitus
mutationum, quas sæpe cyclos ordinantes docuimus. Tum etiam ex radicibus
uomitus, uel si passio coēgerit, etiam helleboro prouocatus. Iubemus præte-
rea acetum scilliticum ægrotantes ante cibum sorbere, uel cum aceto nitrum, si-
ue laser, aut hyssopi decoctionem cum fico contritum, uel nucleo pineo, quem
πίτυς. Græci pityda uocauerunt admixto mulso. Item abrotanum tritum cum sulphu
re, atq; aceto ex mulso confecto, uel urticæ semine, aut radicum, & horum simi
lium electariorum, ut est melli admixta resina terebinthina, aut cartamū, quod
nasturtium uocamus, aut sesamum, cum aloē, & amygdalis amaris. Aliquando
etiam pipere, uel oui uitello: Vel illud electarium quod diascylles appellamus,
cuius confectionem de Medicaminibus scribentes tradidimus. Tum etiam cu-
curbitæ recorporatiuæ adhibendæ thoraci, atq; interscapulo: Dehinc dropax, pa
roptesis, heliosis, sinapismū, acopa, recorporatiua malagmata, ut est diadaphni-
don, uel dialoē, uel diaeuphorbio: Dehinc nauigatio atq; peregrinatio terrena,
& potio theriacæ antidoti, & aquarum naturalium usus, quarū præstant in Ita-

lia co-

A lia cotyliæ appellatæ, ſiue albæ, uel nepeſine. Tum etiam cataclyſmus, hoc eſt, aquarum illiſio ſuperne, ĳſdem locis qui patiuntur: Vtilis deniq; maritima, & plurima mare tenus conuerſatio, atq; conſuetudo frigidi lauacri, quam pſichroluſian appellant. Aliqui autem aduerſarum ſectarũ principes etiam dauco cum aceto & melle ægros potauerunt, ſiue iri cum mulſo, & uentrem plurimũ deduxerunt, dando de diagridio, quod ſcammonian Græci appellant, obolos tres, cum duplici pondere aloës ſiue hieræ, quam catarticam uocant, uel ammoniaci ſalis obolum, ſiue opoponacis ſimile pondus, uel cneoron, aut polion herbã, uel peplion, aut calchanthũ, uel tapſian, aut aſininum lac, & caſtoreum, non ſolum lenimenti tempore, ſed etiam in augmento, ſiue ſuperpoſitione paſſionis. Aliĳ uero etiam urendum thoracem, uel caput crediderunt. Themiſon quoq; ſecundo libro Tardarum paſſionum in quibuſdam eiſdem compeccaſſe uidetur, cum plurimũ uentrem depurgandum credidit ex diagridio, atq; in ipſa acceſſione. Vtitur præterea conſtrictiuis, atq; hĳs acrioribus, & imperat dari tapſiæ ſuccum cum opoponace, aut ſagapeno, ex quibus ſtomachus neceſſariò uexatur. Hic deniq; erit memorandum, quia potis medicaminibus non ſine cautionibus utendum eſt, ut neq; eorum plurima ſatietate uexandi ægrotantes. Itẽ in impetu uel aſperitate paſſionis recorporatiua adiutoria prohibẽda: Erit enim cœnoteta conſideranda, qua facile medicamina qualitatis ratione accedente correctius approbamus.

Balnea in Italia.

κοινότης.

DE STOMACHICIS. CAP: II.

στομαχικοί.

A Parte corporis quæ patitur ſtomachica paſſio nomẽ accepit, ſed
B non omnis ſtomachi querela illico paſſio nuncupatur, niſi fuerit ex multorum concurſu ſignorum, & perſeuerãtia confecta, atq; corporibus tardans repetendo ſuperpoſitionibus lenimenta. Plurimi igitur ſingulatim ſpeciales curationes eius tradiderunt: Nunc de ſtomachi duritia dicentes, nunc de uentoſitate, de reumatiſmo, & debilitate, & horrore ciborũ, & faſtidio. Themiſon quoq; primo libro Tardarum paſſionum ſolutionem circa ſtomachũ, quam appellauit reumatiſmum, ſecundo libro uentoſitatẽ. Item Theſſalus ſecundo libro regulari curationem ſeparauit ſoluti ſtomachi atq; inflati. Nos uero communiter ſub una propoſitione de omnibus dicere curabimus, qua uentoſitatẽ uel ex tumore duritiam confectam ſtricturæ iungimus: Faſtidium uero, ſiue horrorem ciborum, & corruptionem ambiguã utriſq; principalibus paſſionibus ſubĳcientes. Antecedentes cauſæ quæ ſtomachi paſſionem faciunt, cæteris quoq; paſſionibus generandis communes eſſe probantur, ſed magis iſta iugis indigeſtio parit, ſiue poſt cibum gemitus, & perfrictio profunda: Item mœſtitudo & medicaminis inſueti potatio. Sequitur autem in paſſione conſtitutos acceſſionis tempore animi defectio, articulorum frigidus torpor, aut uariatus per membra acrior naturali feruor, qui magis medias teneat manus: tum roſcidus ſudor, & animi anguſtia, iactatio, anxietas, ſiue concatenatio mentis, & deſponſio, coloris mutatio, pulſus paruus, celer, imbecillus, corporis tabes, cibi faſtidiũ, uel maior ciborum appetitus: Tum corruptio acceptorũ cum acore in bromoſam uel fumoſam tranſeuntiũ qualitatem. Quibuſdam etiam uocis amputatio, & dentium confrictio, ſiue concubitus, inſeparabilis capitis grauedo, aurium tinnitus, & quibuſdam ſitis inſatiabilis: cum in acceſſu tumor maior fuerit excitatus, oris ſiccitas, & ſaltus ſub præcordiorũ partibus: Tum dolor in eadem par-

Themiſon.

ῥευματισμός.

te, aut etiam inter palas tenens, siue latius, cum se tumor uberior infuderit:
C
dehinc transuorãdi difficultas cum præfocabili sensu. Quo deniq; cõmoti quidam nostræ sectæ principes, Epistolarũ libris hoc accidentiæ genus stomaticam synanchen uocauerunt.
στοματικὴ συνάγχη.
Durescente autem stomacho sine ullo feruore atq; dolore, cætera communia signa sequentur: Tunc ligneus earundem partium sensus, & magis inter palas, si omnis aruerit stomachus: Sin uero in superioribus erit transuorandi difficultas, donec ad eius fundum accepta perueniant, aut si in eodem fundo, quem Græci basin appellant, fuerit durities, erit transuoratio facilis, sed post eius perfectionem grauatio sequetur, tum durities, atque extantia in interioribus præcordiorum.
βάσις.
Ac si uentositas fuerit stomachi, tensio sequetur inflatione cõiuncta: Tunc capitis plenitudo cum oppressis atq; iugibus ructationibus, testante grauedine, quæ magis accepto cibo sentiatur. Tum sonus in interioribus liquidorum tanquam semipleni folliculi, errante uento per inania: atque ita tensione laxata erunt ructatione releuandi: Et si etiam intestina fuerint conflata, rugitus interiorum sequetur, quem Græci borborigmon appellant.
βορβορυγμός.
Ac si solutio fuerit stomachi, quam reumatismum uocauerũt, sequitur saliuarũ fluor, & quibusdam iugis sputus, & oris humectatio nauseabilis, cum mordicatione interiorũ: Quibusdam plurimus uomitus crassioris, uel tenacis, aut fellei, & prasini humoris, uel alterius cuiuslibet substantiæ circa supradictos colores.
Solutio ἄδηλος.
Sin uero occulta fuerit solutio, quam Græci adelon appellant, aut immensa signa uideantur, quæ Græci logotheoreta uocauerunt, sequitur debilitas pulsus ægrotantis, & ueluti stomachi pendentis atq; trementis sensus, marcor ac defectio animi, quam Græci lipothymian uocant, quæ sumpto cibo temporaliter depellatur resumptione suffecta, nec tamen perseuerabili: Sed rursum in eandem relabẽt defectionem, in imagine ultimæ passionis.
λογοθεώρητα signa.
λιποθυμία.
D
Quo fit ut nisi quis celerius sumpserit cibum, summa defectione iactetur. Sic deniq; plurimi impausabiliter tota die atq; nocte cibum sumpsisse ueteribus traduntur: Nanque Asclepiades memorat Praxagoræ famulum ternos bilibres panes per singulos dies accepisse: quibus comestis non aliter passione afficeretur, quàm si nihil acciperet. Sed ab ista passione phagedæna discernitur: siquidem in ipsa non insumantur, uel digestioni tradantur accepta, sed grauatione sequente euomantur. Hæc sunt quæ stomachi reumatismo occurrunt: Sed circa regulam methodicam discernentes superpositionis tempore contrariarum adiutoria passionum stricturæ ac solutionis, quæ suis speciebus signis approbantur, in lenimento cõmuni sæpissime curatione utemur, quam recorporatiuam dicere poterimus, à Græcis metasyncriticam appellatam. Cum igitur primo stricturæ passio corpus inuaserit, atq; noua temporis causa fuerit ægrotantis, siue in superpositione constituta turbando, aut dolore, aut uentositate affecerit patientem, conuenit eum iacere loco lucido, atq; calido mediocriter, adhibito straminum, atq; operimentorum calidorum usu, & si uires permiserint, adiuncta abstinentia usq; ad tertiũ diem, & accessionis tempore omnifariam requiem: Tum articulorũ blanda cõuenit defricatio, cum quodam calidarum manuum amplexu, ut etiam tenendo medeamur. Dehinc uaporationes inter scapulas, siue palas adhibendæ: pectori quoq; saccelli calidi ex cantabro confecti, siue polline: nam Græci omphacomeli uocant, & harum similiũ materiarũ.
ὀμφακόμελι.
πτύγματα.
Conuenit etiam multiplicati linteaminis uaporatio, siue pannorum, uel plagellarum, quæ Græci ptygmata uocant, oleo tinctarũ, cucurbitæ igni externo uaporatæ, atq; leniter appositæ iugi atq; frequẽti mutatione. Aliquando etiam testea uascula, quæ Græci amphoras uocant, si

A ue uitrea: Tum fomẽtatio studiosa ac iugis, ex oleo calido atq; dulci, uel in quo maluæ agrestis radices decoctæ sunt: si singultus fuerit, sicyonio: si inflatio, ruta uel anetho. Ac si uocis fuerit amputatio, in accessionis affectu decũbẽtibus erũt spongijs aqua calida expressis ora uaporanda, & distinctio dentium facienda digitis immissis, quibus lenius gingiuas deprimamus. Tum capitis fomẽtatio, & resumptionum moderamenta adhibenda, ut panis calidus, uel cucumis, aut melo, uel terræ gleba aqua calida infusa, & oris collutio ex aqua calida, & accessione uergente parua potatio: ac si in uehementiam passio uenerit, adhibenda phlebotomia: Qua perfecta si tertia fuerit dies, quam Græci diatriton uocant, erit ægrotans unctione curandus, calido scilicet ac dulci oleo: tunc oris adhibẽda collutio: cibus offerendus paruus, leuis, calidus, sumptione facilis, ut sorbile quidquam ex pane atq; melle, & sale, & anetho confectum, siue pulticula molli, uelut ex pane, aut alica, & oua sorbilia: Tum alternis diebus permittentibus uiribus æger nutriẽdus, donec passio declinet. Potus præterea dandus est plurimus, sed neq; maioribus haustibus hauriẽdus, neq; coadceruatim atq; eodem tempore, quo potius ignotos impleri, quàm relaxari faciamus. Hijs autẽ partibus quæ fuerint in tensione constitutæ, cataplasmata conueniunt laxatiua, ut est præ cæteris ex fœnigræci pollinibus, & semine maluæ, ex solo melle, & paruo oleo admixto confectum, quod plurimo tempore corporis possit sine ulla grauatione immorari: Tunc cucurbita adiuncta scarificatione, siue hirudinũ appositio, quas uulgo sanguisugas appellant: Deinde cataplasma, & uaporatio spõgiarum expressarum liquoribus sæpe memoratis. Declinante passione si ulla durities fuerit consecuta, erunt cataplasmata apponenda, ut nuper docuimus, admixta resina, siue in olei uicem liquida pice, uel ex radice hibisci, & adipe porcino, recenti

B primo, tum ueterato cõfecta, siue ex hordei pollinibus, aut lolij semine, & arido fico & hibisco: Tum etiam ex oleo calido embasis, siue ex uarietate eiusdem per diuersa uirtutis fœnogræci decoctione, uel radicis maluarũ, aut lini semine. Dehinc cibus uarius dandus, sed qui nullam faciat inflationem, neq; digestione tardius approbetur, sed omni facilitate conueniens, ut cerebrum porcinum, pisces teneri, atq; olera quæ uentrem mollire ualeant: Tum lauacra cõuenit adhibere, atq; uino ægrotantem resumere leni. Vtendum etiam malagmate quod diachylon appellamus, siue mnaseum, uel diamelilotum. Et si uentositate fuerit stomachus affectus, adhibendum diasamsucũ, siue diaspermaton: quorum compositiones de medicaminibus Respõsionũ tradidimus libris. Si reumatismus fuerit, quem nihil aliud quàm solutionem accipimus, conuenit ægrotantẽ iacere loco mediocriter frigido, supino schemate, attritis ac teneribus stramẽtis utentẽ, adhibita requie & abstinentia, sicut superius diximus, permittentibus uiribus, tum tenacior ligatio articulorum, uel si causa coẽgerit, constrictio facienda apposita cucurbita stomacho, plurima flamma subiecta: dehinc solutione cogentes spongia frigida: atq; odorameta quæ percutere minus ualeant caput, ut exhalatione sui frigus ingerant ægrotanti, ut mala cydonia, pira, sorba, mala punica, murta, lentiscum, rosa, uel pulentum infusum, & hijs similia, oris collutio ex aqua frigida siue pusca. Ac si plurimus fuerit saliuarũ fluor, expuere iubemus ægrotantem: Siquidem retentus stomachum soluat: trãsuoratus autem humectet atque obducat, & propterea geminet solutionem. Sed hoc conuenit facere urgenti tempore, ne meditatio potius expuendi fiat, atque exinde prouocatio fluoris augeatur. Perseuerante passione gargarismata sunt adhibenda ex supradictis, uel ex aliquo succo ad fluorem sanguinis præscripto, qui ualeat frigore, atq; pro

[margin: ἐμβάσεις.]

pria uirtute mederi, uel si res coegerint, ex ijsdem spongiæ expressæ, sicut in alijs
C docuimus, gutturi admouendæ, siue pectori, & interscapulo. Lenius autem atque
idem faciunt ptygmata ex supradictis expressa liquoribus: Constringunt enim
saliuarum fluorem, & nauseam releuant, quod non minus etiam masticata co-
nyza, atque exputa, siue mastiche contrita, & lactucæ albæ semen facere ualent.
Possunt etiam poto dari ea quæ congrue medeantur, ut duobus aquæ frigidæ
cyathis seminis aspergantur cochlearia duo, siue mastichis cochleare unum, uel
plantaginis, siue mali punici dulcis, uel acidi succus, cum particula menthæ par-
uissima, uel cucumeris semine contrito. Dandum quoque medicamen confe-
ctum, quod dioporon appellamus: Item diomoron, siue diaroos, & hijs similia:
quorum compositionem Medicaminū docuimus libris. Cauendæ præterea hor
rentium materiarum fabulæ, quæ quadam commemoratione uomitum com-
mouere uideantur, utendum cataplasmatibus, quæ nuper de fluore sanguinis
scribentes docuimus: & diatriti tepore adhibenda perunctio ex oleo Hispano,
siue lentiscino, uel murtino, qua præcuratus ægrotans, ora fouenda aqua frigi-
da, uel spongijs ex ea expressis detergi: Tunc cibo reficiendi constrictiuo, sicut
de fluore sanguinis conscripsimus: atque ita parua interposita dilatione frigidæ
parum aquæ paulatim bibat. Quod si quisquam non ualuerit sustinere, calidā
dabimus, ut nimio feruore constringat: Imitatione enim uelut usturæ partium
perficit densitatem. Ac si cibum sibi in stomacho natare senserint ægrotantes,
conuenit articulorum impressam ligationē facere, ita ut in aquam feruentē ma
nus ægrotantium mittere, uel si maiora cogunt, etiam constrictiuam adhibere
cucurbitam: & primo ori uentris, dehinc inter scapulas, siue palas, quod meta-
D phrenon Græci uocant: Et aliquando tertiam inferius à prima conuenit adhi-
μετάφρενον. bere. Ac si cibus fuerit reiectus, secundo nutriendi sunt ægrotantes: & si permi
serit ut diatriti rigorem seruemus, erit alternis plurimis paruus cibus offerēdus,
quo quidem diurnis diebus, sed non simili modo ægri nutriri uidentur. Sin ue
ro stomacho collectus humoris fluor mordicationē fecerit, ilico excludendus
si plurimum superare fuerit uisus: non quidem digitis immissis, quo uomitum
prouocemus, ne magis influant acriora, & ex partibus sanis, uel quæ passione
contaminatæ non fuerint patientibus aduenire liquida faciamus: quippe cum
consuetudo sæpissime transeat in naturam. Ac si plurimum edax fuerit humor,
nec tamen ita superfluus, ut ex sua sponte per uomitum excludi uideatur, ob fa
cultatem reijciendi, quo minus euersio fiat stomachi, dabimus potum: & perse
uerante solutione, cataplasmatum, siue medicaminum uirtutes augemus. Tum
ὄρεξις. si orexis, siue appetitio cibi fuerit impedita, dabimus ea quæ naturam ualeant
Appetitio. excitare, ut intybi thirsum, uel lactucæ, & magis albæ, atque aceto tinctæ: Tunc
albas oliuas, & panem pusca infusum, cum paruo pulegio, & sale, & Hispa-
no oleo. Item pultem ex pane, uel tragoptisana, atque pusca, & oleo, & sale par-
uo confectam, & anetho, uel porro capitato, uel tragoptisana, quæ ex lenticu-
la atque alica conficitur: sed erit assanda lenticula. Tunc immittenda mala cy-
donia, uel orbiculata, siue scaudiana, ut plerique uocant, uel mala pira, aut sorba,
Pira crustumina, uel duracina. aut pira duracina, quæ crustumina uocant, uel folia plantaginis mollia, aut inty
bi. Aspergenda etiam alicæ siue oryzæ grana mali punici, uel uuæ fabriles: de-
hinc etiam uina quædam infundenda, ut murtinum, malinum, uel ex malo pu
nico confectum, aut hydromel inueteratū, uel quod melimelon appellant, aut
hydromelon. Danda etiam damascena, & malum assum uel elixum, uel quid-
quam ex supradictis. Sic etiam uolantum, quæ nulla pinguedine accipientem

grauent,

A grauent, ut passerum pectora, uel perdicum, aut attagenarum: Tunc etiam quadrupedum leuia, deinde porcina crura. Item maritima, quæ non sint contraria solutioni, ut squillæ, mulli, carabi, bucini, spondylia, conchylia. Ac si cibus in acorem transierit, iisdem erit perseuerandum, atque eodem potu, cui erunt aspergendæ coriandri seminis drachmæ duæ: Tunc etiam asperiori uino utendum, quod Græci hypausteron uocant. Perseuerante fluore, erit etiam trochiscis utendum, quos hæmoptycis, & cœliacis potandos scripsimus. Lauacrũ interea tardius ac serius ordinandum, & multo atque longo tempore prohibendi ægrotantes bibere priusquam cibum sumpserint, nisi aliqua forte maior necessitas intolerandæ sitis occurrerit: Erunt nanque dandi cogentibus rebus ex uino asperiore aqua commixti duo uel tres cyathi. Sed si forte complexionis passionum aliqua fuerint signa perspecta, erunt urgentiora coniicienda, quibus ordo magis seruiat curationum. Plurimi uero medici stomachicos putant eos qui duritia laborauerunt, & singultu, castoreum ex aqua mulsa solutum quantitate pleni cochlearis tribus cyathis aquæ miscentes. Eos autem qui fluore stomachi, hoc est reumatismo laborauerint, aquam potant, miscentes aloës cochlearis pleni quantitatem, uel infusione, uel decoctione, aut succo. Sed erit præcauenda medicaminum dandorum satietas, ac magis inlocandæ qualitatis, quam non solum ægre perferant ægrotantes, uerum etiam officio appetendi cibi deserantur, & propterea passionis augeatur pernities. Hæc etiam de illo potando medicamine, siue antidoto, quod hieran appellant dixerimus. Facienda etiam laboriosa, atque dolore grauissima ignis ustura: Sed in lenimento oportebat ægrotantium fortificare corpora, atque resumere uaria gestatione, & pro
B modo uirium sub diuo deambulationes adhibere, siue lectionis exercitium, si fuerit literatus ægrotans, uel ut communiter dixerim, uocis: tum unctionem ac defricationem, & eos motus qui magis humeros ualeant exercere retento spiritu, & nunc palæstra corpus agitare, tum lauacro rarissimo, in hijs qui fluore uexantur stomachi: iugi autem ac frequenti in hijs qui strictura laborare uidentur. Vinum uero, atque uarium cibum constrictiuum prioribus, laxatiuum sequentibus ordinamus, ut pisces teneros, echinos, ostrea, & olera mollia, accedente regula methodicæ disciplinæ, minuendæ augendæq; quantitatis. Dehinc adhibenda recorporatio, quam Græci metasyncriticam uocant, ex acriori cibo, quem Græci drimyphagian appellant, ex aqua capparis confecto, & aceto, & sale, & cepe: sed ex depositis, quæ temporis requie accepto marcore inflabilis uirtutis careant qualitate. Dandæ etiam rapæ sinapi madidatæ, atque salsum ex aceto & oleo conditum: uel aceto, & mulso, & sinapi: aut mulso ex uino confecto: quæ quidem erunt uarianda. Admiscendum etiam piper pro ratione uirium, atque passionis magnitudine, ut nunc uno, nunc duobus, nunc tribus acribus pulmentis utamur. Conuenit etiam sicca fricatio cum aspergine corporea facta. Tunc frigidi consuetudo lauacri, quam psichrolusiam appellant, & cibi sicciores magis in hijs qui fluore, hoc est reumatismo laborauerunt: Tum rubor cutis faciendus inter scapulas, & in thorace usque ad uentrem, nunc ex feruentis resinæ lenimento, nunc ex picis, nunc ex dropacis, primo communis ac lenioris, deinde compositi ac uehementioris: atque ita nitri fricamento utendum, & sole torrendum corpus, quod Græci heliosin appellant: aut paroptesis adhibenda ex carbonibus, uel parietibus ignitis, & ceromate: Aliquando etiam ex fico calefacto: tunc defricatio ex nitro, atque oleo,

Vinum ὑπαυστηρόν.

Antidotum ἱερά.

ψυχρολουσία.

C & adarce. Adhibenda quoque acopa ex euphorbio, & diagridio, & piretro,
ἀδάρκης. & pipere, & ſinapi, uel ſucco ferulaginis, quem Græci tapſian uocant: ungen
ἄκοπα. da corpora, uel admixta cera imponenda, donec ſufficienter inflari ui medicami-
nis partes uideantur. Conuenit etiam uomitus arte affectatus, quo corpora diſ-
ſecentur: & primo ex aqua mulſa, uel ex aceto ſquillitico melli admixto ſingu-
lari, uel adiuncto ſemine erucæ, aut cardami, aut urticæ, aut ſinapi, aut ſalſamen-
ti multi ex aceto & melle: tum etiã ex radicibus: ultimo quoq; helleboro len-
ticulæ admixto, uel oryzæ, in hijs qui reumatiſmo fuerint affecti: cum ſorbili-
πταρμικά. bus uero ſuccis qui ſtrictura. Adhibẽda etiam ptarmica, quibus ſtomachus cõ-
ῥινέγχυτον. motione capitis contremiſcat. Item ſorbendus, aut infundendus rhinenchyto
ferramento naribus ſuccus cyclaminis, aut erucæ, aut anagallidis herbæ: garga-
rizandum ſinapi ex aceto & melle decoctio thymi, aut origani, uel pulegij, aut
hyſſopi, aut ſquillæ ſuccus cum aqua mulſa, & cætera ſimilia eius generis quæ
fuerint, & magis cum initia atque ſummitas ſtomachi calloſa uidebuntur, uehe-
mentiore modo curationis indigentia. Tunc etiam adhibemus quædam acrio-
ra, uel horum exhalatione ægrotantes hauſtu ſuo hortabimur adducto ſpiri-
tu recipere, quo etiam altiora agitatione medicaminis demutentur. Sumpto
igitur fictili uaſculo immittimis puſcam: tum admixto nitro, origano, carda-
momo, maſtiche chia, carbonibus ſubiectis decoquimus. Sed erit primo os
uaſculi prægypſandum, immiſſo utraq; ex parte forato, cuius ſummitatibus oui
uacuati imponimus teſtam, ex utroq; ſuo uertice perforatã: cuius altera cauerna
calamo inſeratur, altera uaporem fumet acceptum: Tum ægrotantẽ iubemus
D ore aperto ſupradictam cauernam labijs amplecti, ſiue oui, ut ſupradiximus, uer-
ticem, atque ita eius exhalationem excipere: cuius quidem feruor erit moderan-
dus, ne nimietate partes exurat. Atq; ita ſi plurima & perſeuerans mordicatio
affecerit ægrotantem, erit mitiganda ſimplicibus gargariſmatibus, ut aqua cali-
da, & oleo, ſiue lacte, aut decoctione cantabri, aut ſucco ptiſanæ, uel noxarum
decoctione, aut amyli cum aqua. Oportet præterea etiam partibus in paſſione
Medicamen conſtitutis apponere medicamen, quod polyarchion appellamus, uel diadaph
polyarchion. nion, & horum ſimilium, quorum compoſitionem Medicaminum tradidimus
Diadaphnion. libris. Dandum quoq; medicamen theriacum bibendum, quod diechydnon ap-
Diechidnon. pellamus: cuius quoq; compoſitionem Reſponſionum dedimus libris. Tunc
κατακλυσμός. ægrotantes maritima natatione exercendi, atque catacliſmo curandi, hoc eſt a-
quarum illiſione, ſuppoſitis partibus patientibus. Animo præterea ſecuro atq;
facili eſſe conuenit curandos, & aquarũ naturaliũ uſum adhibere, ut ſunt in Ita
Balnea in Ita- lia quæ Cotyliæ ſunt appellatæ, & Nepeſinæ: lauacro atq; potu aptiſſimo uten
lia. dum, adhibita aëris mutatione longa, terrena, maritima, exercitationibus uarijs
palæſtrarũ adhibito præceptore utendum, atque ita iiſdem reſumptionibus cor-
pus conuenit recurare: Sic enim perſeueratione & uentoſitas excludetur ſto-
machi, & aliæ quoque ſupradictæ paſſiones depelluntur.

φαγέδαινα.

DE PHAGEDAENA. CAP: III.

ESt etiam phagedæna ex ſtomachi paſſionibus, qua affecto ſe-
ὄρεξις. quetur cibi uehemẽs appetentia, quã Græci orexin appellant,
& coadceruati accipiendi cupiditas, & immaſticata tranſuora-
tio: Tunc grauedo atque tenſio, & propterea uomitus, quem
ſibi coacti atque oppreſſi prouocent ægrotantes, corporis ma-
cies, pallor. Aliquando etiam uultus inflatio, oris pedor: qui-
buſdam

A busdam etiam gingiuarum putredo, cum scabro dentium detrimento tritus, uisus obtusio, sed passioni genus philonij in problematicis non daturos nos iterum pollicemur: Interposito enim tempore digestionis rapiuntur accepta, atq; repletis uijs, quos Græci poros appellant, obtunditur appetitus. Erit præterea curandum, tempore quo cibamus ea ministrare quæ parum nutriant, sed quanta ui queant appetentiam obtundant, ut sunt olera quæ non relaxent, ne uomitum moueant, sed constringant potius: Sic enim sui quantitate famem sentiunt, atque uirtutem propria digestione non grauando perficiunt. Bibere autem non prius quàm solidus sumitur cibus, hijs qui fame urgentur utilissimum iudicamus: Siquidem potu impleti minus solidos appetunt cibos: phagedænicis uero hoc conuenire negamus: humectatus etenim stomachus in uomitum facile prouocatur, & liquefactus atque supernatans cibus facilius nauseam prouocat ægrotanti. Erit igitur sensim uomitus differendus, atque eius consuetudo mutanda, ut interpositis diebus parum demus aliquando cibum, & appositione cucurbitarum eius adiuuemus descensum, qui solitis suis insertus teneatur. Alia uero uomitum permittamus, ac deinde paucis interpositis diebus prohibeamus, uel iterum adhibeamus, sed in adiutorij uicem, hoc est ex radicibus: Tum etiam ex helleboro, quo regulæ curationis adiutoria localia concurrant recorporatiua uirtute medentia, & partes ad fortitudinem naturalem ducant: Quorum usu ex supradictis, atque in alijs passionibus ordinatis accipiendum ducimus.

πόροι. φαγεδαινικοί.

DE IECOROSIS, QVOS GRAECI EPATICOS uocant, & lienosis, quos splenicos dicunt.

CAPVT IIII.

Iecorosi. ἡπατικοί. Lienosi. σπληνικοί, καὶ σπληνητικοί.

B VTraque passio à locis patientibus nomen accepit: Siquidem sit in iecore, uel in liene constituta, tumore scilicet effecta siue collectione, uel duritia atque saxitate, quam schirrhosin uocant. Sed de tumoribus libris febrium docuimus. De collectionibus uero, siue uomicis specialiter docemus. De duritia uero aut saxitate, quæ cedente tumore efficiuntur, nunc prosequemur: Sequentur enim quædam communia iecorosis atque lienosis, quædam specialiter propria, sed communia, grauedo, spirationis difficultas, & magis in itinere ambulationibus cliuosis. Tum piger motus, atque anhelatio, & sitis, & oris siccitas, coloris mutatio, pedum inflatio. Aliquando etiam febricula latens, & hydropismi suffusio, cum continua cibi corruptione. Propria autem, uel specialia iecorosos hæc sequentur, extans durities, siue scirrhosis in dextera parte præcordiorum, schemate rotundo costis ex aliqua parte subiecta, & propterea ueluti decisa. Ex alia uero parte circumscripta atque rotunditate terminata, color sæpissime æruginosus, siue arquati similis, quem Græci icteron appellant, urina turbata, uelut sandarachæ colore. Et accessionis tempore dolor tendens usq; ad dexterum iugulum, atq; palam, & difficilis supra latus sinistrũ iacendi copia: Siquidem adducãtur dexteræ partes suo pondere pẽdentes, & propterea grauedine, atq; doloris punctione ægrotãtes afficiãt. Tum fellosa stercorũ egestio. Lienosis uero extans duritia, atq; saxea sub sinistra parte pæcordiorũ inuenitur schemate longo porrecta, & ueluti pectus in

σκίῤῥωσις. ἴκτερος.

C uadens, uel umbilici sæpissime transgrediens finem, atque latitudine superans, nunc minime, nunc uehementer, ut omnia conata uideantur, & inspicientes περιτόναιον. eo falluntur, ut membranam tumere, siue extare putent, quam Græci perito/neon uocant, colorem plumbeum, atque accessionis tempore dolor tendens ad iugulum sinistrum, & palam, & difficilis supra dextrum latus iacendi copia. Memorant plerique etiam multitudine pediculorũ ægrotantes affici, & grauiore per somnum sudore, attestante ueretri in officiũ uentris erectione, & assidue è naribus sanguinis fluore: Præterea oris fœtor ægrotantes afficit, cum gingiuarum putrefactione & defluxione. Sectarum principes meminerunt tenuari etiam cutem uentris, & uenas nigras apparere, atque crassiores, & in cruribus ulcera difficile in cicatricem, uel indecenter uenientia. In hijs igitur communiter oportet superpositionum tempore tanquam in tumore curando calidum iacẽtibus prouidere locum: Tum fomentis & cataplasmatibus, & cibis laxatiuis uti tempore, quo sæpissime docuimus, sed tenuibus ac sorbilibus: Tunc cucurbitæ atque scarificationes, & sanguisugarum conuenit appositio, quas hirudines appellant, & uaporationes: Ac si uehemens fuerit, adhibenda phlebotomia hijs omnibus anteposita: Tunc clyster, si uenter officium non agnouerit, sed ex decoctione fici singularis, impressi patientibus locis: flectetur enim & exercitio quodã durities resoluet. Conueniũt etiã freqũetes cyclorũ mutationes: denique inter paucos dies adhibenda drimyphagia: tum radicum uomitus cum aceto squillitico, uel certe helleboro erunt disijciendi: Tum alia mutatione resumẽdi ægrotantes, adhibito usu aquarum naturalium, atque natatione maritima, & uaporatione locorum natura spirantium, quo etiam sudores moueantur, non ob uiriũ

D fatigationem, sed quo possit calida spiratione ac naturali corporatio fieri patientium partiũ. Conuenit præterea etiam in littore sicco ex harena sole ignita paroptesis. Tunc malagmata quæ corpus ualeant papulare: & primo leuiora, ut est polyarthion, ex caphiso fonte & salibus confectum, quod diahalos appellant.

παρώπτησις.

διαρητισμός. Item ex tribus resinis, quod diaretismum uocant: Tum etiam, ut est quod appellant diamyrepsicen balanum. Item diaoriganum, & diacardamum, uel diatapsias, & diasbestum: Quorum omnium compositiones Responsionum libris explicauimus. Sed hijs quæ sunt uehementia, ut est diatapsias, ita erit utendum, tanquam sinapismo uti solemus. Hæc est secundum nos curatio eorũ qui duritiam, siue scirrhosin in iecore uel in liene habuerint. Apud ueteres autem medicos plura, atque dissonans & turbulenta curationis ordinatio inuenitur:

διαμυρεψικὸς βάλανος. διάσβεστον.

Apollonius Citiensis. Alij enim phlebotomiam recusarunt in lienicis, ut Apollonius Citiensis: alij probauerunt. Atque horum alij ex dextro brachio iecorosos, & ex sinistro lienosos phlebotomandos dicunt: alij ex talo eius partis quæ patitur: alij ex medio digitorum omnifariam uarijs extimationibus tentati: Sumit enim atque deposcit ex hijs partibus, quæ facile diuidi possint, phlebotomiam faciendam, hoc est brachiorum uenis, nisi forte ipsæ tumuerint, & ob hoc oporteat longe à patientibus partibus phlebotomiam adhibere, quod iniuria lateat adiutorij. Item alij de ustionibus adhibendis certauerunt, & quidam solis aiunt lienosis conuenire: quidam autem iecorosos ex medicaminibus scaroticis adhibitis, siue cauteribus, & horum alij urenda, alij superurenda probauerunt, atque altius in lienicis cauteres infigendos: Quorum quidam simplices, quidam trisulcos, quidam serratos approbant frigidos: Tum ustionis ulcera humectantes, atque in fluore humoris longo tempore prouocantes scyrrhosin deflu

Medicamina scarotica. καυτῆρες.

xionibus

A xionibus auferendam crediderunt, ex quibus tumores atque indignationes & cõ
sensus cum uehementibus febribus necessariò sequentur: siquidem peritoneos
membrana, quæ est natura neruosa, ignis ustione uexetur. Fiet etiã secundo im
possibile plurimis atque uehementibus adiutorijs uti medicantem, ut sinapismo,
cucurbitis rapidis, forti raptura motis fricationibus, dropace, & hijs similibus,
cum cicatrices cæcitate uiæ, & hebetudine torpentes, tanquã mortuæ uim nullã
medicaminũ accipiunt. Diuiserunt præterea plerique etiam curationis officium,
ut alia iecorosis, alia lienosis conuenire probarunt. Hinc denique quasdam lieni-
cas uocauerunt: Iecori etenim cataplasmata aiunt adhibenda ex abrotano & se-
samo. Item bibenda medicamina, ut theriacam, quam dioscoridian uocauerũt,
diapatorion, uel diapyrion. Itẽ anodyna, quæ nos indoloria dicere poterimus, ἀνώδυνα.
ut ea quæ scribũt diadion, pipereon, & lexypyreton, & chamæpityn, uel uiridis *indoloria.*
pini decoctionẽ singulatim, uel cum melle. Item urinalia medicamina quæ diu-
retica uocant, ut est mulsum cum dauci decoctione, uel fœniculi radices, aut pe-
troselini, aut absinthij, aut mali cydonij cum œnanthe. Vtuntur etiam oleri-
bus, ut lactucæ coctæ uel incoctæ, asparago, radicibus olusatri. Ventrem quo-
que deducentes antidoto quod hieran uocauerũt. In lienicis uero epithema aiũt
specialiter conuenire ex cappare & myrobalano & aceto, sale admixto, quod
oxyalmon uocauerunt, & herba cui nomen asplenos. Dant etiam bibendam a- ὀξύαλμον.
quam. Dicunt specialiter lienem deducere, uel defluxionẽ purgare, ex quibus ἄσπληνον.
est ad nutriẽdum noxiæ cuticulæ, & aquæ ex lacu, in quo sæpissime candens fer
rum fabricatores tingũt: de qua iubent dari cyathos tres, cum aceti cyatho uno.
B Item polion herbam, aut tormini semen in cotylæ quantitatẽ, aut capparis radi-
cem cum squillæ drachma dimidia, aut chamædryos, uel herpilli acetabulum, ex
aceto mulso cyathis tribus, uel hipposelini semen cotylas duas, cum uini cyathis
tribus: ant libanotida herbam, quam nos rosmarinũ uocamus, cum fœniculi se-
mine in cotylæ quantitate ex uino mixto. Item ammoniaci guttæ drachmã unã,
cum mulso ex aceto confecto cyathis tribus, uel tamarisci ligno. Item cibũ uel
potũ sumere iubent ægrotantes in uasculis tamarisci ligno confectis. Quidam
etiã decidendum, uel auferendum lienem ordinare ausi sunt: quod quidem uo
ce dictum, nõ officio completum accipimus. Sequentibus autẽ atque diuersis sese
implicantibus potionibus, medicaminũ uariorũ stomachum uexant, uesicã cõ
mouent, atque totũ corpus cõmuniter in cachexiam mittunt, nescij quod quædã
ob acrimoniã propriæ uirtutis, laceratione quadam cõmuni potentia medeãtur,
& nos per quasdam inerrabiles proprietates, & neque alia iecoris, alia uenis esse
medicamina, recte senserint: omnia etenim omniũ corporis partium sunt cõmu
nia, quando simili fuerint affectæ passione. Regulantur enim siue dirigũtur eo-
rum uirtutes, non natura patientis loci genere passionis extenta atque indulta pro
modo morborũ, hoc est peccantiũ iudiciũ, sed eorũ causa, qui rerũ magis histo
rias amant. Cætera quoque à quibusdam probata, breui atque concinna oratione
subijciam. Diocles igitur libro quo de passionibus atque causis, & curationi- *Diocles.*
bus scripsit, phlebotomat iecorosos, & dextero brachio: Tunc uentrem resoluit
helleboro nigro, atque papaueris succo. Dat etiam cum mulso rosmarinũ, quem
Græci libanotida uocant, & murrã, & pini folia. Adhibenda quoque cataplasma- λιβανωτίς.
ta ex phœnicobalanis cum uino atque lini semine, & sesamo, & pollinibus, quos φοινικοβάλανοι.
omphacomeli appellant. Dat præterea aquam bibendã, in qua sit cantabrũ præ ὀμφακόμελι.
lotum, & ptisana ex tritico: Quæ omnia sunt inflantia, atque stomachi uexatiua,
& digestione difficilia. Lienosos uero, quorũ gingiuæ sudauerint sanguinem,
phlebotomat

C phlebotomat: Et similiter uexat medicaminibus fellíducis, quæ cholagoga uocant, atq; urinalibus, quæ diuretica appellant. Item Praxagoras primo libro Curationum iecorosis adhibet uomitum, & uentriflua medicamina, & sudorem mouentia, & urinalia, & phlebotomiam, atq; fricationem. Vtitur etiam uino nõ aquato, & ustione cauteriũ, & hijs similibus: Lienicos uero phlebotomat & cataplasmatibus curat, utens digestibilibus cibis, & uino potat redolenti, & aceto, adhibita fricatione atq; unctione, & lauacro. Dat præterea bibendam mulsam aceto admixto, daucio, aut hyssopo, uel thymo, aut capparis radice, uel folijs, aut semine, aut ætheriæ herbæ semine, quam eryngion appellant, aut chamæleæ, uel chamæpitys, aut absinthij, aut marrubij: adhibens etiam uomitum. Erasistratus autem in iecorosis præcidens superpositas iecoris cutes atq; membranã, utitur medicaminibus quæ ipsum iecur late amplectantur: Tunc uentrem deducit audaciter partem patientẽ nudans. Item aliqui Asclepiadis sectatores gestationes & lauacra, & uaporationes cataplasmatum, atq; malagmatum excluserunt in iecorosis, suspicantes tenuissimorũ corpusculorum fore consensum, hoc est spiritus, quem leptomerian eorum Princeps appellauit, atq; in egestorum constrictione falsitate causarum adiutoria magna recusantes. Themison uero secundo libro Tardarum passionum plurima in hijs methodico rigore ordinauit, sed proterua atque caduca intentione, etiam ex talo eiusdem partis phlebotomari iubet ægrotantes, atq; alternis uel interpositis duobus diebus sanguinis interea fieri detractionem: Vulnerandam quoq; iecoris partem ex superficie medicamine uel cauteribus existimat: & concedit esse quædam propria lienis adiutoria, ob eius firmitatem, hoc est, quæ fuerint uehemẽtia, ut cataplasmata, uel ustiones, eo concedens, ut etiam ipsum quoq; lienem igneo cautere transpungendum probet tribus uel quatuor locis, non aduertens, quia pro magnitudine passionis ac uirium corporis extenduntur, atq; indulgentur adiutoria, & non pro specie patientis partis: Siquidem quædam quæ natura difficilem habuerint sensum, & propterea nõ facile tactum accipiant, morbo tentata sensibiliora cæteris fiant, ut est plantæ cauum, quod tumore dolidum, atq; omnino sensibile & attentum fiet: Atq; rursum ea quæ natura facile sentiunt, difficilioris sensus passionis efficiuntur causa. Quo fiet ut sit iuxta regulam methodicam explosum, ut qui intentione cœnotetarum ducitur, corporis facilé ne aut difficile sentiant curent, sicut latius de cœnotetis scribentes docebimus. Thessalus uero secundo Regulari libro omni ex parte immutatam, atq; eandem iecorosis & lienosis formã tradidit curationis. Sed quia plurimæ atq; uariæ hijs uisceribus irruũt speciales passiones, ut arquatus, siue aurigo, quam Græci icteron uocant, & cachexia, uel atrophia, atq; hydrops, de hijs nunc ordinare curabimus.

[Margin: χολαγωγὰ. felliduca. — Praxagoras. — Erasistratus. — Asclepiades. — λεπτομερία. — D — κοινότητες.]

DE AVRIGINE SIVE ARQVATO MORBO, quem uulgo morbum regium uocant, Græci icteron appellant. CAP. V.

[Margin: ἴκτερος.]

PAssio uocabulum sumpsit secundum Græcos ab animalis nomine, quod sit coloris fellei. Fit autem ex antecedenti iugi indigestione, uel medicaminibus uentrifluis potu datis, atque permanentibus, & minime exclusis. Sequitur in passione constitutis mutatio coloris in fellis qualitatem, quæ primo appareat, ac magis uideatur in albidis partibus oculorum, atque plantarum talis, uel uenis quæ sub lingua sunt. Ventris quoque abstinentia, uel egestio

A uel egestio albida atque argillosa. Vrina etiam crassior & crocea, oris amarior sitis, cibi fastidium, grauedo, & piger atque segnis uisus, insolitus motus, animi difficultas, pruritus & ariditas corporis, & ueluti ex ustione solis aspera cutis superficies. Sæpe etiam iecoris tumentis inflatio, siue saxea durities. Difficile autē ac rarissime splenis, uel stomachi consensus etiam: Ex hijs enim plerisque uisum & istam fieri passionem, quæ sit quidem facile sanabilis, cæterum neque ita felleū faciat corpus. Fit præterea nunc cum febribus, nunc sine febribus, & nunc celeriter circunscripta, nunc corporibus intardans, & propterea chronia appellata. Conuenit igitur cum primum corpus inuaserit siue tardauerit, & in superpositionem ueniens fuerit apprehensa, eam adhibere curationē, quam de tumoribus in corporibus in torpore constitutis sæpe memorauimus. Denique si uehemens fuerit, etiam phlebotomiæ usus nō reprobatur. In lenimēto uero, corporis exercitio, atque cibis digestibilibus resumēdos ducimus ægrotantes: Tum ad recorporatiuam uenimus curationē, prouidentes ut adiutorijs localibus, si qua durities in uisceribus fuerit, hoc est, in iecore, uel stomacho, aut liene, sicut superius docuimus, destruatur: Sic enim cum passionis genus fuerit amputatū, etiam color naturalis corpori reddetur. Conijciēda sunt eius præterea accidentia, quæ Græci symptomata uocant, cum generali congrua curatione, id est, ut fel diffusum re- συμπτώματα. corporatione adhibita detergentes uarie deducamus, nunc clysteribus acerrimis, nunc absinthio poto dato, uel intybi agrestis succo uno uel duobus cyathis singularibus. Ac si declinationis tempus permiserit, etiam cum uino aliquando ipsa quoque intyba comedenda probamus cocta uel incocta. Item asparagum uel daucum, aut fœniculum, & ob plurimam oculorū infectionē erit ster- B πταρμικά. nutatio commouenda, medicaminibus scilicet, quæ Græci ptarmica uocauerūt. Item naribus infundendum, priusquam in lauacrum ueniant ægrotātes, ut quidam probant, struthium cum lacte, & ad speciem referentes, asinino uel humano. Similiter etiam elaterium quod appellant, hoc est cucumeris agrestis succū. Item cyclamini cum eodem lacte: Fertur enim statim per nares, quæ uultū tenuerat fellis infectio, & magis si æger ingrediens calidas cellas feruens descenderit solium, atque requiescēs diurno tempore aqua calida fuerit uaporatus, adhibitis aliquādo etiam apophlegmatismis, quorum materiā sæpe memorauimus. ἀποφλεγματισμοί. Item hijs quæ superficiem corporis lacessendo iaculare uidentur, quæ appellata sunt anastomatica, & propterea recorporatiua, in sudorē prouocantia fellis in- ἀναστοματικά. fectionē, hoc est, dropax iugiter adhibitus, uel solis feruor torridus, quem Græci heliosin appellant. Item naturalium aquarum exhalatio, uel medicaminū su- ἡλίωσις. dorem mouentium usus. Aspergendum denique corpus struthio, nitro, sulphure, & hijs aspersionibus quæ ob pruritum corporis adinuentæ sunt, à Græcis sympasmata appellata, feruentiore apua fouendi ægrotantes: Sic enim seruata regu- συμπάσματα. la generali etiam accidentia passionis curabuntur: Non enim hæc solis in acutis erunt passionibus obseruanda, uerum etiam in tardis, quas Græci chronias uocant. Vtendum etiam aëris mutatione & gestatione uaria, & littoraria moratione: animi quoque laxamento ac iucunditate, & aquarum naturalium uoluptate, natatione uaria, & assiduo uomitu, simplici, atque radicibus commoto. Item drimyphagia, in qua præ cæteris capparis magis usus approbatur, & acetum squilliticum, in quo sit infusa anchusa herba, & bulbi, & squilla igne torrida, id est subassata, cum melle electario data. Vinum præterea tenue probamus, & perseuerante passione helleboro decocto corpus agitandum, uel si oportuerit, bibendum damus medicamen ex herbo & ceruino cornu, in

cotylæ

C cotylæ quantitatem cum tribus cyathis mulsæ: in hijs qui adiuncta febre uexantur, uel conditi in hijs qui sine febre afficiuntur. Sed uitandam probamus frequentem, & uariam medicaminū potationē, quæ fella deducere promittuntur, siue uentriflua, siue urinalia: Etenim sitis extenditur, & solidioris cibi fastidium duplicatur, & corporis fortitudo minuitur, atq; cibi accepti corrūpuntur, & omnis corporis materia adulterio medicaminū deterior fit, cum habitudo, ut supra diximus, omnis fuerit immutata. Quod facere uidemus eos, qui sæpissime ac iugiter herpillum dari probauerunt, & absinthium, & aloën, & diagridium, & coloquintida, uel ex aloë & coloquintida hieram confectā. Item ex amygdalis & absinthio, & aniso trochiscos confectos, & decoctiones recentis mulsi ex uino confecti, cum hyperico, uel aristolochia longa, uel herba adianto, quam Latini capillum Veneris uocant, uel cicere albo: Aliquando etiam hæc mandenda probauerūt. Item rubea, quam Græci erythrodanon uocant, uel struthium tritū cum fico arido, uel palmulis, aut sulphure in ouis sorbilibus in parui cochlearis quantitate: aut certe ceruini cornu elimatū puluerem drachmā unam, cum cyatho uno, & aquæ cyathis duobus, uel nepete, quā Græci calaminten uocant, aut radicibus pastinacæ, quam staphylen appellant, decoctis in uini heminā, & dimidiam, donec ad tertiæ partis liquoris ueniat quantitatē. Ex quo dandum probāt cyathum unū cum aquæ cyathis tribus aut quinq;, cum dauci semine: aut apiū aut zingiber, meu, uel asarum, aut radicē herbæ brioniæ. Item seseli & libani herbæ infusionem uel decoctionē, & trochiscos ex herpillo uel fœniculo cōfectos, uel ex aristolochia, quos diherpillum, uel diamaratrū, & diaristolochian appellant: Horum enim uaria multitudo, uel usus frequens, causa sæpe ipsius fuit fa-
D ciendæ passionis: Non enim quoniam fellis detractio facta, illico curationis est causa, nisi totius quoq; passionis fuerit destructio consecuta: Sic igitur hijs utendum erit, ut supra demonstrauimus. Item quidā Veneris probauerunt adhiben-
Titus. dum usum, laxationē carnis faciendam æstimantes. Ex quibus est Titus, Ascle-
Themison. piadis sectator, & Themison. Sed est hoc neruositatis uexabile: quippe cū fortitudinem corporis tollat, quæ magis est ægrotantibus adquirenda. Item alij aurum iugiter aspicere uel intueri ægrotos præceperunt, siue aureos colores. Hijs deniq; etiam operimentis utendum laudauerunt: siquidem similia rapiantur, & propterea morbi, siue colorū, aut fellis migrantia in alias possit transire materias earum concordantes colores, non conijcientes quod sit magis credibile externa in ægrotum facilius transire: Quippe cum uiarum densitate superficie corporis clausa interiora teneantur, uel certe similitudo magis passionis possit prouocare uirtutem occultæ suasionis admonitione superata: Semper enim memoratione passionū tristes ac mœsti necessariò fiunt ægrotantes: quæ maxima causa est augendæ passionis. Est autem maximū adiutorium, & magis utilis ægrotantibus animi purissima laxatio, siue serenitas. Erit præterea perseuerante passione etiam longa nauigatio curanda, & unctio, adhibito præceptore, quo assidua defricatione & plenissima fieri resumptio possit.

DE CACHEXIA. CAP: VI.

καχεξία. κακία. ἕξις. CAchexia nomen sumpsit à quodam corporis habitu malo: Cacian enim uitium uel uexationem Græci uocauerunt, hexin habitudinem. Sed principaliter eius curationē ante Themisonem nullus ordinauit: Ipsam nanq; secundo libro Tardarum passionū, itemq; primo atque quarto Epistolarum memorauit. Item Thessalus secundo

A cundo libro regulari. Fit autem siue nascitur hæc passio intemperantia ægrotantis, uel curatione mala medicantis, aut post ægritudinẽ tardæ resumptionis causa. Item ex medicaminibus sæpissime potatis, uel ex saxea duritie iecoris aut lienis, hæmorrhoidis longissimi temporis, aut uomitu. Item ex febribus longo tempore corpus affectum, aut collectionibus, aut uomitu post uespertinos cibos, & hijs similibus. Est autem ipsa quoq; passio sæpissime hydropismi antecedens causa, aut macularum simili in superficie corporis accidentium. Sequitur cachecticos pallor subalbidus: aliquando etiam plumbeus color, debilitate tardus ac piger corporis motus, cum inflatione inani. Aliquibus etiã uentris fluor cum febricula in plurimis latente, quæ circa uesperam magis augeatur: pulsus creber ac densus: Cibi fastidium, & uini magis appetentia, urina fellea, & extensio uenarum. Est autem passio sæpius stricturæ, sicut ex supradictis conijcimus. Aliquando etiam complexa solutione ob plurimum uentris fluorem, uel simili quolibet fluxu. Quapropter conuenit complexa passione laborantis primo abstinere fluentia, & intemperantiã ægrotantis corrigere, uel curationes malas, aut medicaminũ potationes prohibere. In iecore uero aut liene si qua fuerit durities, siue saxositas, destruere, ut nuper demonstrauimus: Aut si fluor sanguinis fuerit plurimus, abstinere: hemorrhoidas uero auferre, febres quoq; soluere, ut de febribus scribentes docuimus, collectiones congrua curatione, sicut de ipsis scribentes monuimus, sanare, & consuetos eis post uespertinũ cibum uomitus paulatim detrahere. Ac si horum nihil fuerit accidens, & sola in corpore uisa fuerit cachexia, erunt eius superpositiones ac lenimenta prouidenda, & uigilante sine ulla ratione ægroto, aut cibo corrumpente, animi attestante difficul-
B tate, cũ pigro ac segni corporis motu superpositionẽ cognoscere: & propterea in requie retinere ægrotum, cum abstinentia cibi, quo turbatio corporis resoluatur. Item ea quæ fuerint extenta lanis contegenda, atq; oleo calido fouenda, ac si uenter fuerit fluens abstinendus. Item si plurima fuerit corporis tensio cum grauedine erit adhibenda phlebotomia ex brachio mediocriter: sed non necessario in hijs qui hæmorrhoidarum causa inanes uidentur: Ac deinde retentione facta constricti, sed non in omnibus qui communiter tanta, ac tali fuerint strictura possessi, tunc perunctos conuenit refici cibo digestibili ac leui, usque ad declinationis tempus, seruato genere accidentium, alia cataplasmatibus, alia cucurbitis recurare: Cum declinatio apparuerit, plurimus ac uarius cibus erit adhibendus, & similibus superpositionem uergentem adiuuare, atque ita lenimento ueniẽte quod facile approbamus exercentibus asperitatibus passionis supradictis, hoc est, hijs quæ superpositionẽ designant, erunt corpora resumenda atq; fortificanda: Tum recorporatiuis utendum curationibus, quo reformata corpora, uel ut ita dixerim, refectis uitiosis carnibus, ac renascentibus nobis reparata ad memoriã redeant sanitatis. Quapropter æger somno discusso semet in lecto continere, iubendus etiam iacere paulisper, tum etiam neq; repente consurgere, sed prætentato motu discere, utrum se leuem ac digestum sentiat: Etenim si fuerit occurrẽs, indigestio erit requies adhibenda plurimo temporis spatio, do nec grauedo digeratur: dehinc mediocri gestatione, atque paruo cibo utẽdum, si non ex accessione, sed ex aliqua causa manifesta temporalis acciderit corporis displicentia, quam Græci diarescesin uocant. Ac si nulla fuerit ægrotantis querela, erit à lecto leuandus, & ob expugnandam frigoris iniuriã oleo leuiter perungendus: Tunc gestatio adhibenda, & si uires permiserint, uel aëris tẽperies, sub diuo, & magis intra muros motu uehiculi. Si uero aliqua fuerit obstans

Margin notes: καχεκτικοί. διαρέσκησις.

C causa erunt hæc sub tecto adhibenda, & pro uirium modo aut uehiculo manuali, aut sella, aut cathedra exercendus ægrotus: Tum gestatione perfecta parua deambulatio adhibenda, uel uocis exercitium, atq; ad unctionem ueniendũ, sed præcalefacto intra uestes ægro. Quoties calidum habuerit corpus, tum deposita ueste erit linteolis leui defricatione tergendus, atq; statim oleo paruo ungendus, & summo tactu fricandus: primo ab alio, postea à semetipso, retento spiritu: ut etiam alia teneãtur: Dehinc rursum ab alijs defricandus, tenacius quidẽ, sed non impressius, quo possit carnis inflatio coagulari. Sed hæc erunt adhibito unctionis præceptore facienda, quo secundum proprias mutationes omnium partium motus æqualiter, ac totius corporis integret exercitium: Tunc permittentibus uiribus etiam raptorio machinamẽto gestetur, ac deinde recussabili †fera, quam Italicam uocant: Aliquãdo etiam harena asperso corpore, quã amon appellant, defricetur per interualla dierum adhibito lauacro. Conuenit etiã psichrolusia nullis obstantibus causis, quæ eam prohiberi permittant: Tum uinũ dandum austerum album, leue: Dehinc iubendus superbibere, atq; siccum sumere cibum, uel certe quartã partem panis siccã manducare, adhibito usu assorum pulmentorum, & neq; curiose conditorum, ut pisces, clunes, uel agrestium leuiora, & hijs omnibus iuxta regulam methodicam auctis aut minutis, interiecta uini abstinẽtia, & cibi parua sumptione: Vtendum etiam locorum atq; aëris mutatione: Tum heliosin, quam nos corporis torporem dicimus, ita dropacis adhibẽdus usus, & pulueris nitri fricatio, & sinapismus specialiter, & usus aquarum naturalium, uel natatio maritima. Item harena litoraria ignita circuntecto corpore torrendi sunt ægrotantes: nunc inter paucos, nunc inter plurimos dies,
D ut uires permiserint: Tum nauiculæ exercitium atq; peregrinatio, quemadmodum in præcedentibus ordinauimus.

†sphæra ἀμὸς. — ἡλίωσις.

DE NVTRIMENTI CESSATIONE, QVAM atrophian Græci uocant. CAP: VII.

ἀτροφία.

Deerat quoque principium capitis in exẽplari, quod nos ut potuimus sarsimus.

σύντηξις *uesicæ*

NVtrimenti cessatio, quam Græci atrophian uocant, ab accidenti nomen sumpsit: Et contingit in passione cõstitutis plurimus cibi appetitus, tum corruptio, quibusdam fastidium: Item tenues atq; latentes tepore sunt, neq; febricula iugiter, & quibusdam inter plurimos dies soluta. Ducitur præterea quædam etiã per urinam corporis defluxio, quam syntexin uesicæ uocauerunt, cum plurima fuerit poti liquoris egestio, atq; corporis subinde per dies singulos extenuatio etiã: nunc igitur cõuenit, sicut in Cachecticis diximus, prouidere, ne qua pars corporis principaliter patiatur, & oporteat congrua eidẽ morbo localia adhiberi adiutoria, ut iecoris, uel lienis duritiei, uel fluori uentris, aut intestinorũ, uel uesicæ, uel ulceri in interioribus constituto, aut collectioni, quã specialiter uomicã diximus. Ac si etiam febres fuerint cõsecutæ, ijsdem quoq; adhibenda medela. Si horum nihil in corpore uiderimus, sed sola fuerit atrophia consecuta, conuenit ægrotum fortificari rationabiliter, atq; resumi gestatione, pro uirium quantitate, scilicet quibus sæpe memorauimus generibus & unctionibus ordinatis, plurimo oleo superfuso, adhibita fricatione, & ministris corpulentis & mollibus, uel quales esse fricatores Salutaribus præceptis docuimus, quo contactu corporum laxiore ægrotantis exercitata membra soluantur: Tum temperato utendum lauacro, atq; uino tenui, & pane limpido fermentato, & pulmentis ex media materia, atq; iuxta cycli regulam eorũ augmenta ac detractiones uaria

A nes uariare non repetitis, nec perfectis ilico cyclis, sed unius tantummodo qua/
litatis, ut de cataleptico scribentes docuimus. Deniq; cū ex uolantibus solis ad/
hibemus, initium ex paruulis ordinamus: Tum autem ex agrestibus, ex teneri/
bus, cum porcina ex membrorū summitatibus. Conuenit præterea locorū atq;
aërum cōmutatio, & aliquando drimyphagia, uel simplex uomitus: tum etiā
ex radicibus confectus, & localia alijs atq; alijs locis adhibēda, & magis media/
nis partibus: Non enim sine plurima uexatione partiū, quibus digestio celebra/
tur, inesse corporibus atrophia potest. Ipsis igitur frequētius adhibēdus est dro
pax, & cucurbitæ, uel paroptesis, aut sinapismus, & sympasmata acriora, quæ à παρόπτησις.
nobis aspergines nuncupantur. Itē malagmata eiusdem quantitatis. Vtilis præ/ συμπάσματα.
terea littoraria nauigatio, atq; natatio maritima, uel naturaliū aquarū: Tū post *Aspergines.*
cibum animi laxatio, quam diachysin uocant, & articulorum complexio adhi/ διάχυσις.
bitis ministris, qui mollibus hoc manibus efficiant. Themison uero secundo li/ *Themison.*
bro Tardarum passionū plurima recte ordinasse probatur. Aliqua uero caduca
intētione dixisse intelligitur. Iubet etenim ægros non æqualiter ægrotantes duo/
decim stadiorum spatium gressu conficere, æqualem modum cunctis definiēs.
Item igneo in loco uel feruenti fricari iubet præfatigatos sudoribus ægrotantes.
Item sole torrenti, atq; ita per interualla leuiter defricari, & in calida, atque oleo
calido eorū manus infundi, ex quibus periculum perfricationis necessariò seque
tur. Item post interdianum cibum deambulationē probat adhibendam, atq; fri/
cationem & lauacrū. Tum post uespertinū cibum iungenda crura, atq; brachia,
quod est dormituris anxiosum. Præterea post cœnam imperat uomitū prædato
passo, aut uino dulci, uel succo ptisanæ. Tum frequentato uomitu oua duo dan
B da sorbilia cum panis uncijs duabus, ex quo incensa altiora, atq; exercitatis uo/
mitu uisceribus facile corrūpuntur accepta. Hæc igitur recusantes, alia quæ re/
cte ordinasse perspicitur amplectenda iudicamus.

DE HYDROPE. CAP: VIII. ὕδρωψ.

HYdrops ab accidenti nomen sumpsit: siquidē aquosus humor
hanc passionē necessariò comitetur: Nam Græci hydor aquā
uocauerunt. Generatur autem ex accidentibus plurimis, atq; di
uersis causis, ut cachexia, febribus corpora tardantibus. Item καχεξία.
duritia, uel saxea densitate iecoris, uel lienis, aut stomachi,
uel peritonei membranæ aut matricis. Item spirationis diffi/ περιτόναιον.
cultate, quam Græci dyspnœan uocant, uel uentositate stomachi, aut coli, δύσπνοια.
aut uentris passione, quam Græci cœliacen diathesin uocant. Item longi tempo κοιλιακὴ
ris dysenteria, uel in fœminis menstrualis fluoris retentione. Item hæmorrhoi/ διάθεσις.
darum ueterum repentina, atq; incondita curatione, facta abstinentia, uel coad δυσεντερία.
ceruata bibentiū transuoratione, & magis si salsa fuerit aqua. Item medicaminū αἱμοῤῥοΐδες.
frequentata potione, & horum similibus. Græci igitur, uel aliarum sectarū prin
cipes eius potestatem, uel differentiam nominibus uariandam crediderunt. Vo
cāt enim hanc passionē etiam hyderon uel parecchysin, origini locorū specialia ὕδερος.
nomina tribuētes: nam parecchysin appellant sensibilem, & manifestam liquo παρέγχυσις.
ris superfusionē, quæ fiet inter peritonei membranā, & intestinæ: Hyderon au/
tem, dispersum siue infusum per uiarū raritatē, atq; carnis spiramenta liquorem.
Itē dicūt hyderon ex renibus generari: Hydropē uero ex duritate iecoris. Quod
quidem nos iuxta sectæ regulam reprobamus: Etenim infusio, siue superfusio
liquoris est passioni cōmunis: & neq; antecedentes causæ passionis facere discre

 tionem

tionem recte creduntur: Siquidem etiam ex plurimis alijs partibus patientibus
C hydropes generãtur. Eius igitur differentiã Hippocrates, & Diocles duplicem
Hippocrates. Diocles. ὑποσάρκα. ἀσκίτης. dixerunt: Aliam enim hyposarcan uocauerunt, aliam asciten. Item Heraclides
Heraclides Tarentinus. Tarentinus secundo libro Internarũ passionũ totius corporis inflationẽ, siue humoris infusi perforationẽ catasarcan uocant. Inter peritoneũ uero & intestina
καταςάρκα. τυμπανίτης. asciten uel tympaniten appellauit. Itẽ Demetrius Erophili sectator undecimo
Demetrius. libro de passionibus scribens, alium dixit hydropẽ constitui sine ulla humoris infusione, sed sola inflatione turgente: alium ex humore diffuso, & eum nunc per totum corpus, nunc inter peritoneũ & intestina, cuius differentiã nunc plurimo uento tradidit: Et est uanũ atq; intellectu carens, sine ullo humore superfluo laborantẽ hydropem uocare. Item plurimi tres differentias tradiderunt: aliã enim catasarcan, aliam asciten, aliam tympaniten uocauerunt. Asclepiades au-
Asclepiades. tem alium celerẽ dixit, ut eum qui repente constituitur: aliũ tardum, ut eum qui tarda passione uexet: & alium cum febribus, alium sine febribus. Hoc quidẽ cõmuniter etiam alijs specialibus passionibus adscribẽs, non aduertit quoniã proprio nomine celer dicitur passio, non sola quæ repente conficitur, uerũ etiam ea quæ celeriter solui posse mõstratur. Hydrops autẽ fit quisquam repente ex coadceruata bibẽdi transuoratione, uel salsi liquoris potu. Celerẽ autem passionis solutionẽ nullus ægrotantiũ meruit. Item Proculus Themisonis sectator secun-
Proculus. dum plurimos inquit hydropis differentias temporibus passionis adscribendas.
λευκοφλεγματία. Initiũ enim atq; augmentũ esse leucophlegmantian, cum adhuc secundũ carnẽ fieri mutationẽ uiderimus: Statum uero tympaniten, cum summa tensio secundum uentrem fuerit facta. Declinationẽ autem asciten, cum quadam indulgentia fuerit inflatio relaxata. Non secutus ueri regulam, neq; aduertẽs quia omnis
D species passionis sua quæq; tempora percurrit. Deniq; etiam catasarca usq; ad statum, uel declinationem perseuerat. At tympanites, & ascites ex initio facti in augmentũ uenerint, & statu sumpto declinauerint. Item Apollonius Memphi-
Apollonius Memphites. tes aliũ dixit fieri hydropẽ cum retentione, ut si quid biberit, sine dilatione tanquam per fistulam transiens egeratur: Eius autem quẽ cum retentione fieri dixit, secundũ plurimos tres esse differentias affirmat. Sed melius Demetrius Apa-
Demetrius Apameus. διαβήτης. meus ab hydrope discreuit, eum qui sine dilatioe potum liquorẽ per urinam egerit, diabeten appellans, sicut specialiter de ipso scribentes docuimus. Melius igitur, quantum ad species hydropis, quanquam nõ generaliter, mutemus curationem, alium dicere in toto corpore constitutũ, tanquam in papyro uel spongia inter uiarum raritatẽ insertum, à liquore uocari leucophlegmantiam, quam Latino nomine etiam intercutem recte dicemus: alium in parte corporis inter peritoneum & intestina, subiecto liquore solo, uel admixto uento plurimo uocari, alterum asciten, alterũ tympaniten: Sequuntur quædam cunctos præterea communia, quædam singulis propria. Communia autẽ, ut inflatio, uel extantia tumoris, & piger aut difficilis corporis motus, spirationis difficultas, quam Græci dyspnœan uocant, somnus difficilis uel anxiosus, & magis post cibum sitis, & urina comparatione sumpti potus paruior, fastidium, & aliquando febricula latens in plurimis: Item quibusdam etiam uesiculæ, uel fistulæ, quibus eruptus humor feratur, ac deinde uulnera difficilia sufficiant, uel quæ in cicatricẽ uenire possint. Specialia uero, uel propria singulos sequũtur, ut leucophlegmãtian, uel intercutem mollis atq; humida inflatio uentris ac uultus, & crurũ, & folliculi genitalis, uel præputij, relucente liquore per cutẽ albido colore. Item cum oris uel spiratione, siue anhelitus fœtore totius corporis grauedo, & impressioni digitorum

cedens

A cedens tumor, ita ut paululum caua permaneant loca. Aliquibus etiam alborũ atq; crassorum humorũ uomitus, uel per uentrẽ egestio: unde etiã nomen passio λευκὸν sumpsisse à græca deriuatione uidetur: Leucon enim albidum, phlegma humo- φλέγμα. rem crassum uocauerunt: uel quod ægrotantis color albidioris imaginem ferat. Alij uero tanquam ex superfluo humore generata passione, penetrans humor singula quæq; spiramenta possederit: nos uero intercutem nominamus. Asciten deniq; sequitur uentris inflatio, uel extantia, & pro corporis motu liquoris conlisi sonitus, uel ad concussum palmæ resonus, tanquã semipleni utris, ex quo no ἀσκὸς utrem men sumpsit. Item proschematis mutatione, uel digitorum impressione demer- significat. sio, uel resurrectio liquoris, & conclusio superiorum partium, atq; tenuitas tan- πρόσχημα. quam extentæ cutis secundum ora uel colla, aut iugula, uel pectora. Iacentibus præterea ægrotantibus diffusa, atq; elatior tumoris extantia fiet: Surgentiũ uero uel stantium maior atq; extenta, & increscente passione corporis frigus atq; torpor accedit: Aliquando etiam tussicula, & stercorũ uel urinæ abstinentia, & per uentrem fluidior exitus, & apprehenso folliculo, atq; uirili ueretro extans inflatio reduplicata, & aliarum partium surgens tensio, sicut in leucophlegmantia. Vocatur autẽ hic hydropismus, ut Diocles, etiam epatias, aut splenites à patien- ἡπατίας. tibus partibus nomen ducens, hoc est iecore uel liene. Item tympaniten sequi- σπληνίτης. tur rotunda atq; extans inflatio secundum gastera cum tensione plurima, & ad γαστὴρ uenter. percussum palmæ resonus, uelut tympani, unde etiam nomen accepit. Item ructationes, & aliquando intestinorum tormenta, quæ inclusæ uento per podicẽ digerantur, atq; grauedinis detrahant quicquam. Est autem passio communiter stricturæ omnis hydropismus, sed complexa aliquando solutione ex alijs acce- dentibus, ut uentris fluore. Præterea est naturaliter tarda passio: siquidem nun-

B quam celeriter soluta uel emota corporibus uideatur. Item generaliter magna: siquidem & difficultatem, & indecentiam, & periculum inferat ægrotanti. Denique semper difficilis curatione, nunc uehementer, nunc minime comprobatur: Etenim magnitudine uehemens, & uarietate accidentium, & corruptione uirium magis incurabilis iudicatur. Parua uero magnitudine comprobatione supradicta, atq; paucis & simplicibus accidentibus, quæ Græci symptomata appellant, & sine nimia uirium læsione minime curatione difficilis approbatur, & quæ secundum aliarum sectarũ principes de effectis uel exitibus passionum scripta sunt, ut etiam secundum causas ex quibus efficiuntur, & patientes locos, & naturas, & ætates, & annalia tempora, ut hyemis, uel æstatis, & eorũ medijs temporibus generationes passionis: alij difficiles curatione, alij faciles curatione, alij faciles hydropes approbantur. Quæ quidem omnia magnitudini passionis adscribenda sunt, ne infinitus modus differentiarũ uideatur accidentiũ numero uariatus: Etenim secundum causas difficiles aiunt curatione hydropes, qui ex saxitate magis quàm ex duritia fuerint facti. Item eos qui ex dysenteria, uel coli passione, ab his qui ex coadceruato haustu bibendo uitium conceperunt. Item secundum locos difficiles inquiunt eos qui ex iecore, faciles uero eos qui ex liene. Itẽ secundum naturam uel sexum difficiliores inquiunt curatione semper fœminas maribus: Itẽ secundũ ætates faciliores inquiũt curatione pueros, uel pubentes, difficiles uero ætatis mediæ, uel senes: non solũ quod natura crescere uel augeri, aliæ minui uel declinare uideantur, sed etiam quod alij prohibeantur, alij cogantur, alij neq; suadere, neq; cogi posse probentur. Item secundum anna- ὧραι. lia tempora, quæ Græci horas appellant, difficiles inquiũt curatione æstatis tempore laborantes: Siquidem multa siti afficiantur: Alij uero è contrario faciles

inquiũt curatione: siquidem exitum liquorum fieri prouocet feruor æstatis, &
C corporis præterea faciat siccitatẽ: Difficiles uero hyemis tempore, ob corporũ
densitatẽ uel frigus. Item uerno tempore: siquidẽ humidiora, atq; liquorum re-
dundantiá fiũt corpora. Autumni uero prima, similia æstati, ultima hyemi dixe
runt. Item secundum generationẽ, siue fabricationẽ passionis difficilẽ inquiũt
curatione leucophlegmantian, facilem uero asciten, & horum medium tympa
niten. Dissenserũt præterea etiam de patientibus partibus, quæ principaliter affi
Erasistratus. ciantur. Erasistratus nanq; iecur inquit pati: In apertionibus enim saxeum sem
per inueniri confirmat: alij uero colum, sed cõsentire iecur: alij splenẽ, ac iecur,
& colum: Alij etiã peritoneum: alij renes quoq; & matricem principaliter pati
dixerunt. Et apparet omnia necessariò prætangi: quod quidem etiamsi latue-
rit nullus timor curationis mutandæ medicantibus accedat: neque etiam ob lo
calium adiutoriorum ordinem quicquam obesse monstretur, cum hæc eadem
κήρωμα. oporteat ceromate sole feruefacto iactari, uel pellibus sole ignitis inuolui. Ad-
ἄκοπα. hibenda etiam acopa feruentia, & sudationes ex naturali materia prouocare: ha
bet enim recorporandi uirtutem ex quacunq; metallorum materia exhalatio na
turalis. Item ex harena littoris sole ignita torrenda corpora. Hyemis uero tem-
pore igne prætorrenda, atq; ita corpori admouẽda, ut ex ipsa, excepto capite, cæ
tera corporis omnia contegantur. Item sinapismus usq; ad cutis humorem ad-
hibendus, qui maxime uehementem fortitudinem locis humore corruptis, atq;
ut ita dixerim, habentibus admouet ac ministrat. Item locorum & aquarum mu
tatio adhibenda, & peregrinatio magis maritima: Est enim lacerantior, atq; cor
D poris apertionibus efficax ob salsitatẽ maritimus aër. Conueniunt etiam uapo-
rationes spongiarum ex aqua maritima expressarum, uel aqua salsa decocta. In
tympanicis uero specialia, ut pleriq; uolunt, iuxta communẽ uirtutem recorpo
ratiuæ curationis, etiam decoctio centaureæ herbæ, & absinthij, & origani, & hys
sopi, & marrubij adhibenda, & similis uirtutis epithema, ut est quod appellatur
Dianitrum. dianitrum, ex fico atq; nitro, & absinthio confectum. Tundendum igitur ari-
dum ficum, sed quod sit pingue ac succidum. Item singulatim absinthiũ & ni-
trum admiscendũ duabus partibus fici, & quarta pars origani. Aliquando etiã
rutæ admiscenda particula: Facit enim medicamen, quod appellamus diahysso
pum. Itẽ uua passa cum cumino, uel farre, cum adipe ueteri, & uino. Hoc qui-
dem plurimi magis intercutibus conuenire probauerunt. Item bubulo stercore
ungendos cum aceto ægrotantes dixerunt. Apponenda etiam malagmata, quæ
fortificare, ac recorporatiua uirtute mutare ualeant corpora in meliorẽ habitu-
dinem. Intercutes autem & ascitas hijs curandos probant, quæ siccare atq; exic
care ualeant corpus, uel sudorem commouere. Sed erit cauendum, ne immodi-
co usu medicaminum corporis superficies ulceretur. Est autem nostrum medi-
camen quod ex herba chamæleonte nigra conficitur. Item ex stercore caprino,
Diacapregias quod appellatur diacapregias. Item diacentauream, & diaoriganũ, quæ ab her-
Diacentauriũ barum nominibus uocabula sumpserunt. Item icesion emplastrum, quod ma
Diaoriganũ. gis post humoris detractionem adhibendum probamus, quo partes roborẽtur.
Emplastrum Item diayteon emplastrum, & diadictamnum, & barbara, & diasycaminum.
icesion. Oportet autem interpositis quinq; diebus, uel eo pluribus detracto iamdudum
posito medicamine perspicere profectum, ac rursum imponere omnibus locis
ex anterioribus ac posterioribus corporis partibus: Singula enim medicamina
erunt illinienda pellibus teneris, atque ita corpori addenda, superposita lana
molli

A molli cum leuibus fasciolis colliganda, & pro uiribus corporis adhibenda gestatio, atque ungenta congrua, & defricatio. Tympaniten uero recorporatiua curandum probamus curatione, & conijcienda etiam inflationis medela, quam Græci empneumatosin uocant. Adhibenda denique resflantia, ut est quod appellamus diaspermaton, uel polyarcion, aut diaartymaton, aut diasamsucum, aut diamelilotum: Hæc enim ualent etiam uentositatem tollere: Adhibenda præterea in hijs ea quæ superius ordinauimus. Tum profectu accedente regula cyclorum adhibenda natatio maritima, uel aquarum naturalium. Alij uero nõ absurde etiam aquæ marinæ uaporationem probant adhibendam, quo sudores prouocantur: Inquiunt enim implendum solum aqua marina feruenti: Tunc quadrangulam compaginem immittẽdam præligatam loris, in quam erit includendus ægrotans: sed præliganda compago pelle, ut aquæ prohibeant ingressum, quo exhalatione uaporis calefactus ægrotans in sudorem uenire cogatur. Sed erit aqua calefacienda innouatione frequenti ferri candentis immissione massarum. Oportet autem semper ægrum adhibito animi laxamento curari, quam Græci diachysin uocant. Quærenda denique animi desideria, quæ sine uexatione corporis præueniant uoluntatem, & amicorum conuiuia; quæ ciborum parcitate, animi tamen lasciuitate frequentent. Vtile etiam si longi fuerint dies partiri modum sumendi cibi: facilius enim accepta digeruntur duorum temporum oblatione diuisa. Ac si iuxta ordinem datum leuigati indulgentia passionis rursum fuerint accessionibus typicis ægrotantes affecti, quo iterum impleri uideantur erit melius uti prius radicum uomitu: dehinc ante diem radicum usus, album ueratrum immittere, tunc sequenti die hoc detracto radices dare, uel B certe hellebori decoctionem. Sed horum usum uel confectionem dexteram, atque adhibendi modum Responsionum libris de adiutorijs scribentes docuimus: & nunc exinde hæc accipienda monemus. Hæc est mundior, atque uera hydropum curatio: Etenim potui medicamina danda cauere decet: Alia enim uesicam commouent, alia intestina lacerãdo ulcerant, uel dysentericam faciunt passionem: Alia stomachum uertunt, & fastidium generant cibi, & sitim extendunt. Quapropter si cogentibus rebus utendum uiderimus quibusdam aquiducis medicaminibus, quæ Græci hydragoga uocauerunt, ea dabimus hijs qui plurimo humore infusi aquoso corpore laborare uidentur. Habere etiam conuenit curam, ne rursum corpora repleantur: ex quibus est euphorbiũ mulso commixtum poto datum, uel ouis sorbilibus aspersum, duorum uel trium cochleariorum quantitate, uel decoctio radicum, aut squilli. Oportet autẽ squillæ libras duas omni purgamento absolutas, quod ad unam libram redigatur, concisas in uas fictile nouum prælitum mitti, tum adiectis uini sextarijs tribus, quibus ad tertias decoctis, ex ipso liquore erunt ad duo cochlearia ægrotanti danda: & proficiente curatione usque ad unciæ unius accedere modum. Sed hoc erit post gestationẽ adhibendum, uel post perunctionẽ corporis, & ante sumptionem cum plurimo interiecto tempore. Ex decoctione aũt radicũ duos uel tres cyathos dandos probamus. Sin uero etiam urinã quis uoluerit cõmouere, erunt omnia aromatica prohibenda, quæ non curiosa, sed magis simplicia esse uideantur, ut est decoctio seminis cucumerũ, uel fœniculi, aut dauci, aut apij, anesi, petroselini. Itẽ mentæ, asari, nardi, squinanti, zinziberis. Hæc singula uel cũ uino, uel ex ipsis confecta erunt offerenda. Ac si ex hijs humor detrahi non potuerit, oportebit tanque alienũ paracentesin auferre. Sed nunc decet prius quàm ipsius officij

Margin notes: ἐμπνευμάτωσις. — διάχυσις. — Libri Responsionum, siue Adiutoriorũ Cælij. — ὑδραγωγά. Aquiduca medicamina. — παρακέντησις.

C officij usum doceamus, hijs respondere qui iustius curationis adhibendæ dissonantia iudicia posuerunt. Antiquorum igitur aliqui congruam paracentesin dicunt, ut Euenor libro quinto Curationū, Erasistratus libro quo de hydrope scripsit, & eius sectatores, Thessalus secundo libro regulari. Alij uero congruā laudauerunt, ut Asclepiades libro quo de hydrope scripsit, & Themison secundo libro Tardarum passionū, quibus etiam nos iuxta Sorani sententiam consentimus: Adsertores tamen primæ sententiæ, hoc est, istius reprobandæ curationis hæc dicunt: peritonei membrana à natura neruosa esse perspicitur, & est omne quod neruosæ fuerit qualitatis punctionibus inimicum, siquidem consensus ingerat. Præterea spirationis naturalis causa, qua nos aërem recipere, atq; reddere haustu potili necesse est, intestina quoq; commouentur, quibus superficies corporis consequenter tangitur. Et est periculum hanc paracentesin uulnerare loca: quippe cum non solum corruptus humor detrahi uideatur: uerumetiā naturalis sæpe spiritus excludatur, quod est uehementer corporibus noxiū. Dehinc etiam post effectū punctionis, aliqui ægris sua uulnera resoluētes uoto prius corporis deponendi uitam quoq; liquerunt. Item neq; tempus sibi conueniēs hoc genus adiutorij habere uidetur: Etenim passione constituta, uel superpositione, siue lenimento aliud tempus mitigationē demonstrat, aut aliam resumptionem, uel recorporationē. Paracentesis uero conturbat atq; uires corporis tollit, & nō recorporatiua uirtute medetur, sed usum recorporatiuū impedit. Ad summam, nemo, inquiūt, saluatus est eorum qui per paracentesin curati sunt: quapropter adhibenda negatur. Item Erasistratus ait, quod iecore in duritia constituto obesse paracentesis uideatur: siquidem grauatio iecoris tumentis toleretur humoris substantia subleuata, atq; natans in liquidis, quibus effusis omnis grauedo

D partium tumentiū, quæ diaphragmati sunt natura cōnexæ, atq; uenæ maiori, atque contendit, quam Græci quilen appellant, adductione sui tumores ingerant uicinarum, ac deinde celerem faciant mortem. Item Ptolemæus Erasistrati sectator ait causam passionis esse iecoris duritiam, supercreatam uero humoris infusionē. Paracentesis igitur liquorem detrahens passionem minime detrahere agnoscitur: Siquidem non auferat causam, ex qua humor creatus esse uideatur. Sed sunt hæc omnia facile expugnabilia: tunc enim uulnerata neruositas in tumorem uenire recte iudicatur, quoties naturali habitu fuerit constituta. Nunc autem morbo uitiata, peritonei membrana contra naturam habere perspicitur, & non similia, atq; eadem sequentur naturaliter, uel contra naturam constituta. Item intestinorum uulnerationē metuere inanis timoris est: Etenim exercitatis atq; prudentibus hoc genus officij cōmititur: Dehinc plurimū peritonei membrana distabit interiecta humoris causa submota: spiritus uero etiam phlebotomatis sanguini iunctus excluditur, nec ilico tamen reprobanda phlebotomia, cum sit ab omnibus rectissime adiutorium comprobatū. Ferendum est enim leue damnū naturalis officij, quoties maior utilitas excludendæ passionis promittitur. Soluere uero ligationē ægrotantes, & immoderato fluore acuto deponendæ passionis in mortem uenire, simile quiddam est tanquā phlebotomatū ligaturam medici soluere, ac deinde plurimo sanguinis fluore uitam finire: Hæc enim non adiutorij est curatio, sed stultitiæ ægrotantis. Habet præterea paracentesis etiam aptissimū tempus, quod illi inueniri negant, sicut cucurbita scarificatione adiuncta, atq; hirudinū appositio, quæ non in accessione aut lenimento, sed in dimissione suppositionis recte adhibēda probant, sicut in alijs docebimus de adiutorijs specialibus scribentes: Omnes enim paracentesi curatos, ut aiunt, mori apertissime

Euenoris libri curationum. Erasistratus. Thessalus. Asclepiades. Soranus.

Ptolemæus Erasistrati sectator

A apertissime mentiuntur: nos enim quosdam uidimus euasisse: plurimi uero mo riuntur: siquidē medentiū tardantes consilia serius paracentisis adhibeatur, ut & alij adhuc tumentes peritonei membrana, & neq; usu dextero operantes diuisu ram faciendo mortis periculum incurrunt. Ex quibus est etiam Asclepiades, qui diuiso loco fistulam relinquendam putauit. Ex qua stirpis in modum im- pressa, uel per puncta peritonei membranæ graues cōsensus, atq; indignationes adferat: Quippe cum sæpe etiam gelati sanguinis corpuscula irruentia uulnerū diuisuris, uel quæq; externa magnos tumores atq; indignationes cōmouerint. Erasistrato uero causanti, quod post detractionē humoris ex iecoris duritia in passionē uenerunt superiores partes, ac magis salutares, adductione quadā pon- deris indignentur, erit respondendum, quia plurimi hydropes sine ulla iecoris duritie in passionē uenire probantur: Etenim ex alijs causis fieri posse superius demonstrauimus. Plerisq; etiam quanquam iecur duruerit non necessario in hy dropem uenire contingit, ac sæpe adductione partium, uel indignatione superi- orum uexari perspicimus, quo sæpe tumor etiam perdiderit ægrotantes. Omitto quod iuxta eius sententiam oportebat supinis iacentibus ægrotis nullam quere lam partiū attestari: Siquidem iecur nullo pondere superiora distendat, hoc est discrimen, quod Græci diaphragma appellant. Asclepiades uero repentinā effu sionē atq; coadceruatam cum periculo fieri testatur: Siquidem uiæ, quas Græci poros appellant, interiecta mora blando se tactu cōtigant, & propterea illæsi ma neant ægrotantes. Detractione autem facta liquorū, aspero se tactu contingāt, atq; cōcidentes augustentur: ac simili ratione etiam spiritus uehementer irruēs carni dolorē faciat, atq; inflationē, & tormēta intestinorum. Est præterea facile πόροι

B expugnabile Ptolemæi dictum, quod paracentesis humorem detrahens passio- nem non auferat: Etenim primo, neq; ex alio quolibet adiutorio singulari hæc passio solui posse perspicitur: quippe cū sit magna atq; perseuerans, dehinc quæ- dam adiutoriorū ob releuanda accidentia passionū, quæ Græci symptomata uo cant, adhibenda probentur: quanquam non totū soluere morbum uideātur, ut phreneticis luce commotis oculorū prætectio. Item alia quædam, quæ quanquā nihil per se medeantur, alijs tamen adiutorijs præparent corpus, uel patientem lo cum, quo facile adiutorij beneficiū sumat. Ac tonsura uel rasura capitis fluore quolibet adfectis, quo detractis capillis illinienda medicamina constrictiua, uel epithemata, aut cucurbitæ appositione nullis obstantibus medeātur: Quanquā sit detractio capillorum laxatiua: at uero paracentesis etiam per se plurimū me- detur: Releuat enim detractionem plenitudinis tensionis, atq; spirationis dif- ficultatē, quam dyspnœan uocant, & alijs adhibendis adiutorijs præparat partes: Non enim potuerunt medicaminum illinimenta, uel appositio syncera uirtute ad uiscera, uel patiētes partes peruenire, cum interiecto humore peritonei mem brana plurimum à cutibus distet, transeant autem facile ad ea, ad quæ destinata erant humoris interiecti ablatione permissa. Quapropter paracentesin ad- hibendam probamus, sed non hijs qui uiribus fuerint fatigati, aut adhuc in tumore peritonei membranæ constituti: addentes etiam, uel prædicentes periculum: Plurimi enim quan- quam alterius superesse uitæ potuerint, & sine ullo dolore mortē capere, paracentesis cu ra celerē mortē pertulerunt.

CAELII AVRELIANI SICCENSIS CHRONION

LIBER QVARTVS.

CVI HAEC INSVNT:

DE ELEPHANTIASI. CAP. I.

Deest principium capitis.

heliosis, dropacismus, & lixiuū calidi perfusio, & psichrolusia, atque cataclysmus, hoc est, aquarum è supernis illisio, natatio maritima, & aquarum nauraliū, & magis frigidarum, quæ aluminis naturā exhalent, quas stypteriazas uocauerunt, siue ferrugineas, quas siderizasas appellant. Itē adhibenda smegmata alia, donec maculæ albescant, quas supra memorauimus, uel cymolia terra subassata, cū hordei polline, & nitri quippiam, uel alia quæ lacessere ualeant magis, ac leuius, ut est cinis ustarū bucinarum, uel halcyonum, aut cum eodem pumex assatus, uel sulphur uiuum, uel sæpiarum testa exusta cum pumice & nitro, & cymolia subassata, atq; gummi, & galla, æqui hæc omnia ponderis. Item acopa & malagmata mediocriter lacessentia, præter cutis ulcerationem, & hijs unguenta similia, ut myrobalani cum aceto, aut uinum cum ammoniaci gutta, & alumine. Ac si ulceratio fuerit locorum consecuta, erunt congrua pro differentia ulcerum adhibenda. Quapropter ea quæ serpere per corpus uiderimus amputabimus. Tumentia uero mitigatiuis temperamus & laxatiuis uirtutibus. Item humecta atq; fluida densamus, & sordida purgamus, caua replemus, & æqualia in cicatricem ducimus, sicut Responsionum libris chirurgiam scribentes monuimus. Ea autem quæ in cicatricem uenerunt sinapismis roboramus, prælatis metasyncriticis cyclis, & radicum uomitu, & cæteris quæ sua sunt. Tum resumpto corpore uehementer utilis hellebori albi datio probatur, quo corpora dissecentur, quæ non semel adhibenda, sed etiam sæpissime per interualla præroborato corpore. Itē nauigatio, & in aëres meliores transitus: sic enim passio soluet, aut nō ex ea deformatus ægrotans ad finē uitæ perueniet. Veterū aūt medicorū nullus istius passionis curationē ordinauit, excepto Themisone, atq; ex philosophis Democrito, si uere eius de elephātiacis cōscriptus dicit liber, quo sanguinis corruptionis causas cōscribēs phlebotomādos imperat ægrotātes, & dotādos decoctione herbæ, quā in Syria memorat nasci & in Cilicia: Sed neq; hanc dicere possumus, neq; passio tam difficilis hijs duobus adiutoris solui credit posse. Themison uero secūdo libro epistolarū ad Dimantē

[Margin: ἡλίωσις. δρωπακισμός. ψιχρολουσία. κατακλυσμός. Aqua στυπτηριάζουσα. σιδηρίζουσα. σμήγματα. D ἄκοπα μαλάγματα. Themison. Democritus.]

A scribens phlebotomari iubet, recte quidem, sed non stricturam considerans po-
tius quàm conuiuantē causam sanguinis detrahēdam: quod est æstimabile, atq;
ut ita dixerim, dogmaticum, sicut secundo libro de cœnotetis scribens Soranus *Libri Sorani*
docuit. Vtitur præterea uomitiuis ieiunus, itemq; radicum eorum confundens κοινοτήτων.
tempus: Oportet enim superpositionis tempore adhibere phlebotomiam, in le-
nimento uero uomitum. Item uentrem inter paucos dies leuiter deducendum
iubet, atq; superficiē corporis constringendā ungento myrobalani, cum aceto
& oleo rosaceo paruo, uel myrtino, & ammoniaci gutta cū alumine. Deponit e-
tiā ægrotantes in decoctione frigida ex herba perdicia confecta, uel plantagine,
aut murta, aut rubo, bis in die, atq; sufficienti tēpore quadā tarditate ægrotantes
imperat immorari. Dat cibos facile reflabiles, & potu magis aquam: quæ sunt
incongrua: Phlebotomia enim similiter laxatiuum genus est, & cibus reflabi-
lis, & singula ungenta quæ imperat adhiberi, constringunt. Item embasis, quā ἔμβασις.
fieri ex decoctione herbarum iubet supradictarum. Item ungenta condensant
corpora. Sed hoc passus est cum nondum limpide methodicam perspiceret disci-
plinam, & Asclepiadis secta circumseptus, passionis causam † in extasin æstima- *† intrinsecam*
ret, quam præstabat fieri † per ensem siue cutem: & ob hoc quærebat materiam *† superficiem*
à superficie ad altiora, uelut latius patientia, reuocare. Vtitur denique constri-
ctiuis extrinsecus, & rapit ad interiora ea quæ fuerint appositorum uirtute depul-
sa. Prouocat etiam uentris fluorem & uomitū, & utitur hellebori purgatione,
adhibito psilothro in tres uel quatuor dies, uel alio quolibet urenti medicamine ψίλωθρον.
usq; ad cutis ruborem, quo magis perseuerantem faciat passionē. Adhibet præ-
terea cataplasmata, ex quibus etiam succos adhibuit arnoglossæ, uel perdicij her-
B bæ. Item malagmata adhibet constrictiua, ex quibus nunc plurimi laudant ar- *Argagatio me-*
gagation appellatum medicamen. Item exercitium probat, & defricans cutem, *dicamen.*
declinat ungere, sed adhibet græcum, non conijciens hoc quoq; esse laxatiuæ
uirtutis. Adhibet etiam ammoniaci guttā cum aceto uel uino, aut quæ sunt in-
tra se contrariæ qualitatis. Item post exercitium sudationem faciendam igne ui-
cino, sed aqua frigida fouendos imperat ægrotantes, & usum hellebori geminū
probat: Quæ sunt quidem uera adiutoria, si tēpora quoq; seruentur, ut Respon-
sionum docuimus libris. Item quidam Themisonis sectatores initia quoq; pas-
sionis præuisa, coërcentes pronos ac decliues, uel uenturos in eandem, quos ui-
derint phlebotomant, & helleboro purgant: Eos autem quos iam possessos ac-
ceperint, ijsdem negāt curandos adiutorijs: siquidem corruptione quadam uel
laxatione extremæ cutis in corporibus hæc passio generetur, & sit arifica carnis
atq; mollifica corporis phlebotomia. Quapropter inquiunt esse frigorandā uel
siccandam corporis superficiem, quo possit eius humor ad intestina uel uentrē
recurrere, ac deinde clysteribus, uel purgatiuis medicaminibus, quæ catartica κλυστῆρσι
uocant, detrahēdo cibum. Præterea præpotandos probant ægrotātes succo ne- καθαρτικά
petæ, seruata moderatione quātitatis, quæ neq; minuenda, neque superanda sit:
tribus cyathis usque ad sex. Cibum etiam dandum frigidum, atque constricti-
uum & paruum: Potum frigidum, sed meratum, ex uino uehementioris acrimo-
niæ, atq; albo, uel ueteri: & sæpe tenendos ægrotantes, uel siccandos abstinentia
bibendi, siccioribus reficiēdos cibis: Quæ sunt utraq; incongrua ac dissonantia
siccandæ cutis, secundum eorum intentionem: Sic enim, ut aiunt, è superficie
transmittendus est humor ad altiora, atque eò prouocandus, ut clysteribus ac
purgatiuis medicaminibus excludatur per uentrem: erit enim contrariū, siti atq;
siccioribus cibis, & uino supradicto altiora siccare. Item aliqui horum multi-

tudinem

C tudinem intuentes frequenter adhibendam phlebotomiam, atq; clyſteres, & uentriflua medicamina, quæ catartica uocant, iubent: & magis diacameleos appellant, quibus neceſſariò corrumpentes ægrotos in peiorem habitudinem cor-
καχεξία. poris uertunt, quem Græci cachexian uocant. Item alij corruptione hoc fieri, atq; mutatione ex uenenis effecta æſtimantes, temperatiuis uti medicaminibus
Lac aſininum. decreuerunt: Ex quibus magis aſinino lacte ægrotantes potandos imperãt ſim-
σχιστόν. plici, uel accurato, quod ſchiſton appellant. Item uino dulci, & cibis ſimilibus, quibus fœda digeſtione corruptis maior efficitur corporis corruptio. Ordinant
θηριακὴ μιθριδάτιος. præterea theriacam dandam, quam cuncti Mithridatiũ appellamus: Quæ quidẽ recorporatiua uirtute mederi poſſe perſpicitur. Dant etiam uiperas mandendas, ſed amputato capite atq; cauda, menſura digitorum quatuor, cætera coquentes atq; obdulcãtes ſale & oleo ægris offerũt comedẽda. Alij etiã aqua ex labris quibus candẽs tingitur ab operantibus ferrum potandos dicunt: cum ſit hæc paſſio ſecundũ plurimos ſcriptores ex aqua graui, quæ aut natura, aut aliqua corruptione fœdata ſit, ſæpius generata. Alij quoq; etiã cutis uulneratione affectandam probãt, qua corpus exhumoretur: neq; cunctis cõmune iudicium, & ignaris cognitũ prouidentes, quod peiorante paſſione ſuperficies corporis ulceretur. Itẽ alij ægrotũ in ea ciuitate quæ nunquã fuerit iſto morbo uexata, ſi fuerit peregrinus, cludendum probant, ciuem uero longius exulare, aut locis mediterraneis, & frigidis conſiſtere ab hominibus ſeparatum, exinde reuocari, ſi meliorem receperit ualetudinem, quo poſſint cæteri ciues nulla iſtius paſſionis contagione ſauciari. Sed hij ægrotantẽ deſtituẽdum magis imperãt quàm curandum, quod à ſe alienum humanitas approbat medicinæ.

DE PHTHIRIASI CAP: II.

D
φθειρίασις. ANtecedente cachexia etiã hoc ſymptoma generatur, quod nos accidens dicere poterimus. Sumpſit igitur nomen non à genere, ſed à multitudine pediculorum: Plurimi enim creantur nunc per totum corpus, nunc per eas partes quæ capillatura cõceptæ ſunt: & nunc conſueti atq; ſimplicis formæ, nunc ignoti, hoc eſt latiores, & duri magis ac ſæuientes morſibus uehemẽter, quos
Pediculi ferales. quidam ferales appellant: Nam ſæpe etiam ſub capillis inueniuntur corpora penetraſſe. Sequuntur autem ægrotãtes uigiliæ & pruritus corporis, atq; pallor, cibi faſtidium, & ſtomachi debilitas, & caluities: & eſt paſſio ſolutionis choleræ rubeæ egeſtione plurima per tenues uias emergẽte, qua hæc animalia generantur. Deniq; ſuperpoſitionis tempore iacere oportet ægrotos loco mediocriter frigido, atq; cibis conſtrictiuis, & temporibus iam ſæpe demonſtratis refici. Fomenta uero & perunctiones, & cataplaſmata membratim erunt adhibẽda, qualia Themiſon elephãtiacos curãs ordinauit. Sed ea loca quæ capillatura ueſtita ſunt erunt præterea radenda, ſuperpoſitione reſumptio adhibenda, atq; recorporatio, ſicut in cachecticis, uel elephantiacis ordinauimus, ſed iugia adhibenda
σμήγματα. ſmegmata, quæ nos laceſſentes, atq; purgatiuos pulueres nuncupamus. Item unctiones magis, cum mox fuerit capillatura deraſa præfotis partibus aqua marina, uel aceto ſalſo. Sunt hæc deniq; plurima ſpeciatim poſita, ut bulbi cum nitro atq; oleo contriti, quo mellis faciat craſſitudinem, ex quibus corpus erit illiniendum. Item ſtaphyſagria cum aceto atq; oleo trita, uel infuſa aceto & oleo,
ἁλὸς ἄνθος. tunc contrita cum ſalis flore, quem Græci halos anthos uocant, donec liquidi mellis ſimilitudinẽ faciat. Nunc etiã cum ſulphure uiuo atq; aceto: Vel ita pon-

A deribus composita medicamina, staphysagriæ drachmas duas, sandaracæ drachmas duas, nitri obolos duos, admixto oleo & aceto, donec in mellis crassitudinē ueniat. Vel sandaraca cum oleo, & nunc staphysagria, & abrotanum æquis ponderibus admixta calce, quam Græci conin uocant, & hijs similibus. Palpebris κόνις. autem erunt adhibendi sicci pulueres, atq; collyria, quæ Græci phlepharica uocant, nos palpebraria dicere poterimus, ex ære usto, atq; aneso asso: sed & lapide scisso, & pipere, & staphysagria confecta. Hæc etiam in hijs qui præter phthiriasin pruritu uexātur sunt adhibenda, adiectis magis feruentioribus aquis in usu lauacri, & asperginibus pulueris ex thure & nitro, & sulphure confecti. Item solicationes, quas Græci helioses uocant, adhibendæ sunt: Dropaces quoq; & uomitus radicum, & ea quæ iam sæpe de alijs memorauimus scribētes passionibus, quæ corpus recorporatiua uirtute fortificare, atq; in meliorem habitudinē commutare ualeant: Sic enim detracta corporis cachexia, quam nos malam habitudinem dicere poterimus, eius quoq; comitantia depellentur.

κολλύρια βλεφαρικά. ἡλιώσεις.

DE VENTRICVLOSIS, QVOS GRAECI cœliacos uocant, & de cæteris defluxionibus.

κοιλιακοί.

CAPVT III.

VEntriculosa passio, quam Græci cœliacen uocant, à parte corporis quæ patitur nomen accepit. Generatur ex antecedenti indigestione continua, uel tumore uehementi, aut dysenteria. Sequitur in hac passione constitutos uaria stercorum egestio qualitate atque colore, nunc tenuis ac soluta, nunc aspera B & inæqualis, uel constricta, & nunc alba, nunc similis urinæ camelorum, nunc flaua & spumosa, nunc prasina uel liuida, aut nigra, aut purulenta, aut sanguinea, cum graui fœtore & rugitu intestinorū, quem Græci borborismum appellant, atq; in exitu sonitū, & post effusionem factæ uelut scatentis stercoris uesiculæ: & nunc iugiter nocte atque die, nunc coadceruatim, sed interiecto spatio, ut per diem bis uel semel, aut interpositis uno uel duobus diebus, aut eo amplius: & nunc cum tensione atq; uentositate, & tormento, uel dolore aut singultu considente, atque conducta cute quæ uentrem circuntegit, attestante siti, & ipsius uentris feruore, & leui in interioribus torpore frigido: Sequuntur etiam uigiliæ, fastidium cibi, & aliquibus plurimus appetitus, uiriū debilitas, pallor subalbidus, & nūc febres, dehinc corporis odor teter plurimus, ut etiam quæ suis manibus tetigerunt computrescant, & difficile careant odore concepto. Tum uultus inflatio atq; pedum: Quibusdam etiam dysenteria congeneratur, cum facile fuerint intestina ulcerata, ob defluentiū acrimoniam. Est autem passio solutionis, & aliquando stricturæ complexa: Siquidem aliqua eius uideantur esse coniuncta, ut ex supradictis conijcitur: sed discernitur à speciali reumatismo uentris: Siquidem plurimæ in ipso fiant egestiones, sed non uariatæ supradictis concursibus. Quapropter cum adhuc noua, uel emergens fuerit passio, nec plurimi temporis, sed in superpositione constituta, quam Græci epitasin uocant, erit eo tempore locandus ægrotans constrictiua ratione, ut sæpe docuimus, adhibita requie: & quantum uires permiserint, abstinentia: Etenim ad perferendum atq; corpori adpropriandum cibum sumptum: nunc uenter patiens indignatur, tanquam oculi patientes uisus officio: in qua ætati somnus etiam plurimus curandus, atque sitis, & lanis mollibus uenter contegendus leuiter oleo hispano prætactus, uel melino, aut rosaceo, aut murtino, aut lentiscino oleo. Ac si uentositate quoq;, uel tormento affecti fuerint ægrotantes, dul

κοιλιακή. βορβορισμός, ἢ βορβορυγμός. *Reumatismus uentris.* ἐπίτασις.

C ci oleo dimissionis tempore lanæ tingendæ sunt. Perunctio uero ex oleo uiridi adhibenda: facies quoq; aqua tepida releuanda. Tunc cibus dandus, ut alica ex aqua frigida ita curata, ut sua caruerit difficultate, quod fiet ex farris tepore, aut decoctione palmularum thebaicarũ. Dandus etiam panis solus, aut cum eo oua
ὠὰ ἁπαλά. hapala. Itẽ pultes ex oryza, uel alica, aut farre, aut milio, ex paruo hyspano oleo confectæ, & paruo salis grano. Vel si dolor admonuerit, adhibẽda cucurbita longior: procurãdum tamẽ, ut si quid partis spongia ceperit solitæ, damnũ moderationi nõ sit: Tunc leuiter oppresso liquore, quo folliculi reflatio fiat, erit tentandũ ne clysteris cauerna fuerit clausa. Dehinc apponenda podici fistula dextera
ἀσπιδίσκος. manu usq; ad eius uerticulum, quẽ Græci aspidiscon uocãt, impulsu leui, & neq; recto ductu contra oppositas partes, neque superiora repentino, uel cum plurimo conatu: tumores etenim exinde atq; collectiones efficiuntur. Quapropter sensim, atq; paulo inferius inclinato ductu iniectio fieri debet ad illam partẽ, in
ἱερὸν ὀστέον. qua constitutũ est os sacrũ, quod Græci quoq; uocãt hieron osteon. Tunc illic enim spatiũ latius longaonis cũ appositione facta erit digitis detrahendus, quo cauerna fuerat obstrula, atq; sinistra manu continẽda immobilitate seruata clysteris fistula, & dextra comprimẽdus folliculus leniter ac moderate, quoties inferiora intestina ulcerata noscuntur. Erit deniq; paruæ longitudinis, atq; altioris cauernæ fistula procuranda, qua possit facili effusione patientibus locis medicamen tradere, ne suspensum ab hijs quæ patiuntur non solum nihil afferat commodi, uerum etiam sanis irruens officiat. Erit autẽ folliculi impressio uehementius facienda, atq; fistula longior procuranda in hijs quibus superiora intestina fuerint ulcerata, quo medicaminis liquores eò ualeant peruenire. Et hortandus
D ægrotans, ne retento spiritu quodam recursu referiat medicamen. Ac si magna fuerit putredo, quam menomen appellant, non erit immodicum etiam ex
ἀμφίτρητος. utraq; parte clysteris fistulam cauernare: quã Græci amphitreton uocant, quo possint medicaminum liquida per utranq; partem intestinorum lateribus aduenire: Tum cum omnis fuerit folliculus complicatione uacuatus, siue oppressione manus refusus, quo medicamina peruenisse sentiamus, erit detrahenda fistula suspensa manu, & distentis cruribus ægrotantis spongiæ commodãdæ podici expressæ ex decoctione calidi liquoris, in quo præcocta sint mala punica, quo
στύψις. constrictione quadam uirtutis herbarum, quam Græci stypsin uocant, atq; feruido tactu densatis partibus longaonis iniecta teneantur. Tum modico temporis spatio intermisso erunt etiam illa quæ clunibus fuerant supposita detrahenda. Et si fuerit æger in uentris officium prouocatus, in inferioribus ulceratione constituta, & magis si in longaone fuerit perspecta, erit hortandus paulisper resistere, & iniecta continere, tangentibus nobis easdem partes quæ pati noscũtur, quoties prouocari ægrum in egestionem medicaminis uiderimus. Ac si in superioribus fuerint ulcera, erunt permittendi egerere cum uolent: Etenim medicamen iam recurrens atq; defluens ad inferiora, longaonem sanum inutili uirtute adficiendo exulcerat: Nam quibus alienatæ sordes detrahuntur, ijsdem non ulcerata uitiantur exusta, cum admota corporibus tardius fuerint immorata. Exclusis igitur cum medicamine post sufficiens temporis interuallum muculentis humoribus, atque ramentis, & uarijs defluxionibus intestinorum, sufficienter operatum medicamen accipimus: quanquam non de perfecta curatione tutò pronuntiare possimus, cum sæpe ulcerationis particula in superioribus constituta minime ualeat medicamen accipere, & propterea non omnibus commodata curatio uideatur. Vel si commixtum putredini medicamen cuncta purgauerit hoc

A fit, hoc adprehendimus, cum solum præter aliqua purgamẽta fuerit exclusum. At si hoc egestio secuta fuerit quædam aliena, minus quidem purgata, tamen accipimus ulcera, & propterea sanitatis spem pollicentia. Item si nihil fuerit exclusum, neq; ipsius iniectionis quidquam, erit credendum necessariò medicamen inhæsisse, quantum sua ualuit potentia: & propterea sui operis integrasse uirtutem, quanquã non perfecisse uideatur. Nec recte culpanda uirtus est, quæ una iniectione non dederit sanitatem, cum plenam fecerit futuræ perfectionis fidem, perseuerationem sui persuadens. Vnde si omnino nullum fuerit redditũ, medicamen erit impauide accipiendum: atque è contrario si eius nulla particula fuerit retenta, & statim effusum, nullum sui demõstrauerit effectum, omnia desperanda: Est enim plurimæ debilitatis, atque alienatarum, uel mortuarum partium signum. Conijciendum præterea, ne ut sæpe contigit, uetustate medicaminum efflata uirtute nullus sequatur effectus: & propterea sicut iniecta sunt limpide reuocentur: Quapropter etiam hoc intuendum esse mandamus. Tum post egestionem factam spongijs erit postea detergendus: Vel si nihil fuerit exclusum, interiecto spatio unius horæ perunctum reficere ægrotantem cibis congruis, atque stomacho aptissimis, ut lactucæ thyrso, uel intybo cum aceto, quod fit ex murta confectum, aut oliuis fractis uel natantibus, quas colymbadas appellant, & ouis hapalis, & uolantibus nuper memoratis, quæ sint nutrita constrictiuis, ut murta, rosa, lentisco: Etenim eorum pinguedo sic defluxit, atque caro constrictiua sufficitur: magis in eorum pectoribus quorum plus ossibus uicina aptiora probantur: sunt enim teneriora cæterorum. Danda etiam pomorũ quædam constringentia, atq; olerum cocta, quorum superius, atque de alijs scriben-

B tes passionibus memorauimus, potui dabimus aquam frigidam: Quod si minime tolerauerint ægrotantes, dabimus feruentem plurimum aquam cisterninã: Et si sine febribus fuerit ægrotãs, dabimus uinum exercitioris paulo uirtutis, ut supra docuimus. Omnino enim inuitantes adpetitum, siue suscitantes, quẽ Græci orexin uocant, stomachi robur debemus custodire, nisi cum nausea etiam uenter fuerit resolutus. Oportet etenim curare, ne rursum plurimum cibum demus aut potũ: uel priusquã solidum cibũ sumpserint ægrotantes bibendum credant: Nam conuenit neque grauata, neque humecta intestina seruari. Si igitur medicaminis iniectio aliquo fuerit peccato uitiata, ut nõ omnibus adiutorij partibus informata uideatur, mox medicamenti monstrabit errorem: Nam quidam iniectione aliqua ex parte uomuerunt, aliqui stomachi ac uentris dolorem senserunt, singultibus atque nausea affecti, cum anxietate ac siti, & immitigabili ardore, & articulorum frigido torpore, & pulsu maligno, atque sudore uel defectu, aut pressura capitis, siue grauatione, quam carosin uocant: siquidem sit nimiæ uirtutis medicamen iniectũ in febribus uel uiribus uitiatis, aut in alto tumoribus constitutis. Vomitus autem medicaminis iniecti si ex tumore uentris fuerit factus, uel teneriorum intestinorum, tanquam in iliaca passione, sæpius ægrotantibus intulit mortem. Si autem nullo tumore subiecto fuerit effectus, ingerit uexationem atque metum: Aut ut sæpe contigit passionis significat depulsionẽ: Siquidem nulla pars ulcerum in intestinis à medicaminis contactu uideatur immunis. Tardante passione etiam recorporatiuis cõuenit uti rebus. Quapropter oportet ea quæ feruntur per uentris officium celeriter auferre, & ora ægrotantiũ spõgijs ex pusca frigida siccatis reficere, articulos ligare, & stomacho cataplasma constrictiuũ imponere, quod diadaphnidon dicunt, uel similis uirtutis. Odoramenta quoq; resumptiua adhibere, & frequentius cibo nutrire ex supradicta

 materia.

C materia. Ac si accepta non tenuerint, erunt secundo offerenda, adhibita articu-
lorum fricatione, cucurbita ori uentris infixa: uel si potuerit etiam à tergo inter
scapulas. Ac si dolor occurrerit & singultus ob ardorem atque sitim, fomentis
utendum est, & cataplasmatibus, & spongiarum uaporatione, & olei iniectio-
ne, quo possit medicaminis uexatio celerius obtundi. Perseuerante incendio,
etiam calida, & oleo, & lacte sunt iniiciendi: Et si nulla fuerit humoris significa-
tio, eorum frigidus adhibendus est usus: & ob mitigandam sitim iugis adhiben-
da oris collutio: dandus interea potus. Item propter articulorum frigus adhi-
διακέρτωσις. bendi tepores cum blanda manuum tenacitate, quam diacertosin uocant, item
διαφόρησις. unctio: Sudores autẽ si ex pressura fuerint apparentes, erunt detergendi ex dia
καρωτικοί. phoresi, & asperginibus cohibendi, & congruo cibo, & cæteris quæ de caroti-
cis scribentes docuimus: quibus depulsis, hoc est, præsentibus periculis eua-
dentibus ægrotis, si forte rursum in priscam dysenteriam uenerint, erit tentandũ
Calx multo tempore simplicibus uti iniectionibus, hoc est, hijs quæ sine calce, quam
ἄσβεστος. asbeston uocant, uel auri pigmento, quod arsenicon appellant conficiuntur.
Tum si perseuerauerit passio, ad uehemẽtiora transeundum, sed ex simplicibus
rebus confecta, sollicitam habentes calcis, uel auri pigmenti iniectionẽ: Opor-
tet enim putredini etiam cataplasmatibus occurrere: quorum sunt erui pollines
pusca decocti, & lentiscinum oleum acacia immixta, donec mellis sumat crassi-
tudinem, Item lenticula molita, cum melle, uel rosaceo, uel lentiscino oleo de-
cocta. Ac si putredinis causa sanguinis effusio fuerit consecuta, erunt spongiæ
expressæ ex aceto calido pubetenus, uel sub umbilico & coxarũ summitatibus,
ἰσχία. quas Græci ischia uocant, admouendæ: dehinc ijsdem locis etiam cucurbitæ fer
D uefactæ adfigendæ, articuli ligandi, dandus digestibilis cibus, & qui facile cor
pori insinuetur: Tunc uinum quod sit præcoctum in cortice mali punici. Inij-
ciendum autem acetum, nunc solum, nunc cum thure masculo, uel eius manna
contrita, uel quod ex confectione superat diatheon emplastri, cum sibi eius ma
teriæ miscentur. Imponenda etiam similis uirtutis emplastra, uel acacia aceto
soluta: Tunc donec scatere tentet coquenda, aut in amplo mali punici cortice
supra tepentem cinerem sensim calefacienda, & ex ipso liquore partes contegen-
dæ. Dehinc cerotaria apponenda ex oleo murtino aut melino, aut uiridi contri-
ta acacia atque consoluta, uel ex omphacino, aut œnanthino, cum ruta aut ba-
laustio, aut aliquando hijs omnibus: uel ut Themison composuit, acaciæ partẽ
unam, rosæ aridæ partem unam, ammoniaci guttæ partem dimidiam, ceræ par-
Vinum ami-neum. tes quatuor, & olei rosacei quod sit sufficiens. Hæc contrita in uino amineo,
& soluta cera cum rosaceo oleo miscenda: Ac si sanguis fuerit retentus, quod
fiet aliquando cum gelatur, aliquando densitate putrescentis uenæ, erunt discer
nendæ causæ hoc modo: Nam densatam intelligimus uenulam, quoties pulsus
exurgit, atque frigus corporis resumpto feruore mitescit, ægrotantis animus
melior, atq; spiratione corpus facillime releuatur: Ac si gelatus obstiterit san-
θρόμβωσις. guis, quod Græci thrombosin uocant, & propterea fuerit fluor celatus, supra-
dictis contraria sequentur, ut pallor, iactatio, pulsus paruitas, uel amputatio,
ἀσφυξία. quam Græci asphyxian uocant, grauedo, inflatio, frigidus torpor pubetenus,
ac paulo superius: tum defectio cum sudore. Quapropter erit aceti iniectio fa-
cienda tunc cum fluor fuerit abstinendus diurnis diebus cibo reficiendus æ-
grotans. Si autem plurima ex parte retenta putredine parua excluserint ægrotan
tes, quæ sint sanguinolenta & ramentosa, & propterea profectu apparente me-
lior esse curatione, adiuncto tamen metu ne retenta soluantur, oportet etiam

A secunda uel tertia die eundem trochiscum inijcere, sed solita, uel certe succum plantaginis, aut acaciã cum aqua. Sin uero quibusdam diebus sine officio uentris fuerint ægrotantes, ac rursum iniectionibus asperati, conijcimus in hijs non cicatricem ulceris factam, sed medicaminum supraducto cortice fuisse obtrusa: & propterea post effectum uentris nuda atque sordidata, rursum humorem fluere ordinabimus. Item tribus diebus lenticulæ coctionem crassioris succi inijciendam: Etenim intestina ui propria medicaminis coërcentur, quam Græci stypsin uocant, & ulcerum mitescit asperitas, & ex anterioribus medicaminibus facta conglobatio, siue cortex in saniem prouocatus cadit, & subiecta ulcera in cicatricem uenire coguntur. Ac si plurimo tempore ulceratio perseuerauerit cum corporis debilitate atque fastidio, erit frequentia medicaminum euitanda, siue iniectionum, siue potionum: Maior enim ex ipsis uexatio fiet, cum cibi appetitus extinguitur, & in fastidium ueniunt ægrotantes, nisi parua insuetorum multis fuerint consuetis admixta. Decoctionem autem lenticulæ secundo uel tertio per singulos inijciemus dies: Ex ipsa enim sufficienter intestina coërcentur, & latenter corpus nutritur, cum quadam particula digestioni usurpata uiribus profecerit ægrotantis: Tum cum limpida ulcera senserimus, erunt cohibenda ea quæ uehementius consiccare ualeant, quæ Græci styphonta uocant, & inijcienda medioariter constringentia. Ac si quisquam eorum non tulerit uirtutem, erit diachylon medicamen oleo roseo soluendum, ac diligenter liquefactum inijciendum, uel plumbeo mortario plumbeo pistillo circunducto immisso oleo rosaceo conterendum, donec in succum ueniat, atque crassius fiat. Horũ quoque similibus utendum monemus. Tunc uino leni, atque carne uolantum

B uel marinorum utendum, ut squillæ, mulli, carani: & pro modo uirium gestatione resumptionis causa. Dehinc cum omnia tuta uiderimus lauacrum adhibemus: sed non properanter, & magis cum forte iniectio fuerit facta trochisci, nisi primo uentrem egesserint ægrotantes. Tardãte passione superpositionis tempore ijsdem uti conuenit. In lenimenro uero erit fortificatio adhibenda corporibus per uariam gestationem, & uocis atque corporis exercitium. Post singulas egestiones adhibenda ex oleo & aqua calida, & decoctione lini seminis, aut fœnigræci, aut maluæ agrestis, ijsdem partibus, hoc est sessioni, quam Græci hedram uocant, & specialiter admouenda uaporatio ex pollinibus cataplasmate calido, uel saccello. Dehinc etiam radix agrestis maluæ decoctæ atque contritæ, & calida testa calefacta erit apponenda. Ac si iugis fuerit dolor, immittendus digitus usque ad altiora, præunctus adipe anserino cum fœnigræci semine cocto atque contrito, aut aliquo medicamine ex hijs quæ appellamus lypara. Ac si hæc minime fuerint inuenta, erit hoc cerotario faciendum simplici atque limpido: Et cum tempus cibi dandi occurrerit, adhibenda perunctio stricturæ congrua. Tunc nutrimento dandus panis ex aqua calida, aut alica lota, aut pulticula ex melle confecta, aut oua sorbilia cum pane. Potui autẽ aqua calida offerenda. Perseuerante autẽ tumore, adhibẽda cucurbita adiuncta scarificatione locis tumẽtibus, & uaporatio spongiarũ: Declinatione occurrẽte adhibenda cerotaria, & resumptio cauta: sic enim sedantur iuges egerendi uentris delectationes, um tumor mitigatione conquiescit: Atque ille qui putatur reumatismus indulgentia tumentium facilius abstinetur. Ac si æqualis tumori fluor occurrerit, utriusque erit conijcienda curatio. Quapropter si fomentum ex oleo hispano, uel melino, aut murtino, aut lentiscino adhibuerimus, & cataplasmata erunt ex aceto atque melle, uel stymmatibus præinfusis coquenda. Item

στύψις. *στύφοντα.* *ἕδρα.* *Lypara medicamina.* *Stymmata.*

C præſcriptis iamdudum iniectionibus concoquenda quædam conſtrictiua, ut murta, uel roſa, aut mala punica: lacte autem & cæteris admiſcendum amylum, & enatis matibus aliqua decoctio ſtymmatum adiungenda, aut mali punici, & apponenda rurſum ſeſſioni uaporatio ſtymmatũ, aut cantabri conligati, uel in aceto decocti, uel quam omelſin uocant, ex pollinibus panno conligatis, atque ex ſtymmatibus cõfectis: Perungenda etiam digito interiora longaonis ex cerotario oleo roſeo confecto, aut adipe cum oleo roſeo. Tunc poſt perunctionem ora lauanda aqua tepida: cibus dandus pulticula calida, ut de uentriculoſis ſcripſimus, quos Græci cœliacos uocant, ex alica uel farre, aut oryza, aut amilio, aut olyra, aut pane Alexandrino: Hæc ſingularia, uel aliquando amylo admixto, aut lacte, aut melle ex fauo expreſſo. Potus paruus dandus, ſed calidus: Tum effecta reclinatione reſumptio adhibenda. Ac ſi ſolutio fuerit urgentior, uel ſola, frigidus conuenit locus ægrotanti, & ſupina iacendi poſitio, paulo leuius capite locato, & ſuppoſitione lanarum, clunes uel inferiores longaonis partes ſubleuandæ. Adhibenda etiam requies, & impreſſus articulis manuum amplexus, uel ligatio paulo tenacior. Deponenda etiam omnis animi intentio, & magis cogitatio paſſionis auertenda: Admonet enim egeſtionem, ac prouocat inquietudinem in memoriam reducta conſcientia. Erit denique perſuadendum, ne quoties fuerint ægri in egeſtione commoti, ilico uentrem facere feſtinent, ſed quantum potuerint reſiſtendo differant motu: Fit enim quædam meditatio, atque frequens egerendi conſuetudo, & oportet effugere laborem motus, ac nutandi corporis frigus, niſi forte acrior, aut incendioſa fuerit defluxio: Retenta enim ſeſſionis in locis, quam Græci hedran uocant, longaonem exurit. D Conuenit denique ſi poſſibile fuerit ægros ad ſeſſionem egeſtionis deportari, aut humilius è lecto ſcaphia poſita ad egeſtionem produci faciendam. Vel ſi plurima fuerit corporis defectio, qua iacentes non ualeant fluentia retinere, erunt egeſtiones ſpongijs ſuppoſitis excipiendæ, & medijs partibus apponendæ lanæ, nunc oleo conſtrictiuo prætinctæ, uel decoctione buxi, uel murtæ, aut mali punici, & horum ſimilium ſtymmatum, uel ſuccorum con- βυρσοδεψικόν ſtringentium, nunc aſperſo rutherginario, quem Græci byrſodepſicon uocant, uel trita galla erunt media ſiccanda: hæc enim conſtrictionem ſine ullo frigore fore promittunt. Dehinc apponenda ex palmulis epithemata, & malo cydonio, & balauſtio, & alumine, & horum ſimilium, ſicut de cœliacis, uel ſanguinem ſpuentibus, aut ſtomachicis ſcribentes docuimus. Inijciendus etiam per clyſterem ſuccus plantaginis, aut polygoni herbæ, uel intybi, aut uuæ lupinæ, aut herbæ caricariæ, uel ſemperuiuæ, aut meſpilæ, maluæ, aut oryzæ, aut decocti- κύτινος ῥόας one mali punici, uel eius caduci, quod Græci cytinonrhoas appellant, nos ampullagiũ. Et aliquando hæc ipſa erunt cõterenda, uel roſa, aut rubus, quam Græci bathon appellant, aut lentiſcus, aut galla, aut thallia, aut rubi uirgulta, uel uitis ἕλικες anuli, quos helicas uocant, aut ſalicis folia, aut ex uino bunito hijs qui ſine fe- οἶνος βουνίτης bri adficiuntur: ex aqua uero hijs qui febricitant. Item ros ſyriacus, aut omphacium, aut acaciæ ſuccus, uel hypocyſtidos herbæ, aut balauſtij drachmæ duæ, in quatuor uel quinque cyathis conijciendæ: Eſt enim ea quãtitas iniectionis redundans, hoc eſt, ſiquidem plurima grauedine quadam prouocet uentrem. Item lenticulæ decoctio, aut licium indicum cum lacte. Sint autem amyli drachmæ quatuor, licij drachmæ duæ, lactis cyathi ſeptem uel octo: Extendenda enim hæc ſingula atque minuenda ſunt pro magnitudine ſolutionis, ac uirium

ægrotantis

A ægrotantis. Ac si plurimus fuerit in ulceribus sensus, ut medicaminum constrictione lacessita indignentur, erunt iniicienda ea quæ cum dulcedine admota partes ualeant præsiccare, quo neque ulcerationem prouocemus, neque fluorem negligamus. Ex quibus est in febricitantibus succus ptisanæ cum adipe caprino, contrito atque commixto tracanto, uel gummi, aut argillirici radice. Sed illa duo infusione præmollienda: radix autem coquenda, aut rosaceo oleo ouum commixtum, aut lac coagulatum, uel cum amylo concoctum ad tertiam partem. In hijs uero qui sine febribus fuerint, passum conuenit Creticum, & uinum squilliticum supradictis speciebus. Tum refectionis tempore unctio adhibenda ex oleo hispano, ac deinde ora lauanda pusca tepida. Cibus autem specialiter, ut in cœliacis ordinauimus dandus. Similiter etiam potum conuenit dare. Lac quoque bibendum præcoctum, quod appellant diacocleon, siue singulare: Etenim fluores crassificando cohibet, & ulcera deterget, & acrimoniam humorum temperat, & sine ullo labore corpora nutrit. Est autem coctionis hic modus: Lac sumendum ex agresti pastu perfectum: Etenim in ciuitate nutritorum animalium reprobamus: siquidem capræ è salsiore pascua sitientes plurimum atque coadceruatim bibãt, & multum lac, sed aquatum faciant, quod est constrictioni uentris incongruum. Quapropter magis ex caprea, quæ lentisci pascua, uel murtæ, aut rubi, aut uitis folijs, uel quercus, aut salicis, uel hederæ, aut terebinthi, aut herbæ calicaris, uel polygonij, aut plantaginis, & horum similibus fuerit nutrita, erit lac accipiendum: Confluxit enim constrictiua qualitas herbarum in lactis qualitatem: Nam sæpe diagridium, uel helleborum mandentes purgatiuæ uirtutis efficiunt lactem, sicut procicolium comedentes lac generant, quod uisum præstet accipientibus abunde.

οἶνος σκιλλιτικός.

Lac diacocleon.

Lac caprinum.

B Denique erit primo probandum, atque eligendum quod sit albidius, atque sine ullo odore, & neque globosum, hoc est, frustis coagulatis uariatum, quod Græci thrombodes appellant: neque in urinæ similitudinem mutatum, quod ijdem uroides appellant, sed quod possit unguibus destillatum manere sua tenacitate collectum. Boni igitur, ut diximus, lactis quatuor uel quinque sextarios oportet in uas fictile mittere siue æneum, immittendæ & cochleæ, quas nos lapides marinos, uel fluminales accipimus, non marinæ igitur ob salsitatem, sed fluminales inustæ: primo quo sint igne pellucidæ, tum auferendæ: & exsufflatis omnibus, quæ de se forte dimiserint, ac depurgatis supradicto uasculo immittendæ, ac ferulis lac cum ijsdem cochleis mouendum, donec ad mediam ueniat partem, siue tertiam: Dehinc refuso lacte proijciendæ priores cochleæ, atque aliæ innouandæ similiter exustæ, sed per profectum numero, atque forma minores longa per interualla. Hæc confectio lactis diacocleon appellatur. Sine hijs uero confectio erit longe simplicior, quã Græci aperiergon uocant: Vas enim lactis erit imponendum igni molliori, & immissa ferula metienda mensura totius ac dimidiæ, & tertiæ quantitatis, quo non coniectura, sed uera dimensione coctionis quantitatẽ sumamus. Tunc ex ipsa ferula circulato ductu mouebimus coquẽtes, ne lateribus uel fundo iugi mansione insidãt: Dehinc ultimo coctionis tẽpore plurimus detrahendus est ignis, & cũ ad partẽ dimidiã, uel tertiam uenerit, erit in aliud uas refundendũ, exinde ægro dandũ, non frigidum, sed leuiter gelatum, quod galactodes appellant. Ac si forte stomachi fuerit euersio cõmota cum accipere ægrotantes horrescunt, erit frigidum dandum, prætecto uasculo niuibus: Vt enim mel decoctum fit constrictiuum,

Lac θρομβώδες. οὐροειδές.

Cochleæ lapides.

Lac ἀπερίεργον.

γαλακτῶδες.

C ὀῤῥόν. sic etiam lac deposito atque excocto tenuissimo liquore, quem Græci orrhon appellant, & uapore concepto constrictiuum fieri necesse est. Conuenit denique etiam supra dictus ex regula motus. Est enim uirtute constrictiua, & sui corporis raritate, tenuitatem lactis, uel aquatum à liquore ebibens. Accipere autem ægrotantes debent pro passionis magnitudine, & sumendi uoluntate, quam Græci orexin uocant, quidam plurimum, quidam paruum, & primo ex ea decoctione, quæ sit ad dimidiam partem redacta. Tum ex ea quæ ad tertiam uenerit partem: siquidem sit paulo plus constrictiuæ uirtutis. Sed erit eius usus comparatione prioris minuendus. Tunc post bibitum lac nullum potum sumere debent ægrotantes: Est enim ratione carens lac decoctione constrictũ, supermisso liquore in aquam uertere. Præterea in hijs qui sufficienter, uel quantum uoluerimus sumpserint, nihil erit omnino superdandum: Hijs uero qui minus accepisse uidebuntur, sicut de cœliacis ordinauimus, erit superdanda pulticula ex lacte confecta, ut destinatus impleatur modus. Tunc post intermissionem mediocrem si quisquam nauseauerit, erunt danda mali punici grana, uel acinæ uuarum siccarum, quas fabriles appellant, aut mespila, uel sorba. Quidam igitur primam decoctionem probauerunt secundæ præponendam: Siquidem lac in semet uelut calcis qualitatem accepisse uideatur, qua possint putredines ulcerum abstineri. Alij uero secundam magis probauerunt, quibus etiã nos consentimus: Non enim admixtæ supradictæ qualitatis causa est abstinendæ passionis: Potest enim etiam quiddam calcis uiuæ, quam Græci asbeston appellant, lacti admisceri. Sed est incoctio siue insumptio aquosi liquoris, quo amisso syncerior lactis qualitas fiat, quæ neque curiosa confectio, neque nidorosa, uel fumosa sufficitur, si simplici coctione fuerit procurata: Cum enim lac se à suo humore separauerit, quam Græci orrhon appellant, crassius effectum ac uiscosus insidens uentri, atque intestinis, & multo tempore immoratum liquida concrassat, & ulcera mitiganter amplectitur. Item alij tertiam partem aquæ lacti miscentes decoquunt, adserentes quod sit decoctio melior, ne ullo nidore siue fumo, aut ustione lactis natura uitietur, ob aquæ admixtionem. Hij autem si usqueeo coquendum iubent, donec ad modum præmixti redeat lactis, qui fuerat priusquam aqua misceretur, & liquidius conficiunt, & non sine suo naturali liquore, quem Græci orrhon appellant, ægrotantibus dabunt, prisca lactis quantitate seruata. Sin uero ad partem dimidiam uel tertiam decoquent, non solum plurimum decoctionis tempus insumunt, uerum etiam tarditate coquendi diutina fumosum faciunt medicamen. Hæc sunt quæ in ipsorum erroribus respondemus: Eius autem datio erit discernenda: Nam primo gelatum bibi debet siue tepens, quod Græci galactodes appellant: tum feruens. Sed cum primo fuerit profectus aliquis ex ante dato: Hinc enim perfecta passionis fiet abstentio. Ac si quisquam ægrotantium lac sumere noluerit, aut horrido uisu, aut stomachi supinatione recusans, erit alijs adiutorijs adiuuandus. Et si ulcus fuerit in superioribus ac densioribus intestinis, utendum medicaminibus potis, quæ Græci anoterica uocauerunt: Etenim quæ inferioribus clystere iniiciuntur hæc magis patientibus aptanda sunt locis. Et cum cibi fuerint adpetentia seruati, nec ullo fastidio ægri uidebuntur adfecti, erit medicaminum consueta magis eligenda materia: ac si fastidium fuerit, sola probanda. Sed eorum compositionem atque ordinem ex hijs quæ de cœliacis ordinauimus sumi mandamus. Licet præterea cum hijs etiam acaciæ, uel œnanthes ex aqua cisternina contrita, donec collyriorum faciat crassitudinem,

Calx ἄσβεστος.

D

Medicamina ἀνωτερικά.

A dine rotundata frusta dare bibenda, aut resoluta cum uitello oui assi in quantitate dimidij cochlearij, aut aqua resoluta: in hijs qui febre afficiũtur tribus cyathis: in hijs uero qui sine febribus sunt cum uino erit offerendum. Præterea communiter etiam hæc quæ sanguinem expuentibus dantur probamus: Quorum est succus plantaginis, uel una die ac nocte rhus syriaci infusus uino uehementiori: Quo detracto oryza immissa uino coquemus: Dehinc lenticulæ pulmentum decorticatæ atque subassatæ in pulticulæ modum conficere. Item oua aceto cocta, uel ouorum uitella, quæ sint carbonibus assata. Item decoctio ex plantagine, aut agresta, & intybo, quod cicorion Græci uocant. Sed hæc singula erunt duplici coctione curanda: Nam post primam coctionem erunt in aliam aquam transferenda cum alijs nondum coctis: Quorum coctione perfecta priorum secundum probamus effectum. Erunt præterea hæc condienda oleo uiridi, & aceto, & paruo sale, uel quod est melius, rhos. Et si sordidum tardauerit ulcus, iniectione mulsi perseuerandum probamus, nisi solutio fuerit adiuncta: Vel decoctione mali punici etiam, si crebræ temporaliter uentris egestiones: quæ quidẽ erunt terenda. Item corticis pini, aut subassatæ interioris tunicæ, siue corticis glandis, quam sardianam uocant, aut pulenti, aut cuiuslibet materiæ uehementius astringentis. Ac si quisquam harum uirtutum recusauerit usum, horrens oblata, siquidem sensu torqueant acriore, erunt hæc mellis decocti atque durati latitudine cingenda, quo sub dulcedine lateant acriora, & nihil eorum uirtuti derogetur: siquidem etiam mel coctum constringat. Item malorum punicorum trium mediæ magnitudinis corticem sumẽtes, admixto uino lymphato, B hoc est, aqua temperato coquemus, in hijs qui sine febribus afficiuntur, uel declinante causa melius habere uidentur: Cũ cisternina uero heminas sex, quas cotylas Græci appellant, in hijs qui etiam febribus afficiuntur, donec ad tertiam partem liquor deueniat. Tum ex ipso duos uel tres cyathos ante cibũ dabimus ægrotanti, uel eadem mala omnia contusa atque colata, uino aut aqua immixta erunt offerenda non plus cyathis duobus. Item mala cydonia cum malis punicis decocta in uino dulci, aut squillitico, tunc fricatione siccata atque crassificata cum lacte dato conueniunt, uel aquæ cyathis sex. Item ges aster cum aqua ducta curationi conuenit. Alia quoque plurima simillimæ uirtutis infinita specie concurrunt. Item cibo danda alica cum uino melino aut murtino aqua temperato. Tunc plurimo profectu accedente dandi turdi, atque pulli gallinacei, uel columbarum atque uolantum quæque sicciora, ut phasiani pectora, uel perdicis, aut attagenæ agrestis: Quæ singula erunt postea apte coquenda, aut mediocriter assanda, ne lignosa fiant, & digestioni officiant. Aliquando etiam erunt hæc animalia reclusis pectoribus uirgultis murtæ penetranda, aut eis magis replenda. Tunc mediocriter coquenda, ac deinde farina conspersa tegenda, & cinere calido maturanda. Item maritima quæ sunt densioris carnis. Agrestium quoque, hoc est, leporis uel capreæ conueniunt pulmenta, uel pomorum, quæque uiuida uirtute constringere ualent, ut mala cydonia cocta uel assata. Item pira, sorba, mespyla, quæ nondum fuerint maturitate dulcia, pruna agrestia, mali punici grana cum exterioribns membranis exiccata. Itẽ uua, & magis fumi uapore siccata, quam fabrilem appellant. Omnis præterea cibus erit diligenter masticatione exercendus, quo digestibilis fiat, ne uenter debilitate segnior plurimo laboret nixu appropriãdo corpori quæ sumpserit. Melius autẽ partibus erit apponendũ diatheon medicamen, & omne quod fuerit siccatiuum malagma, uel aceto confectum. Tunc etiam uinum dandum, quod fuerit natura plurimum constringens,

Sardiana.

Vua fabrilis.

C gens, ac pro regionibus cognitum, ut in Italia Prænestinum appellatum, uel Surentinũ, & magis Signinum ac Marsicum: Ex quo oportet etiam alicam myro curatam dari. Ac si forte hoc uini genus minime fuerit repertum, erit quiddã aquæ calidæ admiscendum, quod eandem ualeat imitari uirtutem, ut rhaponticum, uel illud quod Græci appellant inter corticem quercus inhærens, pertetã neruorum fila teneriora. Item rhus linteo ligato, uel galla uiridis, quæ appellata est omphacine, aut uitis amyli, quas elicas appellant, aut uirga rubi, aut cerasia, aut mala punica, aut fabæ græcæ folia: Non hæc quidem erunt iugiter adhibenda, sed medicaminis uice. Tunc apparente magis profectu adhibendum lauacrum, & corporum motus per gestationem, uel deambulationem insinuandus. Ac si passio perseuerauerit transacta superpositione, erũt ijsdem quæ supra memorauimus resumendi ægrotantes, adiecto uocis exercitio cum corporis uehementi defricatione, & magis uentris in locis. Item cyclus iuxta regulam, quæ aut qualitatis solius habeat ductum, ut æquali quantitate seruata descensus uel transitus ad parui nutrimenti mutationem ueniat, ut à tardis uel paruis uolantũ animalibus ad palumbos uel perdices, & hijs similia. Aliquando per quantitatẽ solam, ut eodem pulmento seruato, exempli causa, perdicis, & paruo modo ueniant ad plurimum. Tunc erunt utraq; iungenda, ut etiam qualitate ac quantitate uariatus formetur cyclus, cum uires ægrotantis ualentes uiderimus. Quomodo autem initium sumendum sit, uel panis fieri partitio: uel quia in pulmentorum mutationibus uinum uel lauacrum detrahimus, ex iamdudum dictis accipiendum probamus: Sed lauacra rara atque calida magis inuenimus aptissima. Tum confirmato corpore, ac resumptis uiribus uomitum cõuenit adhibere: & primo ex simplici potu, secundo ex radicibus, quo partiliter locale adiutorium uentri præstemus, & quodam uehementi motu, ueluti purgatione per uomitum effecta, omni impedimento digestionis officij liberetur. Tum transeundum ad mediæ qualitatis pulmenta, & cætera cyclorum ordine suo reddenda usque ad porcinæ pulmenta. Itaq; agrestium, hoc est, leporum atq; capreæ danda iamdudum docuimus. Dehinc adiungenda drimyphagia, quæ sine uomitu erit adhibenda uno uel duobus diebus, ac deinde cæteræ cycli partes integrandæ. Conuenit præterea oliuas nigras aceto decoctas, cum mali punici cortice contritas, admixto pipere albo, & oleo hispano modico, atque recenti ieiuno ægrotanti dare: nunc nulla addita specie, nunc adiuncto pane. Ordinanda etiam cætera resumptiua atq; recorporatiua uirtute medentia, ut gestatio uaria, deambulatio, uocis exercitium, perunctio, defricatio, quæ nunc exercitij tempore, atque uncto nunc arido uel sicco erit aptissima. Item sicca cibatio, & cucurbita recorporatiuæ uirtutis secundum medias partes, dropax illitus usque ad uentris cõfinia atq; uertebrorum, psilothra, sinapismi, & paroptesis usque ad cutis ruborẽ, cum defricatione ex oleo atque nitro. Item arena sole ignita, acopa acriora, ut ex euphorbio, & opobalsamo, & simili uirtute medentibus confecta. Item malagma secundum uentrem, quod appellatur diatapsias, uel diacapaneos, & diaeuphorbium, & aliquando parua sumptio medicaminis poti, quod appellamus diatrion pipereon. Et sunt hæc cuncta medicaminum libro conscripta Responsionum. Item peregrinatio atque natatio maritima, & naturalium aquarum. Ac si fortificatum corpus rursum fuerit humoris fluore tentatum, quod Græci reumatismum uocant, conuenit hellebori dati decocti, uel radicibus inserti, quod catapaston appellant: Dissecat enim corpus, & quadam nouitate confirmat. Culpandi præterea etiam nunc ueteres medicinæ conditores: Hippocrates

Vina Italica cõstringentia.

Notantur ueteres medici.

D (margin letter beside "re: & primo ex simplici potu")

A Hippocrates enim libro quem ad sententias Cnidias scripsit, helleborandos *Hippocrates.*
principio ægros ordinauit, ultimũ adiutorium cæteris anteponens. Dat præterea
panem ita curatum, ut neque ab hominibus recte ualentibus posse digeri facile
uideatur. Item pulentum, atq; fœnigræci semina, cum sint hæc qualitate contra-
ria: alia enim astringunt, alia relaxant, & nulli adiutorio tempus adiunxit. Dio *Diocles.*
cles quoq; libro quo de passionibus atq; causis, & curationibus scripsit, proui-
dens siccandum corpus urinalibus medicaminibus, utendum iubet quibus non
solum humor uentris siccari minime posse perspicitur, uerũ etiam uesica in mor
bos cogi inuenitur. Item Erasistratus tertio libro de uentre prohibet cibos dige *Erasistratus.*
stibiles ac nutribiles, æstimans hæc facile posse corrumpi, nõ conijciens quoniã
omni ægrotanti digestibilium rerum usus conuenire perspicitur: quo minime
& in laborẽ mediæ partes, quibus digestionis celebrantur officia, cogi uideantur
officia. Prohibet præterea specialiter lenticulam, atq; mala cydonia, & si quæ si-
milis fuerint uirtutis, quo una uoce omnem congruam uideatur recusare cura-
tionem: Nutribilia etenim, quæ ob resumẽdas uires principalẽ tenuerunt locũ,
superfluũ est, ut æstimat, adhibere. Lisius etiã quarto libro Tardarum passionũ *Fortasse Lusius legendum est.*
principio adhibendum uomitũ post cibum probat. Sed cum noua ac recens in
corpore fuerit passio, sine dubio dupliciter nocens: primo quod intemporaliter,
etenim nouellæ passiones suasu quodam, & non agitatione uehementi sunt de-
pellendæ: dehinc quod incongruæ, siquidem sit uomitus post cibum grauabilis
capiti. Inquit præterea: si humoris perseuerauerit fluor, atq; longo tardauerit tẽ-
pore, & typico motu uentrẽ fecerit humectari, occursibus periodicis tribus uel
quatuor interpositis diebus uentrem conuenit prouocare. Vnde plurimi etiam
B lac offerendum probant, quod schiston appellatur, siue catarticum, quo in acu *Lac σχιστόν.*
tum potius, ac periculosum ueniant morbum: & exinde possit medicina tan-
quam celerem facilius curare passionem.

DE VENTRIS DEBILITATE. CAP: IIII.

ETiam hoc quidam symptomatis genus, quod nos accidens ap
pellare poterimus, scripserunt: & aiunt debilitate uentris acce
ptum cibum plurimo tempore in eodem permanere: aliquan-
do corrumpi: & magis cum intestinum, quod Græci nestin uo *νῆστις.*
cant, fuerit quoq; debilitate uitiatum. Fieri etiam inflatione se-
cundum uentrem existente, attestante paruo dolore & rugitu
intestinorum, quem borborismon uocant, cum plurimo sputu ac ructatione iu *βορβορισμόν.*
gi. Sed erit accipienda curatio ex hijs quæ cum dolore, atq; intestinorum tormen
to ægrotantibus adhibenda scripsimus.

DE VENTRIS TVMORE AC DVRITIA & uentositate, inflatione, ac saltu CAP: V.

TVmorem uentris extantia sequetur secundum præcordiorum
media, resistens atque dolorosa, attestante feruore & iugi sal-
tu, & aliquando febricula, cum fastidio & siti, anxietate, & ia-
ctatione. Sequentur etiam uigiliæ, & cibi corruptio. Sed discer
nitur à superiorum tumore, hoc est peritonei, siue cutis super- *περιτόναιον.*
positæ. Primo quod transuoratus cibus uelut percussum præ-
stet circa stomachi finem, uel uentris initium. Secundo quod adducta cutis digi
tis, conduplicata sequatur: Duritiam uero uentris sequetur extantia, plurimum
resistens sine ullo feruore atque pulsu, uel dolore, sed sola spiratione difficili,

& dige-

C & digestionis impedimento paruissimo. Item uentositatem sequitur tensio cum
rugitu intestinorum, quæ facile relaxetur, ac rursus colligatur: Et si palma fue-
rint partes pulsatæ, ut tympani resonum fingant: impressæ uero recessum fa-
ciant tardum, & detracta manu facilius surgendo concaua repleant loca. Infla-
οἴδημα. tionem uero, quam Græci œdema uocant, sequetur extantia partium. Sed faci-
le atque plurimum impressioni cedens, & neque tympani resonum fingens, neque
feruoris ingerens sensum. Item saltus commotos iugis sequetur, sicut etiam cor
salire perspicimus, cum nimio uel timore, uel gaudio afficimur. Sequitur etiam
sensus tanquam uolantis interius ab hijs omnibus, attestante inani tussicula lon
ga per interualla, & thoracis pungente tensione: Sed erit accipienda curatio ex
hijs quæ de strictura stomachi conscripsimus.

δυσεντερία. DE DYSENTERIA. CAP: VI.

ῥευματισμός. A Difficultate officij passio nomen accepit dysenteria. Est autem
διάρροια. intestinorum reumatismus cum ulceratione. Sed fit antece-
dente fluore, quem Græci diarrhœan uocant, aut cholera, aut
tumore uentris. Et est difficile celer, frequentius tamen tar-
dans passio. Sequitur in passione constitutos muculenta uen
tris egestio, atque è ramentis innexa, & humore crasso: pri-
mo cum naturalis intestinorũ defluit corpulenta soliditas: dehinc uaria, atque
D sanguinolenta, & fellosa, aut saniosa, atque feculenta, aut cũ gelati sanguinis cor
θρόμβος. pusculis, quæ thrombos appellant, & liuida, aut carnosa, & membranis pluri-
mæ longitudinis innexa, attestante graui fœtore, cum dolore ulcerum, & fasti
dio, & siti, atque interiorum ardore. Sequentur etiam uigiliæ, & aliquando febri-
cula, anxietas, iactatio, hebetudo, & aliquibus intestinorum rugitus, & tensio
cum uentositate, & impedimento urinæ reddendæ. In quibusdam etiam uomi-
tus, & saltus præcordiorum, aut torpor frigidus, lingua humecta, aut plurimũ
sicca, aut aspera, colore cinereo, aut liuido. Item corporis defluxio, & accepti
corruptio cibi feruens, cum iugi atque incessabili egerendi uentris desiderio, & in
eadem admonitione mordicatio intestinorum omnium, uel podicis, aut uicina-
πυλωρός. rum partium. Fit autem ulceratio aut in tenuissimis intestinis, ut pyloro, nesti-
νῆστις. di, typhlotero: aut in crassioribus, ut in colo, uel longaone: In omnibus enim
τυφλότερος. eodem tempore fieri, uel esse ulcerationem minime posse accipimus: siquidem
κῶλον. mors præueniat ægrotantes. Interioribus igitur intestinis factam ulcerationem
Longao. adprehendimus ex doloris sensu supra umbilicum constituto, siue ex eodem lo
co initium sumentem, & egestionibus uentris semper tenuissimis. Ac si in cras-
sioribus intestinis fuerit ulceratio constituta, sensus doloris secundum umbili-
cum efficitur, & egestiones uentris carnosæ apparebunt, & frequenter coagu-
lata magis atque coacta stercora egerũtur, cum solus fuerit passione longao uexa
tus, & magis eius inferiora: Præuenit enim, atque non sinit cibi digestionem in
stercoris uenire qualitatẽ. Aliquando denique ultimo egestionis tempore ulcerũ
τεινεσμός. tactu sanguinatio fiet, ut guttarũ distillatio appareat, & insignia tenesmi demõ
ἕδρα. stret. Quod iuxta sessionis finem, quã Græci hedran appellant, longaonis pars
ulcerata intelligatur, manifestis atque promptis concurrentibus signis: Nam
delectatione frequenti ægrotantes afficiuntur uentris egerendi, atque ipsa ege-
stio cum quadam uoluntate, & labore nimio efficitur tensio clunium, & pecti-
nis puberenus cum sensu, tanquã quiddam corporis solidioris inesse putetur.
Ipsa quoque stercora, uel eorum egestio parua, atque leuiter muculenta uideatur,

& humore

A & humore crassiore cōfecta: Excluduntur enim primo pinguia, dehinc sangui nolenta cum stercore coagulato. Nos deniq; tenesmon dysenteriæ adiungendā probamus: siquidē sit ulceratio partis intestini, nisi quis uoluerit ante ulcerationē solum tumorē appellare tenesmon: quod est quidē inconsequens omniū scribentium dictis, quibus tenesmus necessariò fuit prouidendus, ut sola proteruitate medicamina pota danda alacri temeritate confingant: sed etiam nobilium multi, ut Diocles libris quos de passionibus atq; causis, & curationibus scripsit, lac ordinat cum melle bibendū, uentrem prouocās in fluorē. Item murrhā cum ouis atq; uino cōmixtam, cū necessariò stomachū murrha euertere uideatur. Itē utitur ptisana cū adipe sorbēda: Itē galla cum opio, neq; discretionē qualitatū, neq; temporū memorans usum. Praxagoras libro primo Curationum statuit uentrem deducendum peplio & lacte plurimo, cum mulso, potans & aqua salsa, & succo betæ, & oleo cum mulso. Hoc condimento iniiciēs, & oleo, & liquido cerotario cum aqua, quibus uenter magis in fluorem prouocatur. Itē nutrit bis cocto pane, qui sit necessariò digestione difficilis, cum plurimū torretur. Itē piscibus saxatilibus, & carnibus teneris, cū debuerit densioribus magis ob stringendam solutionē: Dat aquam bibendā, & uinum dulce, quod etiam sanos inflare perspicitur. Offert farinā cum lacte coctā, quæ indigestibilis probatur: Sic etiam tritici ptisana cum cantabro. Ordinat etiā secundam & tertiam curationē, nullam adiiciens discretionē. Item Erasistratus secundo libro de uentre plurima recte componens, solis utitur constrictiuis, cum sint plurimi dysenterici laxatione indigentes. Themison primo libro Tardarū passionū plurima recte memorauit, aliqua uero correctione indigētia: Laxamenti enim causa, atq; lapsus faciendi aquæ, & arnoglossæ succo iniectionē faciendam probat, & hoc aptum etiam tumoribus memorat, quod ob cōstrictionē siccare perspicit. Adhibet etiā naribus atq; auribus, & angulis oculorū sanguinis detractionē, nihil propositis profuturā, & post cibum unctionē, quo tempore quies est adhibenda, ob digestionis perficiendæ facilitatē. Dat etiam uinum asperius, cum fluorem uehementescere uiderit atq; febrem. Et meratū probat offerendum, quo tempore ob augmentum passionis aqua uino infecta conueniat, maxime cum merata potio uexare neruos approbetur, quos Græci cremasteras uocauerunt.

Tenesmos dysenteriæ iungitur. *Diocles.* *Myrrha.* *Praxagoras.* *Erasistratus.* *Themison.* (B) *κρεμαστῆρας.*

DE COLICIS PASSIONIBVS. CAP. VII.

Principium huius capitis deest.

Concurrit præterea grauedo, sitis fastidium, & incessante passione, siue accessionis tempore articulorum frigidus torpor & liuor, attestante sudore: & mentis hebetudo, cum pulsus paruitate ac densitate. Item sequitur singultus, & uentris abstinentia, aut cum dolore egestio urinæ reddendæ difficultas, capitis grauedo, intestinorum rugitus scatens, quem Græci borborigmon uocant, & augmento passionis uomitus humorum crassorum, quos Græci phlegmata uocāt, tum felineorum, cum tensione membranæ quæ uentrem intra cutem circuntegit, & appellata est peritoneon, quæ perseuerans faciat inflationis causa resonū tympani, cum palma fuerint loca pulsata: Tum extantia cum rugitu plurimo, & dimissionis tempore uenti per podicem egestio cum magno sonitu. Ac si tumor fuerit insidens atque roboratus, erit extantia durior, ac puluoso attestante feruore, cuius circunspectio simplex, sed inæqualis esse uidebitur: quod discer-

βορβορυγμός. φλέγματα.

C nitur à iecoris ac splenis, uel peritonei tumoribus, qui in peritoneo sunt æquales: in iecore uero ac liene quadam circunspectione finiti. Est autem passio aliquando continua, ut plerosque tanquam ileicos interficiat: aliquando deficiens, ut sæpe tarditate perseuerans difficile curabilis fiat. Sed eius curatio etiam nunc strictura conueniēs probatur. Quapropter si acuta, uel celer fuerit passio, uel in superpositione constituta, conuenit ægrum iacere loco calido, contectis partibus in passione constitutis lana limpida atque calida. Adhibendus etiam fotus olei dulcis calidi, & sæpe memoratæ uaporationes cucurbitæ apponendæ leues, quas Græci cuphas appellant. Item uascula, quæ ambigas uocant, & sunt materia testea, uel uitrea confecta: Tum requies atque abstinentia cibi usque ad tertium diem, & si causæ poposcerint adhibenda phlebotomia. Ac si sumpto cibo quisquam dolore fuerit affectus, uel nausea, erit uomitus prouocandus sumpta primo aqua tepida, uel aqua & oleo, quibus potis immissis digitis accepta reddantur: Vexationem enim uomitus, sumptorum perseuerans pondus atque tensio, & mordicatio tumentium grauior uexatio iudicatur. Adhibenda etiam clysteris iniectio ex olei calidi cyathis quatuor, admixto & consoluto adipe anserino, uel gallinaceo, uel ouorum uitellis, aut decoctione lini seminis, uel hybisci radicis, aut maluæ usualis, aut fœnigræci succo. Iniiciunt autem aliarum sectarum principes etiam rutatium, aut anethinū, aut panacinū, uel ex cymino atque castoreo, & bitumine. Secundum Themisonem uero etiam cum absinthio: Castorei nanque uel bituminis duæ drachmæ cyathis olei quatuor miscentur. Ruta uero & anethum, & absinthium, & cyminum linteolo illigata oleo coquentur. Sed sunt hæc acerrima, & propterea tardis passionibus congrua, D quas Græci chronias uocant, uel uentositate laborantibus, & non causa tumoris dolentibus. Bitumen autem sæpe etiam fastidium ingessit euerso appetitu, quem Græci orexin uocant. Cibus dandus conueniens dimissionis tempore, atque alternis diebus, donec passio declinet, & sorbilis, leuis, calidus. Dandus etiā potus non plurimus, ne intestina grauentur, etiā ipse calidus. Tum post fomenta cataplasma adhibendum ex lini atque fœnigræci seminibus, & polline, * quod Græci magton appellant, aqua mulsa coctum mel decoctione fici pinguis, & hybisci radicis, & maluæ usualis, uel horum similium, cucurbita apponenda adiuncta scarificatione, uel hirudines admouendæ omnibus partibus in tensione constitutis: ac deinde uaporatio spongiarum expressarum in aqua calida, & oleo, & decoctione fœnigræci, & maluæ. Tunc post unctionem ex iisdem etiā encathismata adhibent. Quidam medici in hiis qui uento fuerint inflati, ex decoctione stercorum cum aromatibus coctorum uaporationem adhibendā probauerunt, ex quo liquorē etiam oxymelitos miscuerunt cataplasma cōficientes, admixtis etiā tunc aromatibus, uel nepeta herba, aut pulegio, aut hyssopo, aut cymino. Sed hæc in tardis passionibus adiuncta ratione locum sumunt perseuerante morbo. Conuenit in accessionis statu etiam bibere cyathos duos uel tres calido oleo diligenter admixto: Etenim incendia leuigat, & uentrem mollit, & tumorē mitigat. Quapropter magis hoc melius mulso probamus: siquidem sæpe conflammet atque inflet. Dantur etiam plurima alia bibenda composita uel simplicia, ut est Zenonis diasticon appellatum codicum medicamen. Item Cassii ex gingibere confectum, quod diagingibereos appellant: & mille præterea, quæ concurrenti tempore lacessendo medeantur: præter tempus uero grauationem ingerentia aliquos in periculum grauiter mittant, aliquos errore releuationis fallant, ob præsentis temporis perditum sensum, quod

Margin notes: ἰλεικοί. Cucurbitæ κοῦφαι. ὄρεξις. ἐγκαθίσματα. κατάπλασμα. Zeno. Cassius.

A quod Græci anæsthesian appellant, hebetudine partium suffecta. Item simplicia, ut decoctio apij, uel nardi celtiberici, aut herbæ saluiæ, aut polij, aut cymini ægyptij, uel rutæ, aut dauci, magis cretici, aut petroselini tribus cyathis aquæ calidæ admixto cochleari, uel asperso succo polij, aut cymini ægyptij, aut petroselini, aut cochleari castorei, itemque fœniculi. Sed est semper horum datio in tumoribus uitanda: siquidem sint acria uel lacessentia uirtute. Conuenit præterea cum totius passionis fuerit status, solio oleo calido pleno ægros dare, & firmata declinatione gestationem adhibere, aucta moderatione ciborum. Tum uinum, atque communiter resumptionem, & medijs partibus cerotaria ex oleo sabino, uel cyprino, aut sicyonio, uel glaucino, aut amaracino, aut laurino, aut panacino, aut rutino, aut anethino, samsucino, uel quod diatessaron appellatur, resina terebinthina, cera, iri illyrica, hyssopo, omnibus æqualibus: siue quod diapente uocant, pice, nitro, alumine, sulphure, cera. Sumendæ denique picis liquidæ heminæ duæ, & ceræ libra: Quibus solutis atque leuiter refrigeratis aspergendum nitrum rubrum tritum, & alumen scissum, & sulphur uiuum singulæ selibræ. Cum autem in lenimento tardauerit passio, conueniunt ea quæ fortificare ualeant corpus sine recorporatione demutare, ut uaria gestatio, & deambulatio, uocis exercitium, atque perunctio, adhibito monitore, siue fricatio cum retentione spiritus, & sphæræ lusus, uel cursus, & humerorum additus motus. Item cibus qui inflare minime possit ex mediæ materiæ qualitate, & tenue uinum, atque lauacrum longa per interualla: hinc enim facile corpora perfrigescunt. Item rubor faciendus uentris in partibus, atque inter scapulas & clunes ex dropace, uel sole, & flammæ paroptesi, uel parietibus, uel ceromate, B aut pellibus, uel arena littoris sole ignita. Item strigilis rasio adhibenda corporibus, & sicca defricatio ex asperis pannis, & cucurbita recorporatiua apponenda. Item unctio acoporũ feruentium acriorum, ut sunt diaeuphorbium, aut cacritum, nitri fricatio, & sinapismus, & uaporatio feruens ex aqua marina, uel salsa, uel supradictarum acriorum uirtutum decoctionibus, uel saccellis sale repletis: quibus præstitis uel corpori admotis erunt aliquando cauteres superponendi, & circuminuoluendi: Item farina circuncludendus locus in passione constitutus, & implendus item cauliculis, & oleo: tum immittendi cauteres igniti sensim, non usque ad loci scarificationem, siue ustionis effectum, sed usque ad ruborem faciendum. Tum malagma quod appellatur diaspermaton, uel polyarchion, aut diadaphnidon, diachylon, aut diaeuphorbium. Item aquarũ illisio patientibus locis, quam cataclysmon Græci uocauerunt, & iniectio clysteris rutacij, aut anethini, aut panacini olei, uel extenta uirtute aquæ salsæ. Et cum olim futuram superpositionem uiderimus, uomitus ieiunio adhibendus ex radicibus. Tum perseuerante passione etiam ex helleboro radicibus inserto: tum infuso, ac deinde conciso iuxta ordinem cycli partium cæterarũ. Dandum etiam potui medicamen, quod Græci theriacen antidotum uocant, uel diagingibereos. Peregrinatio quoque adhibenda, & longa nauigatio, & usus aquarum naturali uirtute medentium, & magis sulphuris ac medicaminis uirtutem redolentium. Item maritimarum, & primo feruentium, tum frigidarum. Ac si retentio uentris fuerit, ob egestionem faciendam adhibenda iniectio ex melle atque sale: Quæ si minime compleuerit effectum, etiam ex aloë admixto succo coliculi agrestis uel usualis, uel lapatij: ex quibus erunt catapotia facienda in erui magnitudinem, quorum quatuor uel quinque dabimus transbibenda. Itẽ marini coliculi offerendi. Erunt præterea præcauenda magis quæ passionem ua-

ἀναισθησία. διατέσσαρον. διάπεντε. Ludus sphæræ. κατακλυσμός. θηριακή. καταπότια.

C leant refricare, ut frigus, indigestio, libido, uel quæ inflare ualeant cum sumuntur: item frigida plurimo scilicet tempore. Veteres autem, & magis Erasistrati sectatores uentrem mouere medicaminibus certauerunt uentrifluis, quæ catartica uocant, uel pessulis, quos balanismos dixerunt.

Ventriflua. Catartica. βαλανισμοὶ pessuli.

DE LVMBRICIS. CAP: VIII.

ITem alij ad acriores clysteres confugerunt ex initio adhibendos, uelut Asclepiades: & aliquibus etiam fluor uentris efficitur sine lumbricorum exclusione, aliquando attestante fastidio & debilitate, & pallore cum tenacitate corporis: & nunc tussicula arida leui ex occasione commota: nunc solutione atque defectu corporis & animæ, quem lipothymian appellant. Pueris uero dormientibus turbatio membrorum efficitur, gemitu attestante cum iactatione, & stridore dentium, & sæpe contra solitum morem prona positio iacendi: Tum clamatio sine manifestatione, exiliente cum uocibus ægrotante. Quibusdam etiam repentinus casus occurrit, ut oppressi obmutescant, nunquam similiter affecti. Item aliquando conductione uel contractu membrorum rapiuntur, & quidam per interualla conticescunt, & in febribus demersione lethargorum simili premuntur. Item totius uultus paulatim nimia insinuatio, nunc detracto rubore mutantur, & aliquando articulorum frigore cum difficili responsione, siquidem interrogentur, manibus elatis iactantur, attestante sudore. In pueris uero lumbricorum conuersio, siue connexio sæpe occurrit, ut etiam tactu sentiatur durities in ea intestini parte, quæ fuerit magis in ultima tenuitate. Tum denique eorum euersione ægrotantes interficiuntur. Pulsus uero, ut etiam Themison libro nono Epistolarum designat, est inæqualis ac plurimum deficiens. Excluduntur autem nunc per uentrem, nunc per stomachum atque os, uel nares, & aliquando sponte connexi in sphæræ similitudinem: plurimi amplexu mutuo uinculati, aliquando singulares. Itẽ sanguinolenti, uel fellosi, aut cũ stercore per podicẽ, uel humore felleo, uiui aut mortui, pleni aut inanes, & omnes, aut ex parte, albi uel fului. Alia denique plurima sequentur ægrotantes, quibus designari supra memorata necesse est: Et nunc parua, nunc plurima pro quantitate animalium ac forma: uel quod nunc plurimum, nunc parum noceant, locorum differentia uariante, cum nunc ad stomachum ascendunt, nunc in intestinis perseuerant, & ægrotantium uires nunc debilitate, nunc fortitudine habituantur, & nunc cum febribus, nunc sine febre. Sed quoniam multa ex accidentibus alijs quoque similia passionibus inueniuntur, ut alienatio mentis furori, atque phrenetidi, uocis amputatio, lethargo, & præfocationi matricis, & apoplexiæ, & epilepsiæ, atq; apprehensioni sensuũ. Qui autẽ ex lumbricis patiũtur nunquã spumas excludunt. At uero præfocatio ex matrice cum ascensu matricis efficitur, quem Græci anadromen uocant, & magis in ætatibus perfectis, antecedente matricis ægritudine. Ex lumbricis uero facta uocis oppressio magis ætatibus imperfectis adscribitur, antecedente uentris atque intestinorum querela. Item à catalepticis discernuntur lumbricis laborantes: siquidem illi in febribus obmutescant maiore atque percussibili pulsu testantes. Qui autem à lumbricis id patiuntur, etiam sine febribus uocis amputationem sustinent, cum pulsu paruo atque crebro. Item ab ileicis discernuntur, qui lumbricorum tormento uexantur: siquidem neque uentris officium in hijs abstineatur, uel pallor antecedat, aut contra consuetudinem iaceant proni, uel dormiant cum gemitu,

λιποθυμία. D *Themison.* *ἀναδρομή.*

A mitu, & irrationabili exclamatione. Item à stomachicis discernũtur, cum nullus fuerit humor in stomachi partibus inuentus, & intestinorum tormenta sustineant. A syntecticis uero discernuntur, quod nulla querela tormentorum, uel conuersionis, aut doloris in intestinis, uel uentre afficiãtur: quod necessariò lumbricis laborantes sequetur. Item ab hijs qui naturaliter, uel ex multitudine cibi per somnum labia conducunt in similitudinem sorbentium, uel sine ulla ratione aut exiliunt, quod moderatione accedente, atq; cibi facta deductione releuantur. Hij uero qui lumbricis afficiuntur magis uexentur parcitate ciborũ. Hæc est similium discretio passionum. De exclusione uero siue egestione lumbricorum ueteres medici præsciam significationem posuerunt, & appellauerũt prognosin: in quo diuersa senserunt: Nam Hippocrates libro Prognostico significare inquit lumbricos interfectionem ægrotantis, quoties mortui fuerint exclusi omnibus in morbis. Item quidam communiter mortuos lumbricos aiunt grauia denuntiare: siquidem ostendant inesse corpori ruptionem. Diocles libro Prognostico euomitos inquit lumbricos nihil alienũ significare, nec esse absurdum: per inferiora uero excludi quoque lumbricos non admirandum, sed mortuos & inanes esse melius ac salutare: Viuos uero atque plenos & sanguinolentos pernitiosum. Item libro de egestionibus scripto, uiuos uel plenos, ac sanguinolentos febribiles dixit. Erophilus uero libro quem ad Hippocratis Prognosticum scripsit, siue uiuos, siue mortuos excludi negat incongruum. Apollonius Glaucus libris quos de Interioribus scripsit, reiectos rotundos lumbricos initio significare indigestionum frequentiam, ultimo uero ægritudinis properare iudicium, quod crisin appellant. Item uiuos ac plenos, & B sanguinolentos non recta portendere. Apollonius Memphites percunctatiuo, siue uniuersali modo, quem Græci catholicon uocant, omnia inquit in intestinis animalia nata in morbis grauia significare, & magis mortua, quàm si uiua excludantur. Item Antiphanes libro quem Panopten appellauit, melius esse per inferiora, quàm per uomitũ lumbricos excludere, & solos magis quàm cum stercoribus. Chrysippus Asclepiadis sectator, libro tertio de lumbricis, solis in celeribus causis, siue periculosis mortuos inquit lumbricos egestos interfectionem ægro portendere: Ostendunt enim mortui aciem uehementem inesse, quando magis ægri periclitantur. Sic inquit denique Hippocratem ferri, dicentem suo libro, eos qui in ægritudinis declinatione cum stercoribus egeruntur, nihil graue significare. Sed neque inquit Dioclem Hippocrati contrariam protulisse sententiam, dicendo mortuos uel inanes esse meliores: siquidem hic in febribus solutionum hoc dixisse uideatur: Hippocrates autem mortem significare, sed in febribus stricturæ. Nos uero communiter significari aliquam ex lumbricis dicimus corruptionem, quam lientericis irruentem bonum quicquam portendere iudicamus, de ipsis scribentes docuimus: in omnibus uero cæteris noxiam. Item sanguinolentorũ exclusio etiam debilitatem significat: Albi etenim, & nondum mutata aut corrupta materia nutriuntur: Sanguinolenti uero uellendo ex ipso sanguine nutriuntur. Item in augmento accessionis febrium exclusi turborem altiorum partium ostendunt, & magis si fuerint sanguinolenti: declinatione uero laxamentum, sicut cætera, hoc est stercorum uel urinæ, uel quorumlibet officiorum egestio: Etenim laxatis corporibus reddi uidentur: quippe cum quorum adiectio grauet, eorum detractio necessariò releuet. Hæc est lumbricorum significatio, sed ob curationem in hijs quos ascaridas uocauimus

Margin notes: συντεκτικοί. — προγνῶσις. — Hippocrates. — Diocles. — Erophilus. — Apollonius Glaucus. — κρίσις. — Apollonius Memphites. — καθολικὸς modus. — Antiphanes. — Chrysippus. — ἀσκαρίδες.

C cauimus, si tumor in longaone fuerit constitutus, oportet iniectionem olei adhibere: quæ cum fuerit reddita, erit infusio aut decoctio centaureæ, uel absinthij inijcienda: Ac si ramenta fuerint exclusa sanguinolenti coloris, decoctio mali punici corticis, uel gallæ conuenit iniectioni. Aut si perseuerauerit, chartæ

Arsenicon. exustæ, & auri pigmenti, quod Græci arsenicon uocant, æquali pondere, quod sit in quantitate drachmarum sex, cum succo arnoglossæ. Ac si putredo apparuerit, quam Græci menomen appellant, erit aqua salsa inijcienda, atque congrua medicamina, sicut nuper docuimus: Ex hijs enim & animalia interficiuntur, & alij trochisci prohibentur, & ulcera cicatricantur. Ac si rotundi fuerint lumbrici, qui nunc stricturæ accidunt, nunc solutioni, nunc ulceribus intestinorum: & nunc in celeribus passionibus, nunc in tardis, quas chronias uocant: non ex supradictis, sed sua in corpore alienitate uacantes ex corruptione ciborum effecta, oportebit curationem pro supradicta curari differentia: Et si ipsa animalia corrumpenda uiderimus, erunt medicamina adhibenda, aut tanquam aliena, atque indigentia detractione auferantur. Ac si passionibus fuerint appenditia, quæ sæpe generandorum animalium fuerunt caussæ, erunt congrua ijsdem passionibus adhibenda: Hijs enim conuictis etiã animalia interficiuntur. Quapropter si strictura fuerit in corpore, fomentatio competens est adhibenda, atque cataplasma laxatiuum, & si ratio coëgerit, phlebotomia: quæ singula suis temporibus aptanda probamus. Tum cucurbita adiuncta scarificatione medianis

† æque partibus admouenda: Hijs enim laxatis sine ulla medicaminũ uirtute, † atque facile animalia decidunt oleo poto, aut aqua calida, & oleo uel decoctione noxa-

D rum, aut glycyrrhizæ, cuius libra infusa in aquæ heminas sex, usque ad tertiam partem erit decoquenda: Et hijs præterea cibi tempore dari potest sorbi

Oleoptisanon. le quicquam, ut illud quod Græci appellant oleoptisanon: Ex hijs enim & tumentia relaxantur, & animalia quæ inesse uidentur, lapsu quodam ac desertione tumentium dimissa fundentur. At si solutio fuerit in corpore, erunt constringentia adhibenda, & exercitatius cataplasma, sed ex lupini pollinibus confectum, & aceto cum melle tribus uel quatuor cyathis aquæ commixtis, cum cer

st gru. uini cornu ferragine asperſa, quam Græci rhinen uocant, in cochlearis pleni quantitatem, si tarda fuerit passio, quam Græci chronian uocant, quoniam indiget recorporatione, atque lacessentium medicaminum uirtute. Sed in lenimento constituta erit uaria coniectura facienda, quo animalia excludantur. Quapropter adhibenda medicamina, harũ partiũ fomentatio ex oleo ueteri, & apponenda unctio fellis taurini ægrotãtis umbilico, uel lanæ ex ipso tinctæ particula: Tum cataplasma ex polline lupini consperso ex decoctione absinthij aut santonici. Admiscendus denique etiam succus earundem herbarum. Si uero uehementius oportuerit animalia alia sauciare, conuenit etiam tanquam acriores cibos, & propterea aptos, uelut in drimyphagia, dare cepam, allium, quæ nunc incocta, nunc mediocriter cocta, quo minima eorum uirtus erũt offerẽda: nunc enim urgente lumbricorum exclusione hijs uti cogimur rebus. Facit idem sinapi exuccatum, uel adiuncto pani comestum. Item nasturtium cum aceto contri

Cardamum. tum, siue ut Græci uocant, cardamum, immisso atque infuso pani. Item laser aceto solutũ, siue sinapi, quo comedenda tinguantur, uel ouo sorbili admixtus iste liquor detur in erui modo: Item absinthium cum uino poto datum. Ac si ulceratio fuerit intestinorũ, congrua probamus adhibẽda pro ulcerum differentia. Ac si febres non fuerint, neque alia quælibet passio lumbricis consuerit, nihil oportet conijcere, sed ex medicaminum uarietate eorum interfectionem atque

detra-

A detractionem efficere: Sunt enim bestiolæ, quæ Græci theridia uocauerunt, sed producenda atque extendenda erit magnitudo curationis pro accidentium modo: Et quoniam aliquando sunt in uentre constitutæ, quod probatur ex ægrotantiũ querelis, cum locorum sensus tanguntur: aliquando in intestinis, & necessariò quæ in uentre sunt celerius afficit medicaminum cibus ac potus. Intestinis uero quæ per clysterem fuerint iniecta: nam & ex uentre ad intestina hæc sæpe animalia, & ex intestinis ad uentrem refugiunt. Erit sanabilius ergo, ut ubi apprehenderimus esse copiam lumbricorum, usum primo adhibeamus cõgrui cibi, ac potus, similiter epithematum usum seruantes, & cataplasmatum, deinde clysterem. Oportet igitur potum dari absinthij pontici decoctionem, siue marini, aut santonici usq; ad modum duûm cyathorum uel trium: & nunc nulla alia admixta materia, nunc oleo adiuncto, uel decoctione lupini, aut noxarum cum cornu ceruini serragine, & laser aqua solutum uel aceto, & admixto sinapi, aut ouo sorbili transuoratum. Item alica in qua fuerit infusa aloë, siue ipsa transuorata: Nec non etiam trochiscus dandus, qui appellatur picros, uel illa hiera quæ dialoës appellatur: quorum compositiones Responsionum libris de medicamine scribentes tradidimus. Item cardamum quod nasturtium uocamus, torridũ ac tritum cum aqua uel mulso, aut cum melle in electario datũ. Item lupini sicci decorticati atq; transuorati cum melle quindecim numero, uel uiginti: quod si minime quisquam transuorare ualuerit, eorum polline conspersum atq; tritũ, quantum tres digiti capere potuerint aquæ bibendum admiscemus, siue mulso aut decoctione noxarum, aut electario admixto melle dabimus. Item gentianæ succum in cochlearij modum cum mulso conuenit dare, atque horum similibus

B uti uirtutibus. Item absinthium cum uino, & castoreum cum mulso. In paruis uero pueris, quo latere possint, nasturtium frixum siue tritum cum melle atq; lacte dabitur potui, uel commixtum pani. Hijs igitur rebus erunt cibi ponendi: pultibus enim atque sorbilibus conuenit absinthium concoquere, uel similes herbas. Hoc etiam si sicco fico atq; pingui, uel palmulis, quas patetos appellãt, quæ concisæ atq; immissæ, & cibo datæ mederi ualebunt. Faciũt præterea mora cibo data, quæ uulgo celsa Latini uocauerũt, Græci uero sycamina. Itẽ ex amigdalis amaris sorbilia cõfecta, quæ Græci trophemata uocauerunt, & cõmuniter cuncta quæ uentrẽ deducere ualent. Hinc deniq; etiam pinnæ aridæ ueluti atq; tritæ potui sufficientem modum miscuerunt. Conuenit etiam urtica, siue sola, siue cum aliqua decoctione confecta: Nam ob celebrandam curationẽ uehementer utilia probamus catapotia ex squilla atque chamælea cõfecta. Sumpta igitur squilla erit acriori aceto concoquenda, ne fluida fiat. Tum terenda diligenter, ac deinde chamælea, anchusa atq; creta admiscẽda squillæ, quantũ res patiũtur, ut ad emplastri ueniat qualitatẽ. Tum facienda catapotia in fabæ magnitudinẽ, & pro uiribus ægrotãtis dãda, ut fortibus octo uel noue, imbecillis sex uel septẽ, pueris uero tres uel quatuor ex aqua calida. Potest etiã ipsius chamæleæ cõcisæ atq; cõtritæ cũ mulso quippiã dari transbibendũ, uel cũ lẽticulæ paruo modo sorbendũ: sed pueris obolus unus, maioribus uero oboli duo sunt dandi: Itẽ fortibus tres. Perfecta tamen potio drachmæ unius continet modũ. Vtendũ præterea epithemate circa medias partes ex lupini pollinibus aut melanthio, & decoctiõe absinthij, aut fuluo liliorũ, aut cerotario cedriæ admixtis lupinis tritis, aut absinthio, aut agrestis peponis interiora, quæ Græci colocyntida uocãt, cũ melle atq; lupinis, aut centaureæ uel aloës partibus duabus, & diagridij parte una cũ melle & felle taurino. Erũt præterea oĩa quæ potui ordinauimus dãda etiã per clysterẽ

θηρίδια.

τροχίσκος πικρός.
ἱερὰ διαλοῆς.

Mora celsa.

τροφήματα.

catapotia ex quilla.

κολοκυνθίς.

C ciēda, & magis adiuncto uel admixto oleo plurimo calido, & ſuccis præſcriptis, quo plurima mordicatione inteſtina afficiantur. Ac ſi lati fuerint lumbrici, erit adhibendus uomitus ex oleo, non ex radicibus, & alia die clyſtere utendũ, admixta nitri parte, uel ſalis. Danda etiam aqua ſalſa potui, aut glycyrrhizæ radicis decoctio, aut ſimiliter incocta glycyrrhiza. Alij uero tres drachmas glycyrrhizæ cum nitro probauerunt. Alij diagridij obolos tres, cum polypodij herbæ drachmis duabus. Alij ex pinnis medicamen confectum. Sed erit ſemper tentandum, ubi res patiuntur, ut hijs utamur medicaminibus, quæ minime ſtomachum afficiant. Tum cum ſenſum acceperint ægrotantes animalium carendorum, ut interpellatione uentris admoneantur, ſubijcienda erit aqua calida, quo & loca relaxentur, & animalia procedant, ne frigore percuſſa fugiant. Erit præterea curandum, ne frequenter hæc animalia renaſcantur, ut unctione regulari corpora fortificemus, adhibito præceptore, adhibita etiam recorporatione cyclica, quæ fit uomitu radicum, & drimyphagia, & dropace, & ſinapiſmo, παρόπτησις. & paropteſi, & horum ſimilibus uirtute rebus.

DE MOLLIBVS, SIVE SVBACTIS, quos Græci malthacos uocant. CAP. IX.

μαλθακοί.

MOlles, ſiue ſubactos Græci malthacos uocauerunt, quos quidem eſſe nullus facile uirorum credit: Non enim hoc humanos ex natura uenit in mores, ſed pulſo pudore, libido etiam indebitas partes obſcœnis uſibus ſubiugauit, cum nullus cupiditati modus, nulla ſatietati ſpes eſt, ſingulis ſpartanum ſufficiunt ſua: Nam ſi noſtri corporis loca diuina prouidentia cer- D tis deſtinauit officijs. Tum denique uolentes ueſte atque greſſu, & alijs fœmininis rebus, quæ ſunt à paſſionibus corporis aliena, ſed potius corruptæ mentis uitia: Nam ſæpe tumentes, uel quod eſt difficile, uerentes quoſdam, quibus forte deferunt, repẽte mutati paruo tempore uirilitatis quærunt indicia demonſtrare, cuius quia modũ neſciunt, rurſum nimietate ſublati plus quoque quàm uirtuti conuenit faciunt, & maioribus ſe peccatis inuoluunt. Conſtat itaque Soranus. etiam hoc noſtro iudicio, hos uera ſentire: Eſt enim, ut Soranus ait, mali- τριβάδες. gne ac fœdiſſime mentis paſſio: Nam ſicut fœminæ Tribades appellatæ, quod utranque Venerem exerceant, mulieribus magis quàm uiris miſceri feſtinant, & eaſdem inuidentia penè uirili ſectantur: Et cum paſſione fuerint deſertæ, ſeu temporaliter releuatæ, ea quærunt alijs obijcere quæ pati noſcuntur, iuuamini humilitate duplici ſexu confectam, uelut frequenter ebrietate corruptæ in nouas libidinis formas erumpentes, conſuetudine turpi nutritas, ſui ſexus iniurijs gaudent: Sic illi comparatione talium animi paſſione iactari noſcuntur: Nam neque ulla curatio corporis depellendæ paſſionis cauſa recte putatur adhibenda, ſed potius animus coërcendus, qui tanta peccatorum labe uexatur: Nemo enim pruriens corpus fœminando correxit, uel uirilis ueretri tactu mitigauit. Sed communiter querelam ſiue dolorem alia ex materia tolera- Clodius. uit. Denique etiam à Clodio hiſtoria curationis data aſcaridarum eſſe perſpicitur, quos de lumbricis ſcribentes uermiculos eſſe docuimus longaonis in par- Parmenides. tibus natos. Parmenides libris quos de natura ſcripſit, euentu inquit conceptionis molles aliquando, ſeu ſubactos homines generari. Cuius quia græ-

cum eſt

A cum est epigramma, & hoc uersibus intimabo: Latinos enim, ut potui, simili modo compo sui, ne linguarum ratio misceretur.

Fœmina, uirq; simul Veneris cum germina miscent
Venis informans diuerso ex sanguine uirtus
Temperiem seruans bene condita corpora fingit.
Nam si uirtutes permixto semine pugnent,
Nec faciant unam permixto in corpore diræ
Nascentem gemino uexabunt semine sexum.

Vult enim seminum præter materias esse uirtutes, quæ si se ita miscuerint, & eiusdem corporis faciant, unam congruã sexui generent uoluntatẽ. Si autẽ permixto semine corporeo uirtutes separatæ permanserint, utriusque Veneris natos adpetentia sequatur. Multi præterea sectarum principes genuinam dicunt esse passionem, & propterea in posteros uenire cum semine, non quidem naturam criminantes, quæ suæ puritatis metas alijs ex animalibus docet: nam sunt eius specula à sapientibus nuncupata, sed humanum genus, quod ita semel recepta tenuerit uitia, ut nulla possit instauratione purgari, nec ullum nouitati liquerit locum, sitq; grauior mentis culpa, ut cum plurimæ genuinæ, seu aduen titiæ passiones corporibus infractæ consenescant, ut podagra, epilepsia, furor: & propterea ætate uergente mitiores procul dubio fiant: Omnia etenim uexan tia ualidos effectus dabunt firmitate opposita subiacentium materiarum, quæ cum in senibus deficit passio quoque minuitur, ut fortitudo: sola tamen supradicta, B quæ subactos seu molles efficit uiros, senescenti corpore grauius inualescit, & infanda magis libidine mouet, non quidem sine ratione: In alijs enim ætatibus adhuc ualido corpore, & naturalia uentris officia celebrante, gemina luxuriæ libido diuiditur, animorum nunc faciendo, nunc facie iactata. In hijs uero qui senectute defecti uirili Veneris officio caruerint, omnis animi libido in contrariam ducitur appetentiam: & propterea fœmina ualidius Venerem poscit. Hinc denique conijciunt pluri mi etiam pueros hac passione iactari: Similiter enim senibus uirili indigent officio, quod in ipsis nondum & illos deseruit.

CAELII AVRELIANI SICCENSIS LIBRI QVARTI FINIS.

CAELII AVRELIANI SICCENSIS CHRONION LIBER QVINTVS.

CVI HAEC INSVNT.

DE ISCHIADICIS ET PSOEADICIS. CAPVT PRIMVM.

A Partibus quæ dolore uexātur hæ paſſiones nomina ſumpſe
D runt: Nam uertebrorum ſummitas ipſorum initio termi-
ἰσχία. natur, Græci iſchia uocauerunt. Item muſculos clunium
ſub ſpinæ finem ex interioribus atq; exterioribus adhæren-
ψοῖαι. tes pſœas uocauerunt. Generantur iſtæ paſſiones nunc ex
manifeſtis, nunc ex occultis cauſis, ut eſt perfrictio profun
da, uel terrena cubatio, aut caſus, uel repentinus percuſſus,
aut iugis atq; immodicus uſus uenereus, aut quilibet longiſſimi temporis mor
bus. Item uehemens abductio, uel raptus in exercitio factus, aut longiſſimi tem
poris hæmorrhoidarū fluoris tentus, uel inſueta humi foſſio, aut cuiuſdam pon
deris leuandi ex interioribus conatio. Fit præterea in omnibus ætatibus, ſed fre
ἰσχιαδικοί. quentius in medijs. Sequitur iſchiadicos dolor uertebrorum: quam paſſionem
ἰσχιάς. multi duplicē iſchiada uocauerunt, atteſtante grauedine & difficili motu, contra
ſolitum morē, & quibuſdam cum leui torpore ac formicatione: quibuſdam cum
uehementi atq; pungenti, & feruido dolore, & ad ſenſum patientis, tanquā ſer
pentis conuolutus motus: Aliquando etiā cum febribus, ut neq; in lecto ſuā cō
uentionē ferre ualeant ægrotantes, & primo in uertebro, dehinc partis ſuæ pene-
ἀγκάλη. trans loca, & uſq; ad mediam natē, ac ſuperius ad inguen, uel ad ancalen perue-
niens atq; ſurā, dehinc etiā talum, & pedis ſummitatē. Tum cum paſſio tardaue
rit, ceſſante nutrimento cruris totius tenuitas fiet, quam Græci atrophian uocāt,
incipiens à clunibus, ſiue ab inferioribus locis, atteſtante debilitate, & ſæpe con
ductis partibus breuitate cruris, aut ultra naturā longitudine paſſionis diſtēſio-
ne ſuffecta, ut in paralyſin ueniat, aut ipſius uertebri duratæ partes extātiores fi-
ant. Conſtringitur præterea ſæpe ac retinetur uentris officiū, aut cum plurimo do
lore perficitur, ob tenſionem atq; ſpiritus retenti percuſſum, & in itineris preſſu,
quibus forte permittitur, ut initia motus impediantur, feruore partiū atteſtante:

A ac si perseuerans fuerit motus facilior fiet: Tum rursus subsidunt, uel intenti resistunt repēte, tanquam fuerant necdum gressu tentato. Tunc magis uehementem dolorem sentiunt, & ambulant quidam capitibus digitorum gradientes: alij extenti quidem, sed sinuatis clunibus, ut neque se pronos inclinare ualeant: alij contracti atque conducti, qui peius omnibus habere noscuntur: siquidē passio apprehenderit etiam spinæ musculos, & propterea duritia quadam hæc inuasisse uideatur loca. Patitur autem principaliter membrana quæ ossa circūtegit, quam Græci periosteon uocant: Item musculorum capita, uel summitates. Denique augmento passionis intercreatus humor, & frequenti dolore corruptus, in saniem transiens partes aliquas collectionibus afficit. Sed quoniam plurima supradictorum sequentur etiam eas quæ matricis uexatione afficiuntur, & magis cum eius fuerit inclinatio facta, quam paraclisin uocant, facienda est discretio passionum; & primo quod matrice patiente in eadem potius causæ inueniātur, atque ex ipsa initium sumant. Psœadici uero clunium dolore afficiuntur, & tardo motu, ut se renitente dolore nec inclinare ualeāt, ac difficilius & dolentius subrigant. Plurimis igitur dolor cito conquiescit: aliquibus uero perseuerat, partes durescunt atque conducuntur. Hijs denique usque ad pene cutem unicus sequetur gressus. Si itaque exteriores musculi fuerint in passione constituti, etiam tactu tentati dolescunt. Interiores autem ex interioribus dolorem accipiunt, tanquā in nephriticis contingit: Quos propterea denique similes discernimus: siquidem alia multa eisdem propria concurrant, quæ de ipsis scribentes memorauimus. Psœadicis autem, atque ischiadicis, quorum nunc curationem scribimus, dolor efficitur nunc iugis, nunc deficiēs, ordinatus aut inordinatus, ac longis uel paruis interuallis recurrens, ac puris, limpidis lenimentorum uariatus spatijs, aut

περιόστεον.

παράκλισις.

νεφριτικοί.

B mediocres reliquias seruans. Vtilem inquit Hippocrates ischiadicis dysenteriā: Habet enim imitationis quiddam recorporationis faciundæ: quanquam plurima uexatione corpus afficere uideatur. Item hæmorrhoidas, uel uarices, ut alij dicunt, laxamenti causa. Sunt autem difficiles curatione magis, qui plurimo tempore fuerint passione uexati, & multis atque uarijs accidentibus signis affecti. In ordine itaque curationis hæc erunt intuenda, ut cum recens fuerit passio uel ueterata, Sed in superpositionis tempore constituta, iacere faciamus ægrotantē mollioribus stramentis calido in loco, adhibita abstinentia & requie usque ad primam diatriton. Tunc lanis mollibus ac limpidis oleo calido dulci prætinctis dolentia loca contegenda. Adhibenda etiam fomētatio iugis ex oleo dulci calido. Item uaporationum commutatio, sicut in multis docuimus scribentes, & phlebotomia tempore consueto, atque ex brachio dolenti parti è contrario, uel plurimum dolenti comparatione alterius. Ac si æqualis in utraque fuerit parte dolor, ex eo in quo fuerit facilior uena erit detractio facienda. Si neque hoc occurrerit, ex sinistro brachio adiutorium adhibendum: siquidem minus officijs domini necessaria pars esse uideatur: nisi forte sinistri, hoc est scæi fuerint ægrotantes. Tum tertia die adhibenda perunctio ex oleo dulci atque calido. Dehinc ora lauanda, cibus dandus nutribilis, calidus, tener, tanquā stricturæ conueniens, & potui aqua calida usque ad declinationis tempus. Seruanda etiam cibi alterna dierū obseruatio. Tunc cessante dolore resumptio adhibenda. Perseuerante uero alia dilatio. Tunc cessante dolore resumptio adhibenda. Perseuerante uero alia diatriti tempore, adhibenda iniectio ex decoctione fœnigræci seminis, aut lini, aut hybisci, quam Græci althæan uocant: quo pariter fota atque uaporata interiora laxamento consentiant. Admiscendum denique oleum calidum. Item succus alicæ uel ptisanæ, uel oleum solum, aut admixto adipe anserino, uel gallinaceo

Dysenteria ischiadicis utilis.

σκαιοί.

C injiciendum, uel hijs quicquam simile consolutum. Ac si uenter fuerit absten tus, erit mulsum injiciendum. Tentanda denique & properanda sequentibus diebus facilitas uentris: Quo cõuenit, si hoc minime perficere ualuerimus, etiã lino zostin herbam nunc solam cibo dare, nunc adiuncta malua: item agrestẽ coliculum. Sed fugienda prædicimus quæcunq; fuerint uehementiora, quantũ quidem res admittunt, ut diagridiũ, helleborũ nigrum, chamæleæ semen, quod Græci coccum Cnidium uocant, agaricum, agrestem peponem, quem colocyntida dicunt, singularia uel coniuncta. Item hiera, quam diascãmonias appellant, ne plurima uexatio pro parua commoditate sequatur: Nam post fomenta conuenit cataplasmata adhibere: quorum cõfectiones atq; species sæpe conscripsimus. Ac si permanserit dolor, adhibenda scarificatio. Hirudines etiam adhibendæ, quas Græci bdellas appellant. Hoc quidem secundo uel tertio faciendum, si causæ poposcerint. Tunc uaporatio spongiarũ ex aqua calida, uel aliqua decoctione laxatiua uirtute mitigantium materiarum adhibenda, quarum iam sæpe species memorauimus. Ex ipsis quoq; encathismata facienda. Item cerotaria dolentibus apponenda partibus ex oleo pingui, uel cyprino, aut sicyonio, uel ex radice hybisci confecto, aut irino, aut malo batrino, singularibus atq; cõmixtis. Ac si duritia emerserit ad miscendum adipem, aut medullam ceruinam, uel bubulam, aut melilotum, aut hybisci radicẽ percocta in mulsa, ac diligenter contritam, aut decoctionem eiusdem hybisci, uel fœnigræci, & lini seminis triti in mellis crassitudine confecti. Ac si difficile passionem declinare uiderimus, erit embasis adhibenda ex oleo, & aqua calidis. Tum cum fuerit plurimum minutus dolor, uarius offerendus est cibus, ex mediæ qualitatis materia. Adhibendum

D etiam lauacrum, dehinc lene uinum: Tunc malagmata partibus in passione constitutis, ut diachylon, uel mnaseum, aut dioxeleum, uel nileos. Item unctiones quæ mitiganter emolliant, & neque perfrigescere partes permittant. Cerotaria quoq; limpida, aut diasamsucum acopum, aut irinum oleum aut samsucinum. Ac si passio fuerit tarditate inueterata, & plurimo tempore perseuerans, & in lenimento constituta, si hoc limpidum uiderimus, lenimentũ erit pro modo permanentis doloris curationis facienda moderatio: Tunc enim conuenit motus quidem, sed fertorio lecto, dehinc cathedra uel sella usque ad inanem penetrandus, sicut in phlebotomandis facimus: sed ab umbilico inferius hijs qui leuius afficiuntur, præcauentes uenarũ diuisuras, ac deinde muliebri catethere liquorẽ detrahimus, qui sæpe aquosus, sæpe fuluus, aut sanguinolentus, uel spumosus excluditur: quod quidem etiam ante factam diuisuram pleriq; futurum signis apprehendere uoluerunt: Quorum alij talem fore dixerunt, qualis urina fuerit ægrotantis: Alij qualis color apparuerit cutis: alij quolibet uiscere patiente sanguinolentum: non patiente uero ex causa auidissimi potus hydropismo concepto, uel salis potu mundum atq; perspicuum liquorẽ fore. Sed hæc præter quod falsissimæ sunt opinionis, etiam ad † mutationem chirurgiæ inutiliter quæsita uidentur, nisi solum quod recte probamus, per catethera liquorem, si res patiuntur, semel atq; eodem tempore omnem auferẽdum. Sin uero aliqua obstiterint, post primam detractionem motarium aqua infusum supra diuisuram res implicantes, spongiam desuper mollem apponemus: ac deinde leui fasciola amplexo loco paululũ differimus, quo turbatio corporis resoluatẽ: ac deinde resumpto ægrotante eodem die residuum detrahimus humorem: Sin minus, alia die manibus comprimentes subiectas partes congrue ægrotante locato, hoc est schemate competenti. Ac si forte rursum confluente humore fuerit repletus, uel uirium

Margin notes: ἱερὰ διασκαμμωνίας — βδέλλαι — ἐγκαθίσματα — ἔμβασις — καθετήρ — †imitationem

A rium debilitas prohibuerit eodem tempore totum detrahi, tunc interiectis du/
obus diebus, uel quantum uires permiserint residuum retrahimus, sed alio in
loco diuisuram facientes: uel si rursum oportuerit, tertio: Etenim prima diuisu/
ra seruata distans aut cohærens soluta tumores uel consensus ingerit uehemen/
tes. Tum perfecta humoris detractione neque abstinentia utemur, ut Asclepia *Asclepiades.*
des, neq; plurimũ damus cibum, sed pro modo uiriũ: etenim abstinentia omni
ex parte adhibita uires uexat: quippe post plurimam detractionem. Multi item
oblatio cibi grauans opprimit corpus potius quàm resumit. Erunt autem ante
cibum sensim perungendi atq; reficiendi facilibus, & poto sufficienti. Ac si do
lores aliqui emerserint, uaporationibus soluendi, atq; cataplasmatibus mitigan
di. Tunc indulgentia relaxatis, uel forte non emergentibus, adhibemus ea quæ
tumorem fieri non sinant, & superimpositis spongijs conligamus. Transacto
tumoris metu magis uentris folliculum uel cutem intestinis cogimur adserere,
atq; similiter cætera quæ in tumore fuerãt costituta, ut nuper docuimus. Aegro/
tantes præterea nauicula exerceri hortamur, & paulatim recorporatiuæ subijci/
mus curationi. Ac si neq; ita fuerint resoluti, utemur helleboro ijsdem curatio/
nibus insistentes, donec corpus repetat fortitudo, atq; densior uel coacta nosca/
tur attestante rubore. Hæc est secundum methodum hydropum curatio. Pluri/
mi autem earum sectarum principes, atq; nostræ ueteres, nihil ueri curantes, ac
magis contemptu quodam astructiones corporũ aspernãtes, solius detrahendi
humoris intentione traducti quoquo modo id perficiendũ crediderunt, immen
sa siti atq; fame ægros afficiẽtes, corpore concauo pectine decurso: & mille præ/
terea urinalibus medicaminum, quæ diuretica uocant, uesicam cõmouendam *διουρητικά.*
B probãt, & uentrifluis potionibus, quæ catartica appellant, uentrẽ prouocandum *Vrinalia.*
dicunt cocco Cnidio, atq; lepida cyprina, & chamæleæ & hippophaẽ herba, & *καθαρτικά.*
ex crotonibus confecto oleo cicino: item neoro. Ex quibus cunctis stomachus *Ventriflua.*
uexatur, atq; cibi appetitum amittit, sitis incenditur, corpus defluit, sanguis cor/ *ἔλαιον κίκι ἐκ κροτώνων.*
rumpitur, atq; humor detractus renascitur, uires auferuntur: siquidem neq; po
testas moderandæ detractionis sit in artificis manu. Item quidam tan quam sic/
cabile humoris ophiten lapidem ligauerunt, expertis ægrorum salutem creden *Ophis.*
tes. Singulatim deniq; nobilium medicorum historiam ordinamus. Herodicus *Herodicus.*
igitur, ut Asclepiades memorat, uentris adhibet purgationem, atq; post cœnam
uomitus, qui sint implebiles potius quàm siccabiles. Tunc uaporationibus te/
pidis aceti decocti exhalatione confectis utitur, uel aquæ marinæ, admixta thal
lia herba, atq; hyssopo, & hijs similibus, uesicis bubulis repletis corpus uapo/
randum probat, uel alijs quibusq; maioribus inflatis tumẽtia loca pulsari iubet:
Sic etiam antiquissimus Euryphon. Hippocrates uero libris, quos ad sentẽtias *Euryphon.*
Cnidias scripsit, magis utendum dicit egestate atq; uaporatione, & continẽtia, *Hippocrates.*
& danda sicca uel arida quæq; & acriora mandenda: Si enim æquibilis æger fiat,
hoc est, urina facilior, ac si spiratio difficilis fuerit, quã dyspnœan uocant, & tem
pus æstatis, & æstas media, dicit ex brachio phlebotomandos, & post detractio/
nem factam dat panem calidum uino infusum atq; oleo, & carnẽ suillam ex ace
to decoctam. Dat etiam cantharidas tres detracto capite, & pedibus, & pinnis
in tribus cyathis aquæ contritas: sed neq; quo tẽpore exercitio utendum sit ma/
nifestans, neq; usque quo mandenda sint acriora, uel quando uaporationes ad/
hibendæ. Dehinc si phlebotomare oportuerit, nõ solum æstiuo tempore, ac me/
dia æstate, sed etiam omni tempori atq; ætati conuenire probamus. Est præterea
importunum uinum, ac repugnans eo tempore commodis phlebotomiæ. Item

C cantharides humorem cõmouent: carnis quoq; offerẽdæ tempus significare neglexit. *Diocles.* Diocles libro quo de passionibus & caufis, & curationibus scripsit, siccandos inquit, ac mediocriter uaporandos, & deambulationi tradendos ægrotãtes, & plurimos sudores cõmouendos, uel uomitũ & urinam prouocandam diagridio, & apij semine resoluto succo herbæ saluiæ. Item cardamomũ, quantum uentrem ualeat semel deducere, & in aceto panem solutum, & piscem salsum, uel pisces elixos & assos, uel silurum piscem, olera, radices, allium, origanũ, rutam, satureiam, uinum album, & non aquatum, & ferarum carnem: in deambulationibus uentrem iubet contineri, cæteras corporis partes defricari, exceptis cruribus. Sed hic quoq; communi cæterorũ subijcitur accessioni: solum prædamnamus, quod humorem detrahens purgatiuis atq; urinalibus medicaminibus, & uomitu, & sudoribus prouocatis, quibus ex rebus sudor mouendus sit tacuerit, uel uomitus. Item deambulatio sæpe laboriosa, & piscis silurus bromosus, & allium inflabile, & plurima ferarũ carnium malos habere succos probantur. Inde item quæ sint olera deligenda memorare neglexit, & neq; fortificari uentrificatione, uel crura aut totũ corpus recte potest, cum nullum modũ uel tempus memorauit. *Praxagoras.* Praxagoras secundo libro Curationũ cataplasmatibus utitur, & malagmatibus sudorẽ mouentibus, & urinalibus medicamentis alijs atq; alijs, & uentrem deducentibus. Similiter cono, & folijs hederæ, & semine coliculi agrestis, *κῶνος στροβίλου καρπός.* aut nasturtij, aut centaurea, uel allio, pipere, & pseudodictamno, aut dauco, & chamæpitys herbæ, & petroselini semine, uel graminis, uel quolibet horum similium, & sudorum diurna prouocatione corpus deducit. Vtitur uomitu non solũ ieiuno, uerum etiam post uespertinũ cibum, & ægros plurimũ potat, ex quibus sensuales uiæ implentur. D Vtitur etiã cataplasmatibus aromaticis, quorũ species non designat, sed solum cum moromeli, uel lini semine adhiberi iubet, uel malis cydonijs, aut caricis, uel adipe, & aqua, aut uuæ lupinæ, uel appij succo: equidẽ uirtutis repugnatione omnia confundens: siquidem alia sint cõstrictiua, ut mala, alia laxatiua, ut plurima cæterarũ specierũ. Deinde post oris collutionẽ sorbiles dat cibos, quibus uentrẽ facilem se facere pollicetur: Item potum repugnante mordicatiuo: dat enim acetũ uel puscã, uel hijs rursum contraria, ut mulsam, quibus confusa regula etiam secundũ ipsum approbatur. *Erasistratus.* Erasistratus libro quo de hydrope scripsit, deambulationẽ ordinat adhibendã prius quàm aëris æstus ardescant, tanquã curans. Sed si uentris inquit facilitas non fuerit, prohibenda medicamina atq; legumina, & olera, cum sint plurima olerũ quæ molliant uentrem, sine ulla corporis uexatione. Item plurimo cibo ægros nutriẽdos probat, cum sit ex paruo sæpe indigestionis metus, si neq;, inquit, uenter fuerit motus, adhibendũ clysterẽ simplicẽ, hoc est, qui nulla sit acriori materia confectus: cibũ partitur cibo uel cœna, & ante uesperã ægros deãbulatione moueri iubet. Tunc initio noctis reficit, quando etiam sanis metus est digerendi. Post cibũ præterea perũgit in lectulo, & certo numero utitur fricationũ: dat catapotia medicaminũ ante utranq; cibi refectionẽ in† faui modo pro uiribus ægrotãtis, neq; plus decẽ, *† fabæ* neq; minus quinq; numero, & eorũ materiam tacet, solum memorat quod iecorosis hæc catapotia congrua uideantur, atq; ad urinales partes uenientia plurimũ *ὑπτασπώτια urinalia.* faciant mictum: Tum post catapotia dari iubet cibo panẽ ex farina sesami, & salsum obdulcatũ, ne sitim faciat, non discernens tempus drimyphagiæ: Tum inquit dandos pisces, atq; carnẽ gallinarũ, uel ferarum, & agnorũ, & hœdorũ, & sorbilia plurima cũ melle uel lacte: non aduertens lactis & mellis qualitatem in corruptionẽ facile uenire: nunc dat potum paruũ, & non post prandiũ, sed post

uespertinũ

A uespertinum cibum hoc conuenire dicit, ut etiam similiter memorat Philistionis frater: Probat etiam ante alios cibos accipienda aridi fici pinguia duo uel tria, mox contusa atque oleo tincta. Sed hæc omnino digestione difficilia iudicantur. Prohibet præterea lauacrum, uel plurimo temporis interuallo permittit, & non designat, quod illud, uel quantum sit tempus. Vtitur etiam malagmatibus cataplasmatibus, cum somno cubauerint ægrotantes, non tamen designans eos, qui coaceruatam ac uehementẽ humoris detractionẽ reprobant, quã Græci cenosin uocant, & propterea etiã paracentesin, quod quidem congrue dictũ superius docuimus. Item tumore in iecore constituto, attestantibus febribus ob tumoris medelam cataplasmatibus utitur ex malis cũ uino, constringẽs ea quæ laxamentũ poscere uidentur, & à digestione facienda ex ficu atque chamælea & chamæpity utitur cataplasmatibus. Item ad eliciendum quicquam in locis constitutũ utitur diapegano, quod ex ruta conficitur, & nihil de temporibus memorat adiutoriorũ. Asclepiades etiam libro quo de hydrope scripsit paruo humore collecto, siue plurimo, necdum tamen pedibus aut cruribus infuso, athletarum regulam adhibendã probat, ex plurima deambulatione atque cursu, & refricatione retento spiritu. Tunc cibo dandum panẽ diligenter elaboratũ atque exercitum cum piscibus natura duris. Ac si inferiores humor occupauerit partes, plurimos prohibet motus, & medicamina uentriflua atque urinalia. Vtitur autẽ paracentesi, sed omnino ex angusto atque paruo foramine. In leucophlegmantia uero fricationes & cataplasmata frigerãtia ex malo cydonio, & murra, & uitis anulis, quos helicas uocant, & malo punico, & lenticula, & herbo, atque pulento ueteri, & alumine, uel ruta, & bulbo, & melle, & origano, & thymo, & nitro, & caricis, & ex

B uesicis illisionẽ adhibendã probat. Laudat etiam punctionẽ quatuor digitis à talo distantẽ faciendam superius ab interiore parte, sicut in phlebotomia seruatur, ut per eandem punctionẽ humore effuso corpora releuentur: si minus, scarificatione altiore utendũ referens, scilicet uehemẽtiore atque efficaci adiutorio, & neque declinans uulnerationes, quæ necessariò in huiusmodi passionibus difficiles curatione probantur. Socrates Chirurgus omni ex parte diuisuras faciens easdẽ adussit, extemplo corporis ingerens raptum, quem Græci spasmon appellant. Themison secundo libro Tardarum passionũ utitur gestatione & defricatione, atque exercitio, uel communiter regula exercibili, salibus ac nitro fricans corpus, & frigida perfundens: ex quibus non æqualiter adficit: membra quippe cum interpositis tribus uel quatuor diebus aqua marina feruenti perfundat. Item iubet post gestationẽ tribus uel quatuor cyathis uino mixto ægrotantes potari. In ordine, inquit, medicaminũ, nõ designans quem esse uelit ordinẽ medicaminũ, aut nutrimenta digestione difficilia. In uespertino inquit cibo utendum, mediocri potu, ut nec sitis ægros afficiat, neque plurima liquoris ingestio, sed uinũ eligat acrioris uirtutis, & neque confusum: Sed temperandi moderationẽ tacet, ut mediocriter quidẽ dicat quod est impropriè dictum: etenim extendit temperãdi moderatio neruos, nocet, & ingerit sitim. Prohibet præterea idem uentriflua medicamina atque urinalia, quæ catartica atque diuretica uocant, & per singulos menses ternos radicum ordinat uomitus: Sed erat regulæ medicinali conueniẽs ad lenimentorũ latitudinẽ, siue spatium uomituũ designare quantitatẽ. Vtitur etiam in utroque talo scarificatione, ut Asclepiades. In ascite uero initiũ ex uomitu sumit, quem helleboro faciendũ probat: si inquit metuerit quisquã radicum uomitũ, & est præceps, atque ut ita dixerim, periculosum non medicatũ corpus magno adiutorio discere: Aliã quoque regulam similẽ dicit ordinandã, sed passionis initio

Philistionis frater.

κένωσις. παρακέντησις.

Diapeganum.

Asclepiades.

λευκοφλεγματία.

ἕλικες.

Socrates chirurgus.

Themison.

ἀσκίτης

C neqꝫ ungentis tangi, neqꝫ fricari uentrē permittit. Cæteras autem corporis partes si multa, inquit, fuerit humoris infusio, defricandas, initium ex uentris finibus augendum curationis modum: sed oportebat ob æquandū corpus totū fricatione curari. Item interpositis quatuor uel quinqꝫ diebus aqua calida, & magis marina tribus uel quatuor uasculis foueri: sed neqꝫ hoc æqualiter. Item ante unctionē utitur sinapismo: post singulas gestationes lambendam dicit scillam in electarij uicem: Et si plurima fuerit humoris infusio, utitur paracētesi. Sed primo die, si uires patiuntur, abstinet cibo. Quod si minime ferre potuerint ægrotantes, partem tertiam panis solitæ quantitatis aqua infusam offerendam dicit. Tum alia die articulos ungens, atqꝫ ora lauans, simili panis reficit modo, cū pulmento uolantū: cæteris quoqꝫ diebus omni æqualitate augens, atqꝫ ægros resumens. Thessalus autē secūdo libro Regulari plurima Themisonis similiter probat, sed quinqꝫ uel tribus cyathis uini aqua temperati, ante cibum potat ægrotantes, & paracentesin prohibet, * tanquā Apollophanion, aut diaeuphorbiū. Vtile pleriqꝫ ueteres huic passioni etiam macerinos emplastrum memorāt. Item icesion usqꝫ ad quinqꝫ dies imposita linquentes laudauerunt. Conuenit recorporationi etiam solis igniti uaporatio. Oportet autē saccellum lineū implere sale torrido, & apponere patientibus partibus. Tunc superaspergere aquam salsam calidam, & superimponere cauteres latos, aut ex igne repletū congruæ latitudinis: Sic enim calefacto saccello instillans humor, & cum feruore acerrimo decedens, atqꝫ artus singulos inuadens, quos Græci poros appellant, lacessendo demutant, recorporatiua sine dubio uirtute: Facit enim tanquā de sinapismo partium ruborē, quem Græci phœnigmon appellant. Prodest deniqꝫ etiam ex oleo
D rubor effectus hoc genere farina cōspersa, atqꝫ manibus exercitata, quo facilior fiat, erunt partes in passione constitutæ circulatim ambiendæ, cuius spatiū, siue medium oleo replendum. Tunc cauteres longi atqꝫ igniti immittendi, qui quidem cutem tangere minime debent: Hoc faciendum alterna uice, donec oleum calefactum feruorē corpori tradat. Iubendum præterea ægrotanti, ut se immobilem præbeat, cum oleum summo feruore coierit, ne se mutando adurat. Tentandum deniqꝫ etiam cauteres sine olei motu submittere, atqꝫ lauare supposita spongia statim, ne distillatione cauteris uicinæ partes adurantur. Tum cum mediocrem senserit æger ustionē, ei uas erit supponendum, uel adiungendum, ut se repente inclinādo unam faciat olei refusionē, ne uicinantia usta pustulentur: Alij cacabuli, uel uasis fictilis fundum perforantes, labia uel ora pertusuræ patientibus locis adfixerunt, supradicto more farina conspersa circundantes, sic oleo caccabulum impleuerunt, cætera supradicto ordine gerentes: Alij usqꝫ ad ustionem uaporibus igneis usi sunt: Alij diuersis generibus pustulationē locorū faciendam probauerūt, uel extemplo escharas patientibus ingesserunt partibus: aliquando solo sinapi cataplasmantes, quo superficies cutis pustulescant. Item sinapi admiscentes glebæ calcis æquis ponderibus & sulphuris partē, atqꝫ simul conterentes, paruo oleo & aqua admixta linteolo illita, prostrato alio linteolo tenui eidem parti quam curamus superimponemus illitum, quo sensim atque per triplicem materiā transiens uis medicaminis pustulationē faciat loci. Item non aliter etiam ex cinere salicis hæc facere poterimus: Eius enim corticem inurentes, atqꝫ ex eius cinere puluisculum facientes in umbra siccari sinimus, tunc locis præulceratis adponimus, super distillantes liquefactam calcē, quam uulgo colatam uocant, sed paulatim: cum enim fuerint humectati puluisculi cutis superficiem pustulabunt. Quod si quisquam plurimū perseuerauerit, etiam altiora

Marginalia: Thessalus. — Videtur aliqd desse, ut fortasse sit legendum: Vtetur etiam emplastris tanquam Apollophanio aut diaeuphorbio. — καυτῆρες. — φοινιγμός. — ἐσχάραι. — Colata calx.

A tiora inusta putrescunt, & ut Græci appellant escharam faciunt. Alij denique
ex radice herbæ, quam struthium uocant, loca ulcerari præcipiunt: Vsta etenim
radix concepta flamma cuti apposita pustulationē necessariò facit. Sed alij hanc
ustionē tanquam imbecillem reprobantes cauteribus aiunt faciendā: quos qui-
dem primo tepidos probāt apponēdos, donec cutis pustuletur, tunc igneos: sed
hijs omnibus interiecto spatio trium digitorū loca dicunt inurenda, & esse cau-
teres semper aduncos in modum gamma literæ. Sed alij hanc appositionē me- *Cauteres forma Γ. γ.*
tuentes anchistris ex utraq; parte cutem prætendunt, & inter eos cauteres impo-
nunt, ne ulla ustione nerui tangantur. Alij ligneos fungos interius ac superius ἀγκίστρα.
angustos formantes patientibus apponunt locis, quos summitate accensos si-
nunt concremari, donec cinerescant atq; sponte decidant: Est enim hæc ustio
leni penetratione moderata. Item alij linteolum aqua tingentes partibus resim-
plicatum apponunt. Tunc tabulæ tiliari apponentes struthium herbam conci-
dunt in breues perticulas, ac deinde ferramēto † igneo singulas partes oleo tin- *† mydio*
gentes accēsas imponunt tabulæ scilicet tiliæ, hoc secundo uel tertio facientes
per interualla, donec materia carbonescat, atq; pustulas cutis efficiat. Item alij,
ex quibus sunt Demetrij sectatores, eius partis quæ patitur manum inter polli- *Demetrij sectatores.*
cem & demonstratiuū digitum, quem Græci lichanon siue dicticon iuxta infe- *Digitus*
riorem articulum inuolutis inurunt cauteribus: quos quidem nunc nude cuti λιχανὸς καὶ δεικτικός.
apponunt, nunc præmisso linteolo oleo tinctos. Modum autē ustionis consti- *Index.*
tuunt, cum in alia manu, hoc est quæ sit contraria parti patienti sudor emergens
apparuerit. Tum post supradictas ustiones imperant ulcera reseruata in saniem
prouocari. Alij deniq; statim lana succida eadem contexerunt loca: Alij marru-
bij coma contrita cū sale uel oliua nigra, aut sesamo infuso, siue nucibus. Tum
B tertia die lenticula multa, atq; mulso decocta, donec ulceris cadat eschara. Tunc
œnomeli aiunt imponendum, uel ea quæ ualeant lacessendo puris exitū prouo- οἰνόμελι
care. Item florē æris cum nigro helleboro apponunt: Et quidem aliqui releuan-
tur interuenientis recorporationis causa. Sed quoniam istiusmodi ustionibus
plurima uexatio coniuncta est, erit melius alijs adiutorijs mederi. Ausi sunt præ-
terea quidam etiam Venerē adhibere, in hijs qui non ex usu uenereo ischiadici
facti uidentur, quo magis uexata neruositas geminet causam. Item alij cantile-
nas adhibendas probauerunt, ut etiam Philistionis frater idem memorat libro *Philistionis*
XXII de adiutorijs, scribens quendam fistulatorē loca dolentia decantasse, quæ *frater.*
cum saltum sumerent palpitando discusso dolore mitescerent. Alij deniq; hoc
adiutorij genus Pithagoram memorant inuenisse: sed Sorani iudicio uidētur hij *Pythagoras.*
mentis uanitate iactari, qui modulis & cantilena passionis robur excludi posse
crediderunt. Item plurimi ex talo atq; ancala eiusdem partis quæ fuerit passione ἀγκάλη.
possessa uenam diuidentes sanguinē detraxerunt: sed magis partes impletæ gra-
uantur, cum repente uacuata loca in semet materiæ fluxum inuitant. Nobilium
uero principū Hippocrates libro quo de locis conscripsit, cucurbitam iubet si- *Hippocrates.*
ne scarificatione apponi. Vtitur etiam feruentibus medicaminibus potis, quæ si
essent uere congrua passioni, minime tamen ad excludendam uetustatē ualere
crederentur. Diocles libro quo de passionibus atq; causis & curationibus scri- *Diocles.*
psit, item secundo libro de curationibus, regulam dixit siccam & frigidam & nu-
tribilem ægris cōuenire, cum humida atq; calida prodesse huic passioni demon-
strauerimus. Vtitur etiam urinalibus medicamentis, quæ diuretica appellauit,
& probat conditū bibendum, quod pleriq; Latini mulsum uocant. Vtitur etiam *Mulsum con-*
cibo è uisceribus asinorū, & clysteribus sanguinē prouocantibus, & uino nunc *ditum.*

L 3 albo,

G albo nunc nigro, neq; ordinis, neq; temporũ, neq; congruæ qualitatis memor.
Themison. Itẽ Themison secundo libro Tardarũ passionũ in quibusdẽ peccare perspicit, phlebotomans talum uel ancalen, atq; lanis succidis cum oleo & aceto, & sale statim patientia cõtegẽs loca, articulos astringens, & intestina per clysterẽ exul
ἰσχίον. cerans, & os ipsum quod ischion Græci uocant. Ante hæc omnia & equitare imperat ægrotantes, quo magis ob uehementiã motus partiũ faciat uexationẽ. Itẽ alternis sinapizat diebus, quod est immoderatũ, & in omnibus ulceratione cutis existimat faciendã, qua plurima cõgrua prohibẽtur adiutoria adhiberi, cũ par-
Thessalus. tes ulceratæ apposita tolerare non possint. Thessalus uero uaporationẽ faciendã improbe recusauit: est enim recorporatiuæ uirtutis, neq; initio recte constrictiua probat adhibenda: Etenim ischiadica passio uehementi atque difficili strictura confecta perspicitur.

DE ARTICVLORVM PASSIONE, QVAM GRAECI arthritin uocãt, & de pedũ dolore, quẽ podagrã appellãt. CAP. II.

ἀρθρῖτις.

VTraq; passio à parte corporis quæ patitur nomen accepit: altera cõmuniter ab articulis omnibus, altera specialiter à pedibus. Sed podagrã Græci etiã ab impedimento, uel retentione pedũ aiũt nominatã, uel à ferali dolore: siquidẽ omne quod immite fuerit abusiue
Agrestia quæ dicamus. agreste uocamus. Earum deniq; passionũ discretio promptissima
ποδάγρα. atq; manifesta esse perspicitur: Nam podagra pedum tantũmodo dolor est. Arthritis uero etiã cunctorum articulorũ, siue multorũ, & aliquando à pedibus sumens dolor exordiũ cæteros articulos implicauit: aliquando in alijs incipiẽs pedes inuasit: Nam quidã medici arthriticam passionẽ genus uocant, podagricam
ποδάγρα ἁμαρθρῖτις. uero speciẽ: Etenim quod Græcis hamartritis recte nuncupatur: siquidẽ sit in articulis dolor, quãq; in pedibus cõstitutus: arthritis uero nõ ilico podagra dici po-
D test: siquidẽ genua uel manus tenens gonagra aut chiragra, uel tenontagra dici
γονάγρα. χειράγρα. τενοντάγρα. potest, si maiores tenuerit neruos. Sed de hijs nominibus quæ locorũ causa discreta uidẽtur, unius tamẽ esse uirtutis intelligant, in curationibus certandũ nõ est: Sunt enim harũ passionũ antecedẽtes causæ uariæ, ut uinolentia, frigus profundũ, cruditatio, libido uenerea, labor immodicus, uel repẽtina desertio solitæ exercitationis in ante actem morẽ: aut rursum non ex infantia, sed secũda & sera ætate affecta, cum mollibus neruis atq; insuetis fuerit illata quassatio. Itẽ percussio antecedẽs ex palæstra forti exercitio: Frequentat autẽ in uiris magis atq; medijs ætatibus: difficile uero in mulieribus atq; in eunuchis, & pueris, & iuue-
Podagra hæreditaria est. nibus fieri inuenitur. Videtur præterea plurimis antiquis medicis etiam genuino cursu in posteros migrare cum semine, & propterea succedẽtes inuadere, de qua re principaliter Responsionũ docuimus libris. Itẽ per aliquas probatur fre-
Caria. Alexandria. quentare regiones, ut Cariam, & Alexandriã Aegypti uicinã: nec non temporibus certis nasci, itẽ magis asperari uidetur, ut primo uerno, secundo autumno, tertio hyeme, æstate uero difficile. Sequitur autẽ passione articulari tentatos, torpor, atq; formicatio eorũ articulorũ qui tangũtur, & difficilis flexio, atq; rursum extentio. Itẽ grauedo & uacandi dulcedo, & ad paruũ motũ uehemẽs labor, atq; dormiẽtibus sensus quidã resonantiũ articulorũ, & cum de somno surrexerint, ueluti saltu earundẽ partiũ afficiũtur. Tum horror uel rigor, atq; tremor sine ulla manifesta ratione partiũ sequentur. Dehinc cũ passio se extollere cœperit, in podagricis dolor alterius pedis, aut utriusq; cũ pũctionibus nascetur, incipiẽs à uestigio aut plantæ cauitate, uel sæpius à maiore digito, attestante torpore & grauedine, & difficili motu cũ horrore rigido, atq; inæquali per mẽbra, & aliquãdo plurimo feruore, aliquãdo frigore: ut alij refrigerantia, alij calida desiderẽt ægrotantes

A tantes, & propterea qdam alterā calidā, alterā frigidā podagrā putauerunt nūcu/
pandā. Itē initio, ut sæpe contigit, similis color patientiū atq; sanarū uidetur par/
tiū, attestante æqualitate, nullo emergente tumore. Dehinc inflatio partiū fiet cū
rubore. Quapropter releuatio altiorū sæpe sequet. Tum peiorāte passione ar/
thritica sufficitur passio, cum in unū omniū cogitur articulorū consensus, & fa/
cile ex articulo in articulū uenit dolor, nec desinēs priusquā cūctos inuaserit no/
dos. Sæpe deniq; prioris articuli dolore declinante secundus inuaditur, atq; eodē
similiter mitescente tertius sumit exordiū, consentiēte etiā uesica atq; spinæ ma
ioribus neruis, quos tenontas appellant, & in stomacho etiā nausea uel uomitu τένοντες.
iactantur ægrotantes. Tunc articuli tumētes inflantur, ac deinde durescunt, & so
lidati saxeā faciunt qualitatē. Tum etiam nigriores efficiūtur, atq; contorti, ut in
obliquas partes digiti uertantur, aut reflexi supinētur, aut uicinis adfixi incum/
bant, & aliquādo humore purulēto uel mucilento collecto, aut uiscoso generēt
poros, quos nos transitus dicere poterimus, dehinc etiā lapides sufficiant, qui q/ πόρους
dem articulos soluant, & cutē distēdant, atq; erūpentes promineant, & chirurgia
detrahantur: aut exilientes cyathis, quo ferramēti tollantur, quod nos laureolū Laureolum.
dicere poterimus, & rursum renascant. Tum crura dolentiū partiū cessante nutri
mēto tenuata languescunt, & arida efficiunt. Erunt præterea ægrotantes paruis
ex causis mobiles atq; iracūdi, siquidē motū uel actum nō sine querela accipiāt.
Principaliter autē hæc passio cōstituitur in neruis, uel eorū colligationibus, tum
cætera morbo consentiūt, atq; cōtiguos uel superpositos lacertos, & maiores ner
uos pati demōstrant. Est præterea passio nō facilis curatione, & aliquādo magni
tudine insanabilis, nō ut pleriq; putāt naturæ: Causæ aūt difficillimæ curationis,
B uel ut sæpe cōtingit impossibilis, manifestæ atq; plurimæ reperiunt: est enim pas
sio in neruis cōstituta q sint natura densissimi, & inter articulorū nodos cōstituti,
quorū angustia cōprimūt, & ad omnē motū asperant magis in pedibus: hij em
plurimas cōligationes nodorū naturaliter habēt, & totū corpus sustinēdo labo/
rat. Præterea hæc passio initio paruitatis causa negligit, & cōtempta cōualescit:
qppe cū à multis minime credat emergere. Alij deniq; digiti luxati, aliqui pedis
uersionē, aliq cuiusdā rei calcatæ, uel offensæ duritiā aut feruorē querunt: tū ne/
cessitate coacti augmenti tēporibus in cōfessionē ueniūt ægrotātes. Ob hoc igit
passio pseuerare, atq; corpora possidere meditat. Non autē minus etiā longorū
lenimentorū causa, qbus recessisse putat, cū sanos ægrotātes fingendo pmittit,
adiuuāte etiā intēperantia, qua cū sæpe cōcipi passio pspicit, manere posse nō du
bitat: quod dicā diatrito, si uēter officiū nō agnouerit clyster adhibēdus simplex *
atq; ita totius passionis statu accepto, ut inflata uel tumētia loca uideant, scarifi
catio adhibēda: & ubi permiserint partes cucurbita figēda, uel hirudines admo
uendæ. Est aūt omniū leuior præter cucurbitā scarificatio: siquidē nulla quassa/
tio partiū fiet, quæ necessariò cucurbitæ cōiuncta est. Itē hirudinū morsibus con
sensus adiungit, & propterea, ut supra dictū est, simplex cōflatio lenius probat.
Adhibēda etiā uaporatio spongiarū, tū aquæ calidæ fomētatio, uel aqua & oleo,
aut decoctionis fœnigræci, aut lini seminis, uel hybisci. Itē cataplasma mitigati/
uum, quod iamdudū minime posse adhiberi uidebat: siqdem tumētia pondere
grauari nō debeāt. Sit igit panis diligētius emollitus solus, aut admixta radice ar
gallici, qd' Græci symphyton uocāt, uel hybisci decocta, uel cuiusq; similis uirtu σύμφυτον.
tis, q̄rū pbauimus adhibēdas uaporatiōes. Tūc cū firma declinatio fuerit cōstitu
ta adhibēda lauacra, atq; uarius cibus, & aqua potu dāda, & ppter passiōis neqtiā
adhibēda etiā cerotaria ex oleo dulci uel cyprino, aut ex adipe cōfectū medicamē
qd' Græci diasteaton uocant, tūc malagma diachylon uel mnaseū, aut qd' appel διασέατον.

C lant diateleos, uel dioxeleon, uel diathalaſſeſtum, paulatim fortificandum corpus deambulatione liberis calciamento pedibus, & cum cautione aduerſantiũ rerum, ut ne quid nimis, maxime uini, aut indigeſtionis, aut Veneris. Arthriticis uero cõuenit etiã digitis ceram emolliendam dare, uel manipulos tenendos, quos paleſtritæ alteres appellant: tum mouẽdos cereos, uel ligneos primo cum paruo plumbo interfuſo: tum pro modo profectus grauiores, & in tardãte paſſione ſuperpoſitionis tempore ſupradicta ſeruanda ſimplicitas curationis. In lenimento uero adhibenda fortificatio, tum recorporatio. Sit igitur primo geſtatio pro modo uirium, tum deambulatio molli ſtramine coæquato ſolo, adiecto uocis exercitio, cũ corporis unctione: Etenim uacatio craſſificat corpora, adeo etiam & in hijs qui ex alijs forte plurimo tempore iacuerint cauſis, hac ratione articuli cõmoueantur, cum nerui non exerciti ualidiores efficiuntur. Adhibenda etiam lauacra per interualla dierum, & uarius cibus ex mediæ materiæ qualitate, uinum paruum, lene, & ſemper poſt cibum: Tum dropax ſimplex atq; cõpoſitus, paroptesis ex igni uel ex ſole, atq; pellibus feruefactis, & ex arena littoris: Tum aſpergines, quas Græci ſympaſmata uocant, ex nitro & adarce, & euphorbio, & ſæpe memoratis ſpeciebus: Tum ungenta & acopa ex ſquilla confecta, & agreſti cucumere: Itẽ euphorbio & adarce. Dehinc malagma adhibendum, ut eſt quod appellant diahalon, aut diadaphnidon, aut diadarces, aut diaſtactes conias, uel quicquã ſimilium. Item rubor cutis ex ſinapi faciendus, quẽ Græci phœnigmon appellant. Item drimyphagia, & cyclorum regula, & radicũ uomitus, & hellebori, & embaſis facienda, ſicut de iſchiadicis ſcribentes memorauimus: uel fomentatio ex decoctione artemiſiæ herbæ, aut marinæ feruentis

D aquæ, dehinc natatio feruens uel frigida. Item uſus adhibendus aquarũ naturalium calidarum: tum frigidarũ, ut ſunt in Italia quæ appellatæ ſunt Albulæ, uel Cotiliæ, & omnium ſupradictorũ affectanda repetitio: dabit enim curatio alijs integram ſanitatẽ, alijs raram doloris admonitionem, ne iugi ſuperpoſitione uexentur. Veterum quidam annalia medicamina potanda probauerunt, ut eſt quod appellant diacentaurion. Item diaſcordeon bibendum anno continuo iudicantes in hijs qui non plurimo tempore fuerint paſſione uitiati, hoc eſt intra quinquennij temporis conſtituti, adijcientes quod bibi debeat medicamen prædigeſto corpore, & omnino nullo obſtaculo impedito: Sin minus, repræſentandum numerum dierũ, quo integer compleatur annus, quanquã longo tempore porrectus. Secundũ nos autem iuxta Sorani iudiciũ eſt metuenda diuturna medicaminis ſumptio, cum neq; ſoliti cibi iuges atq; ijdem utiles recte probentur. Sic deniq; legimus quoſdam ueteres memoraſſe ex iugi medicamine poto in celeres, uel acutas ueniſſe paſſiones, & alios apoplectos, alios pleureticos, alios peripleumonicos interiſſe. Item quoſdam continua difficultate ſpirationis affectos, quãm Græci dyſpnœan uocant. Hij uero qui ſe iſto medicamine profeciſſe teſtantur, non aduertunt ſeruatæ digeſtionis cauſa id fuiſſe permiſſum: quippe cum cæterarum rerum exceſſus declinando quidam ſeruauerint ſanitatem, cum interrumpere metuerint ſumptionem medicaminis ſui: & propterea hijs intentionibus occupati alias ſibi neſciuerint profuiſſe rationes. Item alij uſtionem nodorũ faciendam probant, quam nos reprobamus: ſiquidem conſenſus faciat tumorem. Item alij tranſeundum ex alijs in alia probant ungenta & cataplaſmata, nunc ſpecie, nunc genere differentia, donec ægrotantes releuentur: ſiquidem alia pro alijs corporibus uideantur conuenire, & propterea doloris mitigatio ſequetur. Ordinauerũt deniq; etiam contrarias uirtute materias laxatiuas

Marginalia: ἁλτῆρες. — παρόπτησις. — συμπάσματα. — ... — φοινιγμός. — ἔμβασις. — *Medicaminũ frequẽtia recuſanda.* — δύσπνοια.

A tias simul atq; constrictiuas, & recorporatiuas, ut mnaseum malagma, uel dia-
chylon. Item è contrarijs uehementius constringentia, ut diayteon, & cyzice-
nem, & Erasistrion emplastrũ. Itẽ ex panici polline, & lini semine cataplasma,
& ex coliculo agresti, uel herba erigeronte, & bramite, & mandragora, & alterco
& lenticula, & citri medio, uel peponis, & origani, uel thymi, aut uuæ lupinæ,
aut portulacæ, aut betæ, aut mali punici folijs uiridibus, uel eius caduco, quod
Latini ambulacium uocant, decocto cum aceto, aut ruta agresti cum aceto sin- *Ambulacium.*
gulari, uel cum simplici alica, aut aceti sedimine, cum apio: aut uitis folia, cum
simplici pulento, uel ex herbi polline, aut fabæ, uel hordei, aut lolij, aut lupini,
cum fece uini uel aceti, uel ex fico decocto cũ aqua & uino cõtrito, donec mel-
lis sumat crassitudinẽ: Ex quo detractis durioribus partibus imperant coquẽda
rursus residua. Item ex papaueris coliculis, quos Græci cocias uocant, uel eorũ κώδειαι.
folijs, & malis cydonijs & punicis in uino decoctis, & bulbis cum melle, uel al-
terci radicẽ cum storace, uel iaquintio, & marrubij. Item calce melli concoctũ, &
opiostoraci, & amygdalis amaris cum cyprino oleo, & aceto iugiter coctis par-
tes ungendas docent, ex dissimilibus rebus sine ullo ordine materias admouen-
tes, insanabiliter simul atq; indocte descensum ab alijs in alias species faciẽdum
iubent, donec ut æstimant iudicia reperiãtur: siquidem sit pro corporibus alius
ex alia specie liberatus. Et est hæc experimenti tentatio, quam Græci schediasti- σχεδιαστικὴ
cen piran uocant, quæ non destinata passionibus adhibeat adiutoria, sed pro- πεῖραν.
banda. Fit præterea ut accessiones tempora percurrant, & sua sponte leuigentur,
atque ita occurrens declinatio, uel paulo proximius lenimentum euentum cu-
rationis afferat: Quod si forte uere profuisse putaretur declinationi adhibitum,
B rursum initijs noxium necessariò comprobatur: siquidem non suo tempore ui-
deatur admotũ. Alios igitur ex alijs releuatos rebus existimant. Sed hoc tempo
rum fieri causa respondere debemus, quæ corpora urgentius obtinere necesse
est: Conueniũt enim in istis mediocriter constringentia. Augmentis uero atq;
statui mitigantia uel laxantia, declinationibus emollientia, lenimẽtis fortifican
tia, atq; recorporatiua: frigida uero uel coërcentia, quæ agrostica uocant, etiam ἀγροστικά.
igne sacro uexatis admixta congrua efficiuntur. Sed aiunt aliqui nunc quoque
tanquam laxatiua incensos, nunc frigerantia releuare. Feruori etenim ex tumo
re uenienti admota eius factu tepefacta conueniunt, & tunc temperata mitigãt,
tanquam aquæ feruenti admixta frigida. Sed est hoc falsa conclusione collectũ:
quã Græci sophisma uocauerunt: Oportebat enim, quantũ ad hanc, ut putant, σόφισμα.
rationẽ omni tumori frigidas conuenire materias. Igitur secundum passiones
ac tempora nos discretas aptamus. Alij uero acopum ex rana rubea in podagri
cis admirãtur, alij marini uituli, alij pedes unxerunt ex eius tergo calciamenta fa
cientes, alij uiuentẽ beluam oleo coxerunt, alij lupum, & specialiter unctionis
genus conuenire probauerũt. Multa enim ficta fide sine ratione creduntur, cum
forte passio non fuerit insidiosa, & cum corpus tardauerit, non in uno atq; eodẽ
tempore perseuerans. Item plurimi uomitũ post cibum laudauerunt, secundo
uel tertio per menses singulos adhibendum: siquidem & materiã redarguat, &
indigestos esse nõ sinat, non aduertẽtes quod magis uexabilis approbetur, cum
hoc adhibito gingiuæ putrescant, dentes moueantur, oculi confundantur, & to
tum impleatur caput, stomachus quoq; grauiter afficiatur, & propterea omnes
consentiant nerui. Est igitur conueniens magis parua cibatio, atque initium ex
abstinentia ciborum sumendum curationis. Multi autem medicinæ scriptores
purgatiuis & acrioribus pollent clysteribus, & urinalibus medicamentis, quæ
diuretica

C diuretica uocauerunt. Sed oportet cauere stomachi uexationẽ, quæ uarietate facile medicaminũ fiet. Item uesicam quæ sit neruosæ qualitatis prouocare: tradit enim necessariò uniuerso corpori uexationẽ per sibi cognatã neruorum qualitatem. Specialiter autẽ ueterũ pertransiẽdo errores, uanũ puto atq; prolixũ quod de podagricis scripserũt, & propterea fastidiosum maxime, cũ sufficiat cõmunis materiarũ memoratio. suprascripta, tacitis dominis qui nunc dicent: Diocles libris quos de passionibus atq; causis & curationibus scripsit: Praxagoras tertio libro de morbis: Erasistratus libro quo de podagra scripsit, prohibẽs tamen purgatiua adhiberi, quæ catartica uocauerũt, malagma uero Ptolemæo regi promittens, cuius scripturam non edidit: quanquã quidam sibi uisum Erasistrati nominent medicamen. Item Erophili sectatores multi, atq; Asclepiades libris ad Erasistratum scriptis, & Heraclides Tarentinus, & Themison secundo libro Tardarũ passionũ aliqua ut methodicus, aliqua ut nõ methodicus decurrerit: phlebotomat enim ex pedibus, & nihil approbat, & cataplasmatũ qualitates confundit, non discernens cõstrictiuis laxatiua. Quibus respondere quid oportet? cum uinolentia neruos amputet, phlebotomia patientes impleat partes. Thessalus autẽ secundo libro Regulari, imperfecte quidem, sed consequẽter methodicis intentionibus curationem ordinauit.

Diocles. Praxagoras. Erasistratus. Erophilus. Heraclides Tarentinus. Themison. Thessalus.

DE RENALI PASSIONE, QVEM GRAECI NEPHRITIN APPELLANT. CAP: III.

νεφρῖτις.

RENalis passio à patientibus partibus nomen accepit. Est autẽ intellecta passio tarda renis aut renum: passio, inquã, tarda: siquidem cum insidenti atq; perseueranti querela renalem intelligamus passionẽ, & non ex nouello atq; recenti tumore, sicuti neq; cuiusquã
D ossium coxæ, ni fuerit perseuerans, ischiada intelligere poterimus. Item adiecimus renis aut renum, siquidẽ nunc alterũ, nunc utrosq; teneat renes tumentes ac duratos, & in saniem sæpe uenientes, & ulceratos, & humore fluentes. Igitur de cunctis purulentationibus uel uomicis communiter secundo dicemus: nunc de cæteris supra memoratis scribemus, & primo de tumore. Antecedentes itaq; causæ, quæ renalem faciunt passionẽ, aliæ manifestæ, ut perfrictio, indigestio, percussus, casus uehemens super clunes, acres cibi plurimi contra consuetudinẽ, libido uenerea uehemens, uel urinalia frequentata medicamina, aut uenena, quæ specialiter ipsas afficiãt partes, ut sunt ex cãtharidis cõfecta. Afficiuntur autẽ hac passione, iuuenibus magis grauiores atq; senes, & uiris mulieres, & habitudine plenis tensiores: siquidem sit in hijs grauior, & generaliter curatio difficilis, ob angustiam locorũ, quæ passione uexantur, & ob acrimoniã urinæ, quæ insuete aliquando renibus immorata in uesicam transit. Sequitur autẽ patiẽtes, cum adhuc leuis fuerit tumor, dolor leuis, & magis cum proni fuerint inclinati secundũ clunes circa ilia, alterius aut utriusq; partes, & priorum in clunibus nodorũ. Cum autẽ tumor uehemẽtescere cœperit, dolor etiã plurimus fiet cũ grauedinẽ & feruore cluniũ omniũ, atq; iliorũ, & pubetenus, uel umbilico cũ consensu usq; ad uesicã tendentẽ, ob tumorẽ urinaliũ uiarũ, quas Græci ureticos poros appellãt: Quæ quidẽ à renibus usq; ad uesicã sunt porrectæ, attestante urina tenui & aquata, & ita subalbida, ut colaturæ liquidæ colorem fingat, quam Græci charopon uocãt, & primo parua, dehinc plurima, aut coaceruatim effusa, quæ nullam faciat releuationem, peiorante tumore in feculentum colorem ueniens, cum iam nimia tensione tenuissimæ uenulæ fuerint ruptæ. Item in uini transiens qualitatem uiscosæ crassificationis causa: tum oleosum ueluti adipis

πόροι οὐρητικοί. χαροπός.

qualitatem

A qualitatem simulans cum renum fluor pinguis acceperit. Dehinc per incremen
ta etiam febres accedunt, cum consensu iecoris, ut quidam etiam fellis colorem
sumant, attestante uentris abstinentia cum torměto & ructatione inflatione co
gente. Tum hebetudo sequetur, & articulorum frigus & uomitus: & tardante
passione corporis tenuitas nimia, adeo ut quidam uncati permaneant, & semper
proni ambulare cogantur, nec unquam se erigere possint. Est præterea signum
declinationis supradictorum in contraria mutatio, ut urina aquata in crassitudi-
nem ueniens: crassior uero uel uiscosa in tenuitatem. Item quæ paulatim atque
cum mordicatione ferri solebat, sine labore adueniens, & si plurima, mediocris
effecta, & ad summũ omnia cum naturæ solita uel similia fuerint uisa, aiunt ali-
qui eos qui ex casu uel percussu, aut uehementi libidine fuerint tormenta, irru-
isse uideantur, colicos uero maior interior, uel uentri uicinarum partium dolor κωλικοί.
sequatur, atq; inde sumat exordium, consentiẽtibus uel compatientibus cluni-
bus. Item renali uitio extemplo difficultas urinæ coniuncta sit: Colicis uero per
consensum atq; secundo concurrat. Hæc est similium passionum discretio. Ac-
cidunt hæc item similia etiam in urinalibus uijs uitio constituto ex renibus, quæ
usque ad uesicam ducunt, quibus eadem quæ supra diximus recte concurrunt,
sed dolor uel eius sensus erit inter renes & intestina, & uesicæ fundum, nulla in-
flatione uel extantia in externis renum partibus prominẽte. Hæc est omnis atq;
perfecta significatio. Sed oportet sanguinis mictu adfectos similiter curari tan-
quam sanguinem spuentes. Alios uero qui cæteris fuerint passionibus adfecti,
sicut de uesica scribentes demonstrabimus, pro suis concursibus uel accidenti-
bus, quæ Græci symptomata uocant, partita curari ratione: Non enim sola ge- συμπτώματα.
neralis, sed etiam specialis eorundem conuenit adiutoriorum curatio, solum dif
B ferens, quod ea quæ localia sunt adiutoria in hijs qui renalibus laborant uitijs
magis clunibus adhibeantur. Illis uero qui uesicæ, pectini, uel pubetenus, quod
Græci peritoneon uocant.

DE TARDIS VESICAE PASSIONI- BVS. CAP. IIII.

IN uesica speciales plurimæ passiones eueniunt, tumor, colle-
ctio, ulcus, durities, phthiriasis, item psoriasis, quam scabiem, φθειρίασις.
uel scabrum appellamus, capillatio, debilitas, paralysis, calcu- ψωρίασις.
latio, quam lithiasin uocant, sanguinis fluor, siue effusio, quã παράλυσις.
hæmorrhagian appellant, mictus tarditas aut difficultas, aut in λιθίασις.
toto guttæ aquatiles, quas hydatidas uocant. Sed ne porrecta αἱμοῤῥαγία.
longitudine fastidiosa curatio uideatur, una præceptione omnia apprehẽdere fe ὑδατίδες.
stinandũ. De paralysi igitur superius docuimus, cũ de ea specialiter diceremus.
De collectionibus uero & ulceribus secũdo dicemus, cum de singulis corporis
partibus cõmunem trademus curationẽ. Tumẽte igitur uesica, sequitur dolor
secundũ pectinẽ atq; ueretri radicẽ, & ilia, & clunes, & magis initio ac fine urinæ
reddendæ: tum feruor incendiosus: item pulsus & extantia partis in passione cõ
stitutæ, cũ iugi ac frequenti urinæ reddendæ desiderio, & repẽtina cessatio, ac rur
sum egestio fiet cũ dolore intolerabili per singulos mictus, ut extenti ægrotãtes
etiam uentũ per podicẽ reddant, aut ipse podex præcadens excludat: & præterea
ægrotãtibus supinus exitus urinæ facilior. Quidã deniq; necessitate coacti defi-
xo capite super latus pedibus sese locauerunt, ut lapis angusta deserẽs loca, atq;
uesicæ aditũ repetens mictus tribuat facultatẽ. Mulieres deniq; etiam digitis im-
missis in muliebrem sinum sibimet ipsæ hortatione quadã lapidem prouocãdo
dimiserunt.

C dimiserunt. Pueris autem magis prominens ueretrum fiet: Sæpe etiam extantia quædam ægrotantibus occurrit, si suo digitum iniecerint podici. In ipsa præterea urina sedimina inueniuntur, aliquando crassiora & calida, aliquando arenosa & saxosa. Item quibusdam asper lapis, aut sanguinolentus excluditur, & saniosus. Sed quoniam signa communia sequentur ulceribus uesicæ atq; lapidibus generatis, & hijs qui gelato sanguine impediti mictus difficultate affi- μηλωτίς. ciūtur, confirmabitur apprehensio lapidis generati, adhibita melotide, cuius rationem atq; usum Responsionum libris chirurgiam scribentes plenissime tradidimus. In quibus etiā auferendi lapides opus docuimus: Nunc enim correctionem demonstramus cuiusdam in corpore morbi, quo uesica lapidū generatione uexatur, & non ut alium masculum appellemus lapidem, alium fœminam, ut quidam leuium medicorum, sed quodam corporis uitio, non adhibita recorporatiua curatione, cum solius auferendæ alienitatis intentione medici capiantur, cuius plurimæ sunt differētiæ. Est præterea urinæ reddendæ impedimentū, quod στραγγουρία Græci stranguriam uocant, mictus officium retardatum. Difficultas autem quā δυσουρία. ijdem dysuriam appellant, quæ id adiuncto dolore ingesserit. Impossibilitas au- οὐρία. tem, quā urian uocant, perfecta eius officij negatio. Sed hæc tria accidentia quæ συμπτώματα. Græci symptomata uocauerunt, nunc stricturæ sunt appenditia, cum tumor uesicam tenuerit, siue durities, aut paralysis, uel tensio, ut quidam uolentes urinam usu solito ac naturali deponere, obstantibus causis longo tempore cōtinentes officij dilatione uexantur: aliquando alienitatis obtrusione uesicæ impedito meatu, ut lapidis, aut arenæ, aut capillorum, aut squamularum cantabri similiū, D uel quocunq; sedimine crassiore. Fluor autē sanguinis per uesicam, quem Græ- αἱμορραγία. ci hæmorrhagian uocantes manifestus, cum aceruatim per urinæ meatum sanguis excluditur. Sed quoniam non solo ex ambitu uesicæ fluor iste fiet, sed etiā ex collo uel mictualibus uisco aceruatus sanguis excluditur: aliquando etiam de renibus, erit locorum discretio facienda: Nam renibus patientibus dolor in clunibus demonstratur. Vesicæ autem ambitu patiente sub umbilico, uel pubetenus apparet dolor, & sæpe urinæ commixtus sanguis excluditur. Item collo uesicæ patiente circa ueretri initium, quod Græci peritoneon uocant, dolor sentitur. Mictuali autem uia patiente, ipsam ueretri radicem dolor afficit, attestante sanguinis puritate, cum iugi ac non intercapedinata emissione, etiamsi digitis loca, quæ iuxta sessionem ueretri sunt, presserimus, quo in loco est ultima mi- οὐρήθρα. ctualis uia, quam, ut supra diximus, uræam Græci uocauerunt: Nam si ex alijs locis sanguis feratur, digitorum impressione magis abstinetur, cum supradictis locis, hoc est, peritoneo, uel podici uicinis renititur impressio. Tunc ex uesicæ collo impedimento repressus feretur, ex superioribus uero abstinetur. Aliorum autem medicorum signa de hijs discretionibus conscripta Responsionum libris chirurgiam scribentes elogiauimus. Sunt autem uesicæ uitia, uel passiones generaliter curatione difficiles: Est enim natura neruosa, & altioribus insita locis, atque celata, & quæ corporis superflua sustineat acriora. Sed ne rationem uariare uideamur, erit demonstrandum, quoniam fluori siue solutioni uesicæ, quā Græ- ῥευματισμὸς ci reumatismon uocant, sunt adscribenda plurima, quæ specie discrepare uiden- uesicæ. tur, ut plurimus mictus cum arenoso uel capilloso sedimine: Item sanguinis fluor. Stricturæ autem adscribendus tumor est, atq; durities, uel saxea duritas, quā σκίρρωσις. Græci scirrhosin uocant. Horum duplicem generaliter in superpositionibus curationem demonstramus. Fluente igitur uesica, hoc est, solutionem patiente, locandus æger frigido mediocriter in loco, adhibita requie cum abstinentia & articulorum

A articulorum tenaci ligatione: Et si sanguinis fuerit fluor, clunibus prominẽtius subleuatis, & officio mictus admonente, quantum datur imperandum ægro, ut neq; id retento faciat spiritu, neq; ui quadam uel conatu excludi cogat aliena: Apponenda etiam spongia noua aceto tincta secundum clunes uel umbilicum, ac pubetenus, quod Græci etron appellant, usq; ad ueretri initium, quod ijdem peritoneon uocant, addita tenaci cum amplexu ligatione: Tum epithemata ijsdem locis, atque cucurbita constrictiua: Potus dandus frigidus, paruus cibus: Species de sanguinis fluore & sputo scribentes docuimus. Similiter etiam quæ præbibenda conscripsimus, eiusdem scilicet qualitatis, & sessionem ex uino uehementiori confectam, quam encathisma uocant, in qua sint præcoctæ murtæ bacculæ cum rosis, uel in pusca, aut aceto facta decoctio herbæ talliæ, uel rubi, aut mali punici corticis, & horum similium, uel per ferramentum quod Græci catethera uocant, iniect o secunda, quæ similiter medendo constringant, acaciæ, hypocystidis, aut plantaginis succo, uel polygonij herbæ, aut intybi, uel puscæ frigidæ singularis, aut adiuncta thuris drachma una cũ æquali pondere hypocystidis, uel gallæ, cũ nigro uino, uel talliæ herbæ aqua cœlesti concoctæ: quæ cum fuerit expressa & abiecta, erit aqua coquenda, donec ad mellis ueniat crassitudinem. Mulieribus uero etiam pessaria adhibenda, quæ ad fluorem matricis Responsionum conscripsimus libris, muliebria uitia curantes. Est autem curatione correctior, ac facilis eruptione factus, uel oscitatione sanguinis fluor, uel percussu, aut saltu confectus: Etenim influxio abstinetur, & rupta conglutinantur: difficilis uero correctione ex putredine effectus fluor: Retento enim sanguine, uel abstento ulcus permanebit. Est præterea ex putredine sanguis ater, & male redo-

B lens, atque purulentus ex ulcere præfecto, & dolore antecedente, qui putredinis causa aduenisse uideatur. In eruptione autem flauus, & non antecedentibus supradictis, sed excussu uel saltu, aut percussu effectus. Solent præterea sicut in podice uel fœminarum sinu, aut matricis collo etiam in uesica hæmorrhoides generari, quæ fluorem sanguinis præstent, quibusdam interuallis uariatum, quod oportet apprehendere prudentem, cum non coadceruata primo fuerit effusio, sed augmentis quibusdam promota, interiectis defectionibus, ac sæpe retento sanguine doloris pubetenus admonitione cessante cum tensione inguinum, & grauedine clunium, uel renum consensu: & cum sanguis eruperit, supradictorum relatione sequente: siquidem aliquando inflatæ ac tumentes hæmorrhoides difficultatem, uel abstinentiam faciant mictus, quam Græci dysurian uocant, uel uriam. Hæc sunt quæ de hijs necessariò dicenda credidimus. Declinante autem passione conuenit adhibere cerotaria, ex murtino, uel uiridi oleo, & alumine, cibum uarium dare atq; uinum, ac deinde lauacrum adhibere. Ac si strictura fuerit uentris uel uesicæ, conuenit iacere ægrotantẽ loco mediocriter calido atq; lucido, adhibita abstinentia usq; ad tertium diem cum requie. Item locis in dolore constitutis manuũ calidarum cum blando amplexu uaporatio adhibenda, uel pubetenus, ac ueretri initio & clunibus calida linteamina, aut uascula ex aqua calida, uel saccelli ex pollinibus calidis, aut uesicæ oleo calido plenæ admouendæ. Ac si uehemens fuerit dolor phlebotomia adhibenda: & partes in passione constitutæ lanis limpidis oleo calido ac dulci infusis contegendæ, ex eo etiam totum corpus ungendum: tum ora fouenda. Adhibenda etiam encathismata ex aqua calida, uel aqua & oleo, aut decoctione laxatiua ex hijs quæ sæpe memorauimus. Tũc cibus dandus sorbilis, & potui aqua calida moderatione dominãte, & usq; ad declinationẽ passionis interuallis dierũ nutrimenta offe-

[Margin notes: ἦτρον. — ἐγκάθισμα. — καθετῆρ. — αἱμοῤῥοΐδες uesicæ. — ἐγκαθίσματα.]

renda. Ac si dolor minime cessauerit, conuenit usus cataplasmatis laxatiui, & cu
C curbitæ appositio leuis, quã Græci cuphen appellant, cum adiecta scarificatio-
Cucurbita κοῦφα. ne, & uaporatione spongiarum a qua calida expressarum. Ac si uenter retentus
fuerit, clyster conuenit simplex: & secundo cucurbita clunibus adhibenda, ac
pubetenus præraris capillis. Tunc hirudinũ appositio, quas sanguisugas uocãt,
ἔμβασις. atq; embasis adhibenda ex calida & oleo: sic enim laxatis tensionibus non solũ
dolores soluentur uesicæ, sed etiam consequens urinæ difficultas, uel abstinen-
διουρητικά. tia. Cauendus præterea usus urinalium medicaminũ, quæ diuretica Græci uo-
cant: Sunt enim quæ uesicam prouocant, & propterea tumores faciant commo
ueri. Ac si minutis doloribus urinæ fuerit retentio, uel in toto conquieuerit do-
lor, tanquam factis superpositionibus repetant lenimenta, adhibenda fortifica-
tio per uariam gestationem, & uocis exercitium. Vnctionibus quoq; ac defrica-
tionibus admotis quæ superiora corporis magis exerceant, interiecto lauacro,
& uario cibo ac uino, & iuxta methodicum modum adiectiones cyclicæ ac detra
ctiones faciendæ: Tum ad recorporatiua atq; uehementia redeundum adiuto-
Δρώπαξ. ria, ut ex resina uel dropace, ac paroptesi, & solis torrore, uel arena ignita, & ap-
παρόπτησις. positione cucurbitæ, forti raptu atq; tractu quodam circunducto remota corpo
ra roboremus morborum pulsa segnitie, adhibito usu asperginum, quæ sympas
συμπάσματα. mata Græci uocauerunt. Tunc malagmatum atq; acoporũ lacessentium usus
μαλάγματα. adhibendus, adiecto etiam sinapismo, & fricatione partium quæ passione affi-
ἄκοπα. ciuntur. Tum encathismatibus utendum ex aqua marina, uel salsa calida, & ma
ἐγκαθίσματα. gis hijs qui mordicatione quadam locorũ in ijsdem passionibus tanguntur: tum
κατάκλυσμοι. cataclysmo utendum, cuius nominis uim præscriptis libris sæpius latinauimus:
ita natatio adhibenda aquarum sua uirtute medentium, quibus magis erit in so
D lutionibus utendũ: Eligendæ sunt nanq; specialiter quæ aluminis habeant qua-
litatem, ut sunt in Italia Albulæ appellatæ, & Nepesinæ, & Cotiliæ, & Auguriæ:
Hijs uero qui lapidibus, uel scabro uesicæ afficiũtur erunt eligendæ aquæ salsæ,
uel quæ nitri habeant qualitatẽ, ut apud Tenariam insulam, quæ potandæ, atq;
lauacro adhibendæ sunt. Tum residuus adhibendus est cyclus, & acriora medi-
camina potãda, ut ex radice lapathi, & capparis, & struthij, uel polij herbæ. Itẽq;
λιθοτομία. panacis, & horum similium, & lithotomia in hijs qui maiorẽ generauerint lapi
dem. Item in omnibus hellebori adhibẽdus est usus, si passiones supradictæ per-
manserint. Tum nauigatio atq; peregrinatio, & earum uarietas appetenda. Erit
præterea longo tempore, ut cætera quæq; nimia, Venus præcauenda: hijs enim
qui ob uesicæ paralysin propter officium sciscitandum usum uenereũ probaue-
runt, consentiendum non est: trahit enim secum totius corporis uexationẽ: Ob
quam causam erit probanda etiam ferularum tenerarũ, uel tabellarum, usq; ad
ruborẽ cutis ab hijs probata percussio. Itemq; ustio, & scarificatio faciendæ pu-
betenus atq; clunibus, & circa initium ueretri circulatim, quod Græci perito-
περιτόναιον. neon uocant, debilitate afficiens. Sunt præterea aquosa semina quæ excludun
tur, & magis cum se pronos fecerint ægrotantes, uel celeri ambulauerint gressu.
Irruit autem corporibus, cum longa fuerint debilitate uexata, aut immodico
usu uenereo affecta. Sed est accipienda curatio ex hijs quæ è uesica sanguinem
fluente memorauimus. Item ex hijs quæ in lenimentis passionum fortificandi
corporis causa, ac demutandis sæpissime probauimus: Est enim hæc passio se-
minalium uiarum paralysis.

DE SOMNO

A DE SOMNO VENEREO QVEM GRAECI onirogonon appellant. CAP. VII. ὀνειρογόνος.

PEr somnos inanibus uisis affecti ægrotantes seminis lapsu ue-
xantur. Nomen autem sumpsit ab accidenti: siquidem effectũ
uenereum prouocando perficiat. Sed generaliter neq; illico pas
sio est, neq; accidens passionis, quod Græci symptoma uocant,
sed est consequens uisis, quam Græci phantasian uocauerunt, φαντασία.
per somnum ægrotantes afficiens, ob desiderium ueneræ uolu
ptatis, uel iugem atq; continuã libidinẽ, siue è contrario longam usus dilationẽ
uel continentiã. Sed hoc frequentius accidens in passionẽ sæpe deueniet. Itemq;
alterius passionis aliquando antecedens fiet, ut epilepsiæ, furoris, quã Græci ma
nian uocant, aut cuiusquã similis morbi: quoniã uexationẽ ostendere probatur,
atq; præmoueri corpus, siue prætangi accessione uentura. Itẽ aliquando antece-
dens causa supradictæ passionis, quã seminis appellamus lapsum, fuisse probat̃,
à qua discernitur: siquidem illa passio etiam per diem uigilantibus ægris fluere
faciat semen, nulla phantasia in usum uenereum prouocante. Somnus autẽ ue-
nereus eo solo tempore quo dormiunt ægrotantes inanibus uisis concubitũ fin
gat. Aliqui etiam aiunt oniropolesin ab onirogono discerni: siquidem oniropo ὀνειρωπόλησις.
lesis illa sit quæ per somnum cõcubitum fingat, cum operantium sensu, sed sine
seminis iactu. Onirogonos uero usq; ad defectum deducit seminis lapsum. Sed
Milesius nihil inquit supradicta differre: unum est enim, atq; eundem fluorem *Milesius.*
dicit esse seminalium uiarum. Sed quod inquit nunc exclusio perficitur seminis,
nunc impeditur, quanquam uisa per somnum eadem fingantur, ob alias inquit
B fructes fieri causas, sed non est plurima discretio, nisi intentio adhibenda: quip
pe cum neq; necessaria comprobetur. Eos igitur qui ratione futuræ accessionis
epilepsiæ, uel furoris, aut cuiusquam alterius morbi commouẽtur, ex hijs quæ
suis sunt passionibus tribuenda mitigamus: Eos uero qui specialiter hoc uitio
afficiũtur, tanquam parua gonorrhœa affectos curamus: Supradictorum enim γονόῤῥοια.
augmentum in istam cadere passionem facit ægrotantes fluentium seminalium
uiarum, uel paralysi uitiatarum causa. Quapropter conuenit primo ægrotãti ab
intentione uenerea uisa mentis auertere, quæ Græci phantasmata uocauerunt, φαντάσματα.
atq; aliorsum applicare intentionibus externis admotis: siquidem facile quæ
uigilantes accipiunt somniorum uisa ad actiua cum hijs motibus exerceant æ-
grotantes, & propterea corpus seminis discussione uexetur. Rum stramen-
ta duriora atq; frigerantia procuranda. Iubendi etiam supra latus iacere, cum
se somno dederint, & ante se uel supponenda tenuis ac producta lamina plum-
bea clunibus, uel spongiæ circundandæ pusca frigidæ infusæ, uel iniiciendo loca
rebus frigidæ uirtutis ex anterioribus, ut balaustio uel acacia, aut hypocystide,
uel psyllio herba, quæ sunt singularia, uel cum palmulis adhibenda. Cibus etiam
constrictiuus dandus, uel densabilis & frigidus, ut de sanguinis fluore conscri-
psimus. Poto quoq; frigido nutriendi, uel constrictiuis, non quidem curiose cõ
fectis constringendi. Tum adhibenda fortificatio ex communi resumptione, &
facienda consuetudo frigidi lauacri, quod Græci psichrolusian appellant. Loca ψυχρολουσία.
etiam in passione constituta forti impressione fricanda: Sunt enim hæc sufficien
tia constrictionis faciundæ. Aliqui uero conuenire dixerunt etiam mictus dila-
tionem tendere, ne frequenti officio causa refricetur. Sed completa uesica se so-
mno ægrotantes dare, quo neq; in altum somnum uenire sinantur, & intercessu
frequenti excitentur, quo uisa ueneræ uoluptatis, quæ somno finguntur, amit-

C tant,& extenti ueſica ſeminales uias ſibi uicinas comprimendo ſemen retineãt. Alij maiorem digitum ligandum atq; conſtringendum forti filo uel lino iuſſe runt, quo dolore interueniente altior arceatur ſomnus: & neq; animorum uiſa in uenereum uoluptatem ſoluantur. Sed erunt hæc utraq; à nobis excludenda: Vexant enim uigiliæ ægrotantem, & ultra modum urinæ retentio difficultatem mictus ſæpe refecit, ut alterius paſſionis illatæ cauſa uideat, ut ſupra docuimus.

DE DEBILITATE SEMINALIVM VIARVM. CAP: VIII.

Mileſius. M Ileſius debilitatem fieri dixit ſeminalium uiarum, uel ſequi in uſu uenereo pro ſemine ſanguinis emiſſionē. Sed hoc commune eſt etiam hijs qui in oſculo ueſicæ, quam uretan uocant, *οὐρήτρα.* ulcus habuerint: Et eſt harū manifeſta diſcretio: In hijs enim qui ulcus habuerint cum mictum fecerint ſanguis fluet, atteſtante mordicatione & dolore, & aliquando egeſtione corpuſculorū *ἐφελκύδας.* quæ ephelcydas Græci uocauerunt. In hijs autem qui debilitate ſeminalium uiarum afficiuntur, ſolo tempore Veneris exercendæ ſanguis excluditur, atteſtante iucunditate, nullis corpuſculis, & cum mictum faciunt nulla mordicatione uexantur, ſed etiam nunc curatio ex ſupradictis accipienda, ubi ueſicam fluentem ſanguine curari conſcripſimus: Conſtrictione enim atque denſitate fluentia retinentur. Tunc reſumptio adhibenda, ac deinde recorporatio, ut ſæpe memorauimus.

DE PRIAPISMO. CAP: IX.

πριαπισμός. S Ine ullo dolore uel conſenſu uertigo ueretri fiet, & appellatur priapiſmos, ſed uocabulum ſumpſit à ſimilitudine priaporum, D quod ita formentur, ut recto ueretro fingantur. Huius autem paſſionis meminit Demetrius Apameus libro Signorum: Ait *Demetrius Apameus.* enim ſemen in ſemet manu operantem nec quicquam potuiſſe peragere: tenſionem autem fuiſſe ueretri nimiā cum paruo dolore, ut cornu putaretur, & ita perſeuaraſſe multis menſibus. Nullo quoq; adiutorio medicinali ceſſaſſe, ac tarde atq; longo tempore quieuiſſe: Quo fiet ut à ſa *σατυρίασις.* tyriaſi diſcernatur priapiſmus: ſiquidem illa celer ſit, & non tardet in corpore, fiet ſanè cum contractu neruorū, & ſtimuloſo deſiderio ueneræ uoluptatis: nam intelligitur priapiſmus paralyſis eſſe ſeminalium uiarum, atq; aliorum neruorū ad ueretri partes ducentium: quorum contractu ægrotantes afficiuntur. Sed etiam nunc curatio ſumenda eſt ex hijs quæ de ueſicæ ſtrictura longo tempore tardante conſcripſimus.

DE VOMICIS SIVE INTERNIS COLLEctionibus, quas Græci empyemata uocāt. CAP: X

ἐμπυήματα. P Lena igitur de hijs tradenda eſt ratio. Hæc enim ſunt quæ in occultis nata collectiones nuncupantur, ut in ſplanchnis, ac mem *σπλάγχνα.* brana, quæ latera cingit, uel in pulmone, aut diſcrimine thoracis ac uentris, quod Græci diaphragma uocant. Item ſtomacho *διάφραγμα.* uel uentre, iecore, liene, inteſtinis, renibus, ueſica, aut mictuali uia, uel matrice, aut peritoneo. Sed de hijs quæ in matrice gene *περιτόναιον.* rantur libris quos de muliebribus uitijs conſcripſimus Reſponſionum docuimus, de cæteris uero nunc dicemus. Harum igitur aliæ ſolo medicamine curantur, at q;

A tur, atq; medicinali delectu gubernante usum chirurgiæ non exigunt: siquidem sint occultis in locis, & plurimis superpositis mẽbris, & sit impossibile atq; illicitũ plurimas incidere partes, ne sanguinis põposus fluor periculum faciat ægrotanti: ut sunt quæ in pulmone generantur, uel diaphragmate intrinsecus, uel in ipsa alteriore altitudine, aut in stomacho superius scilicet à diaphragmate, uel in uentris sessione, aut intestinis, excepto fine longaonis. Itẽ in posterioribus uesicæ, uel in renibus: alia uero accedente chirurgia curantur, quoties ad exteriora corporis collectionũ liquorẽ erumpendo feruntur, uel magis ab altioribus recedunt, ut in hypozygo mẽbrana, uel diaphragmate forinsecus, atq; stomachi fun- ὑπέζυγος.
do, & uentris circa eius superiorẽ altitudinẽ. Item iecore & liene, & longaone ad eius exteriora, atq; sphinteri uicina, & uesicæ in anterioribus, uel sub umbilico pubetenus, quod Græci etron appellant. Item in uesicæ collo, uel in prima eius ἦτρον.
parte, quã Græci uretan uocant, & in peritoneo: Cõmuniter autẽ omnis uomi- οὐρήτη.
ca uel collectio, antecedente tumore nimio, generatur deniq; empyicis, quos ἐμπυικοί.
nos uomicosos appellamus, alij ex pleuretico morbo, alij ex pleumonico in supradictam passionẽ deuenerunt, sequentibus signis; nunc cõmunibus cuiusdã partis in uomicã uenientis, nunc specialibus pro singulis corporis locis. Sed ne longa hac oratione extimemus omniũ communia simul ordinanda probamus: tum singulatim specialia designãtes etiã munia adiungemus. Omnibus igitur collectionibus generatis, uel cum tumor in liquore uertitur, sequitur febricula uehemens, inordinata, & sæpe cũ rigore & torpore frigido, uel iniquitate corporis. Tunc loci feruor incendiosus, grauedo, tensio: & exceptis quæ in pulmone fiunt sæpe stimulans dolor, & p ulliuosus. Tum celer pulsus, atq; humilis, & sæ-
B pe sudor magis capitis, atq; collorũ. Dehinc perfecta purulentatione rigor corporis, atq; tremor circunscribetur, & febriũ recedit inquietudo ac dolorũ, sed specialiter ac proprie in cõmunibus, si in membrana quæ latera circũtegit, hypozygos appellata fuerit generata collectio, difficultas spirationis sequetur, quã dys- δύσπνοια.
pnœan uocauerunt, sed difficilis iacendi potestas supra contrariũ patienti latus, hoc est, quod causa nõ tangitur, cũ sensu qu odã interno ueluti pendentiũ membrorũ, & sæpe cõmotus corporis quasi sonus audit, uelut inclusi atq; collisi humoris: nam Græci hydatismon appellãt. Sequitur etiã displicentia post acceptũ ὑδατισμός.
cibũ, quã Græci dysarescesin uocant, & plurima tensio medij lateris, aut uerrico- δυσαρέσκησις.
sa inflatio impressioni digitorũ cedens ac resurgeus. In pulmone uero emergente uomica, spirãdi plurima difficultas sequetur ægrotantes, tussis uehemẽs, uox obtusa uel rauca, & odoris tetri spiratio, thoracis grauedo, & adductio superiorũ ad inferiora. Itẽ grauatio atq; tensio supinatis ægrotantibus, & releuatio sedentibus: deniq; se ipsi sustollunt ad partes lecti superiores, quo leuatius habeãt caput. Sequitur etiã cauitas oculorũ, genarũ rubor, & albedo sub lingua uenarũ: Et si eruptio tardauerit, inflatio quoq; articulorũ sequetur, uultus pallor, & macies ora deformans. Itẽ in diaphragmate emergente uomica dolor supra præcordia sequitur, penetrans per latera utraq; usq; ad posteriora, & aliquãdo inflatio uel tensio iuxta finẽ pectoris, uel sub extremis costis, atq; ossibus ultimis perseuerãs usq; ad alia: Et si collectio forinsecus fuerit, sonitus aliquãdo humoris inclusi sequetur. Tunc tussicula, & in spirationibus difficultas plurima, ac respiratio longa, & forinsecus spiritu attracto dolor, quod nunq; sequetur eos qui pulmonis uomica uexantur: Etenim pleumonici hauriendo magis spiritũ releuan- πλευμονικοί.
tur. In stomacho autẽ emergente uomica ructationes tetræ, atq; difficultas spirationis, sed minor ægrotantes sequetur, & aliquando tussicula paruo sine ullo tu-

C moris excreatu: Tunc torpor frigidus articulorũ, animi defectio, sudor in sum-
mitate cutis, pulsus paruus, & corruptio sumpti cibi, atq; acidæ ructationes, &
nausea, & aliquãdo uomitus, siccitas linguæ, uel asperitas sitis, transuoratio diffi
cilis, plurima uel parua pro collectionis magnitudine. Quod si fuerit in superio
ribus stomachi, donec cibus transuoretur pressurã sentient ægrotãtes. Post effe
ctus uero releuent. Ac si in inferioribus erit facilis trãsuoratio, ac deinde dolida
cibi pceptio sequetur, cum ad destinata peruenerint quæ sumant, dolore ex an-
terioribus partibus in ore uentris attestante, cum inflatione uel extantia quæ im
pressione digitorũ cedat ac resurgat. Si uero in superioribus fuerit collectio, nul
la uidebitur prompta inflatio uel extãtia, sed dolor atq; grauedo inter scapulas,
uel ex posterioribus ceruicis partibus sentiet. Ac si in uentre fuerit collectio, &
magis in eius ambitu, erit inflatio inferius à diaphragmate, quod discrimen ap-
pellamus, circa mediũ præcordiorũ sinistrorsus flexa, & impressioni digitorũ ce-
dẽs ac resurgẽs, attestante fastidio, nausea, siti post cibi sumptionẽ, cũ ructatio-
nibus acidis, atq; sumptorũ corruptione, & aliquãdo liquidis per uentrẽ egestio
nibus. Ac si in aliquo intestinorũ fuerit collectio, erit extantia, uel inflatio uomi
πύλωρος. cæ secundũ eius positionẽ in pyloro: deniq; constituta in ultima parte uẽtris sub
νῆστις. dextro latere, atq; ilio, uel sub iecore. Sin uero in nestide fuerit collectio, erit in
sinistra parte extantia supradicta atq; inflatio ueluti sub liene. Alijs etiã intestinis
tensioribus collectione uitiatis inter umbilici atq; pectinis regionẽ supradicta re
periũtur. Ac si in colo fuerit collectio, secundũ iliũ dextrũ, circa umbilicũ usq; ad
sinistra loca, antecedentibus hijs quæ sunt solita colicos afficere, supradicta repe
riunt. Itẽ in longaone collectione suffecta cluniũ dolor sequetur, cũ difficultate
D mictus, & abstinẽtia uentris, & aliquãdo egestione muculẽta uel sanguinolẽta.
Inflatio autẽ uel extãtia erit in superficie occulta: sed immissis per podicẽ digitis
sentietur, & ad inferiora ueniẽtibus liquidis cõmixta stercora putria egerantur,
adeo ut plerũq; lateat, utrũ ex pyloro uel nestide, aut tenerioribus intestinis hæc
ferri uideant. Sed erunt purulenta separatiora à stercore, atq; discreta, cũ ex colo
referunt, aut ex longaone. Itẽ in iecore uomica cõstituta, inflatio uel extãtia, &
pulsuosa sequetur ægrotãtes appositio, & tangẽtibus nobis sana principaliter oc
σπλάγχνα. currũt: & circa cõfiniũ interraneorũ, quæ ut supra diximus Græci splanchna uo
cant, circũscripta collectio sentietur, cum nunq; tantũ latens, atq; ita submersa
in peritoneo collectio cõprobetur, neq; ita circũscripta ac decisa uideat, sed pau-
latim deficiẽs suos fines sanis partibus iungat, ut nõ deiecta atq; decisa uideant.
Hæc est uomicarũ omniũ specialis significatio, sed earum eruptiones aliquæ ad
thoracis inania fiunt, aliquæ inter regionẽ peritonei & intestinorũ, aliquæ ad sto
machũ uel uentrẽ, ut liquida atq; purulenta euomãtur: aliquæ ad pulmonẽ, siue
βρόγχος. arteriã maiorẽ, uel rumã, quã Græci bronchon appellant, quo liqda & purulẽta
etussiantur: aliquæ ad intestina, uel eorũ spacia, quo per podicẽ liqda excludant,
uel purulenta: aliquæ ad matricẽ, quo per muliebrẽ sinũ profundant: aliquæ ad
renes uel mictuales uias, ac uesicã, quo per mictũ ferant: aliquæ ad cor, ut Erasi-
stratus ait, sed harũ omniũ eruptionũ plerique alias rationabiles dicũtur: aliquas
irrationabiles: sed rationabiles aiunt, ut ad stomachũ uel uentrẽ ueniẽtes per os
excludi: ad pulmonẽ uero per arteriã maiorẽ. Itẽ ad intestina uel uentrẽ, uel podi
cẽ ferri, ad renes uero uel uesicã per mictuales uias. Itẽ ad matricẽ per muliebre
ueretrũ. Irrationabiles autẽ dicũt, eas quæ in diaphragmate, uel hypozygo mem
brana, aut iecore, & liene generatæ rumpuntur per arteriã maiorẽ, uel stomachũ,
aut uesicã, aut matricẽ excludi credant, cum nullæ sint ab hijs partibus quæ colle
ctione

A ctione affectæ sunt naturales uiæ ad supradicta loca ducẽtes. Alij uero etiã in hijs
se repertos quædã uascula demonstrant, anatomica ratione adprehensa, quæ ad ἀνατομικῶ.
hæc penetrãt loca. Alij aiũt uias esse latentes, quas logotheoretas appellant, per Viæ
quas limpida, uel purulẽta quadam exudatione ferantur. Sed nõ oportet de hijs λογοθεώρηται.
plurimũ disputare: Sufficit enim ad disciplinã significationis faciundæ manife-
sta cõprobare. Itẽ aliqui etiã in singula loca ex alijs factã susceptionẽ puris, quã
metalepsin uocauerũt, signis explicare conati sunt: quæ quidẽ nõ necessaria, sed μετάληψις.
frequẽtia probauerũt: Etenim ad arteriã maiorẽ, siue gutturis cannã, quã Græci
bronchon appellant, facta eruptio spirationis ingerit difficultatẽ, & tussiculam:
ad stomachũ uero nauseã atq; fastidiũ, & euersionẽ, uel uomitũ ingerit ægrotan
ti. Itẽ ad intestina, uel uentrẽ tormentũ facit partiũ cũ inflatione ac uentositate.
Ad uesicã uero delectationẽ facit freqũẽter urinæ reddendæ: Ad inania autẽ tho
racis, atq; inter peritoneon membranã, & uitalia interna nulla sunt antecedẽtia
eruptionis signa, sed utranq; factã intelligimus, sed pro ægrotantiũ motu, uel cõ
uersione iacendi sonus quidã efficit uelut inclusi humoris, quẽ Græci hydatis- ὑδατισμὸς.
mon uocauerũt. Præstantius autẽ, si inter peritoneon atq; intestina id euenerit,
Sequetur etiã prominẽtia partiũ hydropẽ fingens, cũ mordicationibus ac dolo- ὕδρωψ.
ribus repentinis. Sed si inanis fuerit ruptio thoracis facta superiorũ partiũ à discri
mine, quod Græci diaphragma uocãt, cũ difficultate spiratiõis, ac tussiculæ quere
la sequetur. Sin uero in regione, quæ intestinis atq; peritoneo interiacet, fuerit fa
cta, inferiorũ partiũ querela sequetur cum intestinorũ tormento: nouitate enim
repentinæ effusionis acriorũ humorũ, atq; corrupti puris edacitate ea quæ natu-
rali habitu custodita manebunt, uitalia uehementissime uexabant. Præterea re-
B pentina, atq; coadceruata ruptio fit, aliquãdo paulatim, tenuatis primo uomicæ
tegminibus, ut præliquatum, atq; paruum liquorem mittant, quod apprehẽdi-
mus, quum tussicula desiuerit esse sicca, atq; sputa pollui admixtione puris uide
rimus: uel in egestionibus uentris quicquã saniosi liquoris fuerit repertum, uel
in egestionibus urinæ sedimina purulenta fuerint inuenta. Sed post supradictas
eruptiones, si omnis fuerit facta liquoris effusio, febres illico soluuntur, atq; loci
prominentia reflatur, & grauedo circunscribitur. Sin uero ex parte fuerit effusa
collectio, quod fiet debilitate ægrotantis, aut crassitudine liquidorũ, aut non in
fundo uomica osculatione suffecta, sed è lateribus, aut supernis partibus paula-
tim liquidam inuenturũ: Sed erit approbanda significatio non in fundo factæ ru
ptionis, cum inter aliquos dies repleta uomica siue eruptio tensionẽ rursum atq;
grauedinem cum febre mouerit ægrotanti. Tunc post effusionẽ superflui liquo
ris omnia leuigantur, ac similiter per interualla dierum easdem difficultates re-
præsentet. Communiter autem omnium eruptionũ tutior est comparatione cæ-
terarum illa quæ in uesicam uenerit, atq; mictuales uias: Etenim naturaliter cre
duntur hæ partes iugem acrimoniam liquidorum excipere ac reddere. Quapro
pter neq; nunc ulla nouitate facile uexari posse uidentur, cum in se aliena atque
acriora susceperint, quæ eruptione uomicæ descendunt. Dehinc quod naturali
urinæ commixta purulenta, quæ collatione corrupta uidentur obtusa mite-
scunt: ultimo quod neque coadceruatam, sed paulatim redditam ac requiescen
tem sumant egestionem urinæ per exitum tractum. Item facilitate secunda est
quæ ad intestina ruperit: hæc enim quoque creduntur transitum stercorum su-
stinere, sed ad primã minus tuta iudicatur: siquidẽ possit coadceruatæ effusionis
causa per podicem ægrotanti defectionem facere, & propterea mortem. Tertia
est, quæ ad matricem ruperit, & magis in hijs quæ iam naturali lege purgantur:

C Didicerunt enim loca materiæ & transitũ sustinere, minus quidem à prioribus tuta est: siquidem neq; ex initio natiuitatis, neq; per dies singulos naturalẽ meatum ipsæ sustineant partes, neq; ita acria ferre consueuerint liquorum: siquidẽ nihil in se sanguis habeat mordacissimæ qualitatis, omnium tamen periculosior *Erasistratus.* iudicatur, ut Erasistratus ait, quæ ad cor fuerit facta, eius secunda quæ ad arteriã gutturis, quam Græci bronchum appellant, & eius repentina magis atq; coadceruata ab ea quæ paulatim fuerit effusa: Siquidem defectiones ingerat ægrotanti, atq; difficultatem spirationis, & tussiculam & præfocationẽ, cum neq; naturalibus liquidis ulla consuetudo per ipsam partem transeundi uideatur: tertia quæ ad stomachum fuerit facta: siquidem præfocationẽ minus ingerat, minus quidem à supradicta appetitũ quoq; cibi extinguat: & propterea fame ægrotantes afficiendo debilitet. Item post hanc secunda est, quæ ad inanitatẽ thoracis fuerit facta: siquidẽ circunfundatur pulmoni humor corruptus: atq; cordi ultima est, quæ inter regionẽ peritonei & intestinorũ uenerit: siquidẽ circunfundatur humor iecori & lieni, & uentri atq; intestinis, quæ cum fuerint uexata ingerant periculum. Communiter autẽ, siue uniuersim dicẽdo, quod Græci catholicon uocant, omniũ uomicarũ, uel eorũ qui hijs afficiuntur salutarẽ intelligimus ductũ fore, si post eruptionẽ factã febres cessauerint, & magis extemplo, uel eadẽ die siti quoq; recedente, atq; perfecto appetitu cibi: uentris quoq; officio parua atq; congesta reddente, ipsius etiã puris albedo, atq; eodẽ colore apparente: & cum lenitate, ac sine dolore suarũ egestionũ: & si per superna egeritur sine uehementi tussicula, neq; coadceruatim, sed per partes excluduntur liquida: pessima autẽ

D aut difficulter, aut ut sæpe contingit interfectiua ferri iudicamus eis quibus post eruptionẽ febres annexæ pseuerauerint, attestante siti cum fastidio cibi, & uẽtris fluore, uel ipsius puris felloso, uel liuido colore, coadceruatis egestionibus, cum uehemẽti tussicula uiribus depurgatis. Hæc est uomicarũ significatio. Sed oportet ob earũ generationẽ fugiendã congruam tumoribus adhibere curationẽ: Horũ enim augmenta collectiones faciunt generari, ut sæpe in pleureticis uel peripleumonicis, uel similibus morbis, quibus ita formauimus curationes, ut minime sinantur initia fieri uomicarũ. At uero si iam perfectã uomicã uiderimus, & humore corrupto in toto aut ex parte tumoris caruerit nomine, oportebit similibus adhuc perseuerare adiutorijs, ut cataplasmatibus ex polline tritici, uel seminis lini, aut fœnigræci, uel hordeacij confectis, uel ex aqua mulsa, aut hybisci decoctione, cuius etiã radix erit conterẽda, addita uaporatione spongiarũ. Vel si in *ἐγκαθίσματα. καταπλάσματα.* inferioribus corporis partibus fuerit collectio, encathismatibus quoq; iugibus erit utendũ ex aqua & oleo calido, ac decoctione cuiusquã ex hijs cataplasmatibus cõgrua quæ supra diximus. Ante cibũ præterea olei calidi quicq; poto dandũ: dehinc etiã mulsi mediocriter cocti: tũc sorbilis offerẽdus est cibus, atq; calidus: est enim impropriũ ex parte adhuc manẽte tumore quicq; acrius adhibere, quo magis labor ægrotantibus geminet, scilicet tumore asperato, unde maiores collectiones efficiũtur. Pausante igit tumore omni ex parte, & nondũ erupta collectione oportet eius adiuuari celeritatẽ, ut primũ pscriptis cataplasmatibus ficũ faciamus admisceri cũ hybisco: tũ resina terebinthina, adiũcto usu malagmatũ, quæ cõgrua Respõsionũ docuimus libris, ut est mnaseũ: itẽ ex tribus resinis, qđ *διὰ τριῶν ῥητινῶν.* Græci diatrion retinõ uocãt: tũ etiã diagalbanes, uel melinen, uel quã appellãt serapionos, aut dictamnũ, uel qcq; simili pmissione cõscriptũ: Cibo aũt dãdus suc *ἀνδράφαξις.* cus ptisanæ cũ melle. Itẽ porri capitati, uel atriplex, quã Græci andraphasin uocãt: itemq; urticã. Iubẽdi præterea ægrotãtes magis supra latus iacere, si in supe-

rioribus-

A rioribus à diaphragmate partibus collectio fuerit generata: Cauenda etenim supina iacendi positio: siquidem extenta arteria angustetur, quo & magna difficultas spirationis fiat, & minima liquidorū exclusio perficiatur. Sed si hijs adhibitis collectionis non prouenerit eruptio, oportebit uehementioribus eam prouocare, ne humor inclusus plurima tardando membra corrumpat. Quapropter præpotandi sunt ægri decoctione fici, uel hyssopi, ac rutæ, & origani, & tragorigani, & thymi, uel satureiæ, aut absinthij, uel centaureæ, aut marrubij, aut semine radicum, aut sinapi, aut nasturtij cum melle, quorum aliqua etiam uiridia erunt mandenda. Item medicamen quod appellatur dia trion pipereon potu dandū, (διὰ τριῶν πεπερέων.) uel diascordeon, aut zopirium: Multi tamen etiam hieram dandam probauerunt, & magis illam quæ appellatur diacolocyntidos. (ἱερὰ διὰ κολοκύντιδος.) Adiuuat quoq; eruptionis celeritatem sternutatio adhibita, & aliquibus etiā excreatus quidam hinnibilis iugiter affectatus. Ac si neq; ita eruptio fuerit cōsecuta, erit ieiunus, uel dato poto, aut radicibus comestis uomitus adhibendus. Aliqui uero in hijs quæ superioribus à diaphragmate partibus uexantur fumationes adhibuerunt: tardante eruptione, hyssopum uel thymum, aut origanū incendentes, uel sulphur, & sandaraca, aut aloë, uel storace impositis igni ægros hiscere iusserunt, & raptu quodam potili nidorem transuorare. Tunc dandum uel tymminum probant per diem bis uel ter: similare enim inquiunt curationis genus chirurgiæ: Sed uehementer caput grauat implendo. Ac si in intestinis fuerit collectio, erunt per clysterem inijcienda ea quæ præbibenda nuper ordinauimus. Tum eruptione facta speculandum, utrum per partes, atq; deposito liquida excludantur: an uero coaceruata, aut omnino difficulter & paulatim. Sed si partim, & nullis ob-

B stantibus excludi uiderimus, erit à cibo abstinendus ægrotus, uiribus permittentibus. Tum alia die adhibita corporis unctione præpotandus hijs quæ supra memorauimus, cibis quoq; adiuuare collectionem, quo omnia liquida detrahantur, dato mulso, uel solo melle bibendo, cum resina terebinthina, aut butyro nō ueteri. Tum sorbilem dabimus succum ex alica uel ptisana melle admixto. Item porros coctos cum oleo atq; garo & ptisana. Tum etiam ex tritico ptisana confecta, aut cum protropo uino, aut squillitico: item lac cum mulso. Et si eruptio liquidorum ad mictuales uias peruenerit, erunt adiungenda supradictis etiam mictualia medicamina quæ urinā prouocent, à Græcis diuretica appellata, ut (Mictualia διουρητικά.) asparagi, olus atriū, lactucæ nunc coctæ, nunc incoctæ. Item radices & sorbilia, lacte quoq; confecta. Sin uero ad intestina eruptio peruenerit, quo per podicem exitum habeat, cum supradictis communiter erunt adhibenda quæ uentris officium non densent, neq; plurimū laxent: Quapropter mictualibus prohibiti cibo ordinauimus maluam dandam, betas, cauliculos, cucurbitas. Sed si coadceruatim, ac nimis liquida ferri uiderimus, erit abstinentia recusanda: Dandū mulsum poto sufficienter decoctum, & plurima sitis ægrotantibus indigenda. Dandus præterea cibus qui uentris teneat officium, ut oryzæ succus sorbilis, aut lenticulæ. Item pisces duri corporis, quos sclerosarcos Græci uocauerunt, & uolan (Pisces σκληρόσαρκοι.) tum sicciora, & poto aqua imbrialis offerenda, quam uulgo cisterninā uocant, calida. Item medicamina quæ ad humectam tussiculam conscripta sunt. Tum uinū mediocriter asperū. Sin uero difficulter atq; paulatim liquida fuerint exclusa, erit inquirenda causa, utrum'ne ob debilitatē ægrotantis id euenerit, quo minime ualeat excludere aliena: an uero ob crassitiem liquidorum, uel ob eruptionē non in febribus factā, uel in fundo collectionis: Etenim si ob debilitatē ægrotantis id aduerterimus fieri, erunt subleuandæ uires per resumptionem. Si autem ob crassi-

C ob crassitudinē liquidorum, tenuantia adhibenda, atq; præpotanda quæ supra memorauimus, adiectis quoq; similibus electarijs, ut sunt ex melle, resina, uel lini semine cum melle confecta, ac nucleo pineo, uel strobylis, & urticæ semine, præbibendum sinapi cum paruo pipere longo. Nunc helleb ori adhibemus purgationem. Ac si ex uomicis ulcera tardantia perseuerauerint, ea quæ supra diaphragma fuerunt, quod discrimen appellauimus, ita curabimus, ut est de

φθισικοί. κοιλιακοί. δυσεντερικοί. καθετήρ.

phthisicis scriptum: in stomacho uero uel uentre, ut de cœliacis: item in intestinis, ut de dysentericis: in renibus uero ac uesica, uel mictualibus uijs potis medicaminibus atq; clystere iniectis, uel per catethera immissa utemur: etenim si sordida apparuerint ulcera, lacte atq; melle potamus, semine cucumeris præfuso, aut mulso, aut pinguibus palmulis cum passo, aut nucleis cum amygdalis & amylo.

Medicamen τετραφάρμακον.

Similia etiam per catethera immittenda, aut tetrapharmacū medicamen diligenter solutum. Sin uero limpida fuerint ulcera, erunt encathismata adhibenda, quibus præcocta fuerint aliqua constringentia, atq; extrinsecus apponenda

Emplastra ἐπουλοτικά. φοινικοβάλανοι.

emplastra, quæ cicatricem facere ualeant, à Græcis epulotica appellata, potui dandum lac cum amylo, & cucumeris semine, cum decoctione phœnicobalani, aut papaueris fixi, atq; constricti cum uino protropo, & amygdali decoctione, uel mali cydonij, sorbarum, & palmularum thebaicarum, uel succo mali punici, uel hijs quæ in pharmaceutico Responsionum tradidimus libris, ex quibus est quod appellatur carui, & œnocraton, & ex trachanto atq; amylo, & glycyrrhiza. Vtēdum etiā aquis sua uirtute medentibus, quas supra memorauimus: Itemq; hijs quæ in Aria insula, & Theanitorum prouincia esse perhibētur, cæterarum

D quoq; resumptiuarum materiarum usum adhibentes, ut nutribiliorum succos. Vbi uero inter intestina & peritoneum eruptio fuerit facta, siue ex iecore, siue ex aliqua ueniens collectionis parte, quæsitum est quomodo puris detractio fieri possit: utrum ne per tenues uias uesicæ ueniens, atq; in intestina acceptum uideatē, & propterea per urinā, uel per uentris officiū excludi possit: an uero sectis

Erasistratus.

inguinū locis detrahi facilius uideatur, quod quidē Erasistratus demonstrauit: Sed apparet nunc chirurgia exitum puris faciendū, incisa secundum inguen peritonei mēbrana, quo corruptis liquoribus prolapsio inferioribus aperte præ-

ὑδρώπων παρακέντησις. ἐντεροκήλη.

beatur. Tunc congrua adhibenda curatio: Etenim incisa peritonei membrana, in cicatricē facile conducitē, & sine ullo periculo ægrotantis sanitas datē, ut est conijciendū ex hydropū paracentesi, atq; chirurgia ramicis, quā Græci enterocelen uocant. Neq; impossibile putandū, etiāsi quid remanserit, facta detractione chirurgiæ per superficiē cutis, ac tenues uias, & per intestinorū cauitatē sudari: quippe cum eiam in hydropibus circunfusus humor intestinis sæpe fuerit exiccatus, quibusdam per uesicam, fœminis per matricem, sed omnibus communiter fortitudinem cōuenit per nutrimenta præstare: facile enim corruptio partium depulsa passione fiet, cum corpus fuerit naturali fortitudine possessum.

πολυσαρκία.

DE SVPERFLVA CARNE, QVAM GRAECI POLYSARCIAN VOCANT. CAP: XII.

Accidunt corporibus superflua carnis incrementa, quæ Græci ob nimietatem polysarcian uocauerunt. Sed est hoc passionis genus contrarium nutrimento cessante: siquidem cessans nutrimentum tabida faciat corpora. Idem ultra naturæ modum uehementius elatū plurimā faciat carnē generari, ex qua corpora grauata premanē. Præterea hoc quoq; speciē accipimus cache-

καχεξία.

xiæ: siquidē indecēs difficultas patiētes afficiat: nam sequitur nimia ac superflua

multitudo

A multitudo carnis, quæ in pinguem prominentiā erigatur cum tardo motu, atq;
grauatione, & debilitate, & ex paruo gressu anhelatione ac sudore, ut suo se cor-
pore præfocari sentiāt ægrotantes, quo neq; leuia ferre ualeant uestimenta. Mul
ti igitur medicorum atq; aliptarum salutaribus præceptis adiungendam diligen ἀλεῖπται.
tiam detrahendæ carnis putauerunt, intuentes cœnoteta, quam epidosin uel eue κοινότης.
xian uocant, hoc est, habitudinis augmentū: sed hoc à Sorano repulsum. Nos ἐπίδοσις. εὐεξίαν.
igitur solam habitudinē intelligimus, quæ fuerit cum modica carne fortitudo, Soranus.
& seruanda magis quàm repellenda. Polysarcia uero, quam nunc passionē di-
cimus, recte cachexian nuncupamus, quæ multis accidentibus denūntiet peri-
culum: Etenim quæ sequetur animalia nutrimento dedita, uel custodia reserua-
ta, ut flato atq; extento & prominenti corpore uideantur: hæc eadem cuncta pa
tientes sequētur: Similiter accidentia corporibus ulceratis, quibus uana caro cō
crescit, uel eorum labijs quæ fuerit acie circuncisa renascantur. Sed istius passio-
nis duplex traditur differentia curationis: Alia quæ cohibeat fieri plurimum cor
poris nutrimentū: quæ quidē ponitur in gestatione celeri, & cibis non multū nu
tribilibus, ac moderatis, ne plura corpus quàm insumit accipiat: alia quæ cyclica
regula atq; operosa recorporatione formetur demutandi corporis causa. Sed ut
docilis sermo, ac manifesta tradatur præceptio, partium erit memorāda curatio.
Conuenit igitur corpus exercere gestatione plurima ac perseueranti, animaliū
iugo, uel curriculi motu, & equitatione ac nauicula. Item lectione & uocis ex-
ercitio uehemēti, uel meditatione modulationis agonisticæ, & celeri gressu, quo Modulatio
magis labor surarum fiat. Item cursu, atq; sicca fricatione manibus puris, uel ἀγονιστική.
aspero linteamine, & arenæ aspergine. Tum uolutatio in palæstra uaria, quam
Græci celadian, atq; choricomachian uocauerunt, quæ sunt specialiter ab ipsius κελαδίαν.
B artis præceptoribus imperanda. Tum hoplomachia, hoc est armorum ficta con χορικομαχία. ὁπλομαχίαν.
frixio. Item alienis laboribus exerciti, hoc est colluctantium, uel coëxercētium,
quam Græci haterocopian uel trachelismon uocant, atq; longo uel raptorio ma ἑτεροκοπίαν.
quam Græci haterocopian uel trachelismon uocant, atq; longo uel raptorio ma
chinamento, quod macron sparton uocauerunt. Item Italica sphæra, & lucta- τραχηλισμός. μακρὸς σπάρτος.
tione celeri, & dura atq; multa uel sicca fricatione: Etenim oleo labentibus ma- Italica
nibus fortitudo soluetur exercitij. Conuenit etiam sole corpora torrere, quod σφαῖραν.
Græci heliosin uocant: tum paroptesi ex flamma, uel carbonibus, & siccis uapo ἡλίωσις.
rationibus prouocatur sudor: & nunc feruentia lauacra, quæ plurimum detra- παρόπτησις.
hant, nunc frigida, quæ corpus in densitatem cogant: deniq; psychrolutarū cor- ψυχρολοῦται.
pora densa, ac ueluti testea sentiuntur. Conuenit etiam arenæ littorariæ adhiben
dus feruor: Tum natatione maritima, uel aquarum naturali uirtute medentiū,
& in lauacris sudore perfecto asperginem salis adhibere: qua sæpe condita caro
animalium ciborū uoluntati sicca seruatur, atq; densior, nec collecta marcescit.
Tum fricamentū adhibendum, quod Græci zegma uocant, ex nitro tuso, atque ζέγμα.
in puluerē redacto, & post lauacrum longa cibi dilatio, uel potus: Tunc enim
appetitio minima marcescit, & eius acies temporis obtunditur dilatione, cum
etiam digestionis parata proteruitas detracto fomite languescit. Erit præterea
potus semper ante cibum prohibēdus, uel in toto paruus dandus, & magis cum
cibi sumuntur: Etenim immisso liquore plurimo fluidantur accepta, atq; caro
mollitur, & digestione facile solidiora propriantur. Sed si plurimū quisquā sitie-
rit, paruū dabimus mediocriter asperum. Pulmentū uero alicam, amylum, lac,
nucleos, cerebrum, oua: pisces autem teneros, uel pinguia quæq; reprobamus:
Panem dabimus frigidum, fermentatum, autopyrum: est enim minus nutriens: Panis
& magis, si fuerit ueteratus. Specialiter autem siccus probandus est cibus. αὐτόπυρος.

Item

C Item pulmento danda sunt olera & pisces durioris naturæ, uel auiũ ficciora, uel agrestium, ut leporis, capreæ, porcina ex deposito, hoc est, longo tempore sale siccata. Conuenit præterea unum cibum sumere, & post sumptionẽ plurimum uigilare: In requie quidem, quo multa corpus exhalatione insumatur uigilando: additur enim plurimum somno: deniq; dormientium corpus ualidius fiet: Potus dandus frigidus: & perseuerãte carnis multitudine erunt initia cycli adsumenda, nunc ab omni abstinentia, nunc à paruo cibo & aqua, nunc augmenta ordine regulari. Item à ieiuno uomitu sumendum est initium, uel ex radicibus: Tunc ad drimyphagian ueniendum, ac mediæ qualitatis materiam. Tunc uolantum atq; agrestiũ: quæ quidem erunt celeranda per dies minoris breuitatis, quo urgẽtius initia repetantur: & in oleribus erunt urinalia prouidenda, ut aspa ragus, pastinaca, apium, fœniculus, daucus, porri capitati, & horum similia: sic enim communia seruantes corpus ualebimus demutare. Accidentium quoq; coniecturam facientes, quo elimatio carnis atq; diductio procedat. Aliqui medici phlebotomiam probant, atq; purgatiua medicamina, quæ catartica appellant, & clysterem, & post lauacrum illico Venerem adhibendam ante cibum, atque ipsa die paruum nutrimentũ, poto aquam dandam. Item uomitum post uespertinum uinum. Alij quoque ueluti passioni contrariam corporis expansionem ex thalamo fieri probauerunt, & appellant antipalon. Itemq; nocturni roris auram ante solis ortum bibendam. Sed horum deliratio manifestis proditur rebus: Nam phlebotomia uires depurgatæ uexãtur, & corpora pallescunt: nam Græci raccosin uocant. Item purgatiuis medicaminibus ex clysteribus, cum supradictis etiam liquida corrũpantur, cùm alius habitus corporis fiat: nam Græci cachexian uocant. Venereus uero usus effœminat membra, atq; fortitudinem tollit. Item aliquibus bis in die ordinatum lauacrum, & somnum prius quàm cibus sumatur: quod quidam uoluerunt: crassificat enim somnus, non tenuat corpora. Item uomitus post cibum: uires enim tollunt: & quanquam corpori detrahant carnem, implent tamen necessariò caput, atq; sensuales uias uexant, & gingiuas in putredinem mittunt, atque os odore fœtant, retro stomachum limant, & ipsum hominem sibimet faciunt displicere: nam Græci dysarescesin uocant, cum inæqualitate febribus uicina. Est & improprium, atq; praua ratione æstimatum, ob corruptionem paruorum maiores corporis uexationes inferre. Sed si forte uinorum fuerit excessa moderatio, tunc erit uomitus adhibendus: eius enim uexatione maior est immodicæ sumptionis grauatio. Item præ cæteris uehemens, & maior quàm ut oportet animi officijs siue curis adplicatio: Videmus ob has causas etiam studẽtium corpora fieri tenuiora, limatione quadam animi iugium cogitationum atq; disputationum. Eorum uero qui segni ac pigro ductu uitam trahunt, solidiora atq; pleniora fieri corpora, ob contrariam rationẽ. Hijs de superflua carne conscriptis, omnium tardarum passionum curationes explicauimus, intentione neglecta.

Somnus saginat.

καταρτικά.

ἀντίπαλον.

D

καχεξία.

Venus effœminat.

δυσαρέσκησις.

Literis uacantes macri sunt

CAELII AVRELIANI SICCENSIS CHRONION LIBRI QVINTI ET VLTIMI FINIS.

D. ORIBASII

D. ORIBASII SARDIANI IN TRES EVPORISTON LIBROS AD EVNAPIVM PRAEFATIO.

PETIS à me Eunapi chariſſime, ut manifeſtas ſanitatum curas faciam tibi ad ſingulas paſſiones, & diuerſarum generum adiutoria, ad diſcendum ſimplicium uirtutes medicaminum, peregre proficiſcenti, quæ facile inueniuntur in agris per uaria loca, ubi docti minime inueniuntur medici, qui curam impendere poſſint. De qua re mihi uidetur, ut nomen tantum medici, & non artis requiras induſtriam, in qua ocio fauente ad diſcendum minime ſis imbutus. Vnde petitioni tuæ præbendo conſenſum, hexapla Galeni, quæ à † Dioſcoro & Apollonio, uel ab alijs, qui de uirtutibus herbarum ſcripſerunt, quæ per agros inueniri poſſunt, quæ ab ipſo ſcimus eſſe probata, reuelantes per nos tradimus, & in hoc euporiſto ſcripta dirigimus, quæ tibi uel alijs in longam ingredientibus peregrinationem prodeſſe poterunt. Experimentata igitur à nobis uel antiquis tentamus dicere de ſimplicibus medicamentis, quæ Græci hapla uocant, & ea in tres diuidunt partes. Vna quidem eſt, quæ unicuique infirmitati adhiberi poſſunt ex ſimplicibus medicamentis, & ſingulæ diuerſas habent uirtutes, & particulares uſus. Secunda uero pars eſt ad ſanitatem ex electis ſingulis materijs adhibita. Tertia uero pars eſt, quando ſingulæ cum ſingulis uel alijs admiſcentur, conſiderata paſſione. Tranſactis ergo hijs tribus tropis, quæ facilius inueniri poſſunt, addis etiam à me tibi quæ ad incolumitatem humanæ naturæ expediunt conſeruandam, ſcribi debere. Incipiam ergo exordium à cunabulis infantum.

† Dioſcoride legendum fortaſſis.

D. ORIBASII ARCHIATRI IVLIANI CAESARIS, EVPORISTON AD EVNAPIVM LIBER PRIMVS.

DE INFANTVM NVTRIMENTIS.

C

Nato igitur infante, mox ab initio est nutrix eligenda, quæ lauacris & cibis competentibus ministra sit. Disponenda est, ut lac bonum abundantius ministrare possit. Labor enim sit ascensio collis, ut deambulando exerceat laborem, & lanificium faciendo telas texat, & maxime susales, & ad pilas pistet, & situlas de puteo aqua plenas leuet. Cibis autem utatur ptisanæ succis, & de tritico farina, & mellis succos accipiat. Pistum manducet, & pisces qui non sunt de pelago: Sed neq; eos qui duras carnes habent. Vinũ uero dulce bibat, & quod boni sit odoris. Caseo autẽ & tragematibus, hoc est, pomis, uel ab oleribus omnibus abstineat, præter solas lactucas edat. Optimæ enim ad hæc sunt, & bonos in corpore succos faciunt, & somnũ infantibus præstant. Accipiant etiam & dactylos, diuretici enim sunt, & purgant sanguinem, & utile præparant lac, & bene ministrant. Pessimæ autem ad hæc sunt menta & ocimus: Corrumpunt enim fortiter lac. Similiter enim & cõmixtio uiri omnino prohibenda est, quia & hoc corruptibile generat lac, & omnibus rebus plus hoc nocet infanti, & amplius omnibus lædit.

Lactucæ. *Menta.* *Ocimum.*

DE LACTE IN MAMILLIS augmentando.

D

Multum facit lac, cedrus cruda aut cocta assumpta cum ptisanæ succo, faciunt enim suaue lac & sufficiens, anethi coma uiridis, & radix fœniculi. Similiter & eruca, & apium, & smirnion & cicer, & animonis herba extrahunt lac, & apposita abundantius faciunt.

DE DISCRETIONE BONI lactis & mali.

Lac muliebre.

Optimum lac à pessimo hoc modo discernitur. Bonum lac & in odore, & in sapore discernitur, & in albedine, & in constitutione. In constitutione autem, cum medium inter pinguedinem & tenuitatem uel humectationem consistit. Pessimum uero est è contrario, si spissum est & insuaue in odore, in sapore, & in albedine.

DE INFANTE NVTRIENDO.

Euacuationes puerorum quales.

A Paruo usque ad mediam ætatem crescente uelocius infante in membris, ita ut nutritus in corpore multum esse uideatur, timere oportet ne aliqua accedat plethura, & si in aliquã plenitudinem incidisse cognoscitur, tunc oportet ut diminutio fiat nutrimenti, & secundum ætatem omnimodo adinueniendæ sunt euacuationes, modo per exercitia, ut huc atq; illuc per se ieiuni eant, & antequã cibentur exerceantur proprijs laboribus ante cibos quibus nutriuntur, & proprias actiones consuetudinarias agant, & proprijs uel consuetis cibis nutriantur, ut hij qui lædere possunt prohibeantur. Et hæc non opus habent à medicis discere, sed per experimenta infantium sollicite, siue bene digesti sint infantes, siue non sint digesti, & hoc per obsequia uentris possunt cognoscere.

DE INFAN-

A

DE INFANTIBVS, SI PLEnitudo ſit ciborum.

QVod ſi infanti ciborum acceſſerit plenitudo, & ex nimia acceptione uenter plenior & maior extiterit contra conſuetudinem, & ea quæ per uentrem excernunt corrupta ſunt, & quæ per ſudorē manant non bono ſunt odore, hijs agnitis oportet eis, ſi iam cibos fortiores accipiunt, non unum cibum, ſed diuerſos dare cibos, ut ipſa nouitas ciborum poſſit iuuare quo facilior fiat uentris †diſpoſitio: Nam ſi aliquis appetat abſq; ratione cibos, facilius liberatur, ſi citius uomica generata euacuetur, antequam cibi corrumpantur, & poſt hæc accipiat tenues, & ſic paulatim reuertatur ad priſtinā conſuetudinem ſanus effectus. Quod ſi iam corruptis cibis permanentibus, multæ utique proueniunt ex hijs læſiones, & diuerſis ſuccumbentes ægritudinibus fatigantur, ſi uomica nō ſubuenerit in pectore, aut ceruicibus, uel circa faucium loca, & capiti ſtabiato proueniunt uulnera & glandulæ, & maxime ciradæ, fiunt difficiles ad ſanandum.

† depoſitio

DE FLVXV VENTRIS INFANTIS.

QVod ſi ex hoc etiam nec dormiant, conuenit eis potū dare calidam aquā frequenter. Hæc enim & mordicationes tollit, & lauando inteſtina digeſtionem procurat ciborū, & uentris egeſtionem: nam balneo uti neceſſe eſt, cibos uero mediocriter accipiant, & potione utantur aquoſa.

SI VENTER INDVRVERIT.

QVod ſi cibi digerantur bene, & uentris conſtrictio fit cum grauedine corporis, & tardo membrorum motu pigrior ſit, & mens ipſius obruta ſit à priſtina actione, & ſomno ſit oppreſſus, ſcire oportet plenitudinem eſſe in uenis indigeſtam: in uentre uero digeſtio facta eſt: nam indigeſtio in uenis eſt, & cum uentoſitate repletæ tenduntur, & conſtipatæ aliquoties tenſæ rumpuntur. Sed & alia quamplurima mala ex hac efficiuntur plenitudine. Propterea quando hæc plenitudo accedit, quam Græci κόπωσιν uocant, donec digeſtio in uentre ciborum fiat, quieſcere debet homo. Poſt hæc autem exerceri, & poſt exercitationem reſoluitur plenitudo. Hoc enim eſt apud antiquos propoſitum, dicentes, κόπος κόπον ἄγει, id eſt, labor iſte uentris ſoluit laborem, quia ſi indigeſtus ſit uenter, multum laborat.

B — Indigeſtio in uenis.

DE HIS QVIBVS CIBVS in uentre corrumpitur.

QVando autē in uentre corrumpitur cibus, confeſtim ſi corrupti ſint cibi, & per uentrem effundantur quæ corrupta ſunt, nihil mali ſubſequitur. Non autem ſoluto uentre, irritari oportet ex hijs quæ melius ſoluant uentrem, qualis eſt diaſpolites, nitrum æqualiter cum alijs ſpeciebus habēs, aut de caricis, & cinico paſtellis confectis hoc modo: Caricas XXX nitro candido ʒ IIII. Cinico ʒ II cum uino & melle cocto cōmiſces omnia, & utraque macerabis, ut exinde paſtillos facias XXX, & dabis. Mouet enim uentrem, & omnem cibum corruptum proijcit.

DE HIS QVIBVS IN VENTRE frequenter corrumpitur cibus.

QVibus uero frequenter in uentre corrumpitur cibus, oportet eos antequā cibos accipiant uomere uino dulci potatos. Fugere autem oportet cibos, qui carbunculos, aut uſturas, & fumoſos generant ructus, & eos omnes qui nō facile corrumpunt. Aſſumere autē eos qui bonos nutriant ſuccos, et eos eligere qui uentrē molliāt, ut ex interuallo accipiant. Expedit enim et mediocriter data

C quæ soluãt uentrẽ, quale est pigra medicamẽ, ut hijs abstinere, qbus cocochymia congregatur, & faciunt ægritudines difficile sanabiles, aut insanabiles generant, quales sunt podagrica, & artetica uel nefretica. Sæpius autẽ & in acutas incidũt.

DE HIS QVI EX LABORE INSVETO AEGROTANT.

SI autem ex aliquo labore nimio, qui absq; mensura est, & absq; naturæ consuetudine, corporis accesserit passio, quiescere eum oportet, & abundantius uti frictione cum dulci oleo malaxatur: lauet enim in initio quidem mox post laborẽ calidissimo lauacro, & accipiat tenues cibos. Soluit enim copodin passionẽ penuria cibi, sic ut nihil hoc aliud melius possit. Et ne periodicæ aliquæ cõmotiones fiant, conuenit eis qui copodin incurrunt passionẽ, ut febres accedant, & hijs quibus hoc cõtingit, si negligãtur pereunt. Soluere ergo oportet hãc passionẽ tenui cibo, & qui bene digerat, euchymo utat cibo cũ suauitate paulatim accepto.

DE HIS QVI IN NIMIO AESTV LABORANT.

IN æstatis tempore, si qui nimio labore exardescunt, & plus quàm uirtus permittit exagitantur, & natura ipsorũ sit calida & sicca qui patiuntur, utantur hij in cibo mala cerasia, & coccimelia, & persica, & cucumeres, & melones, & cucurbitas, & ficus, & mel edant. Hæc omnia quidẽ cacochyma sunt, sed ea quæ desiccata sunt, possunt infrigidare & humectare. Et post balneum aquã bibant in primis, & sic uinum mediocriter aquosum, & post hæc uomant quod acceperant. Assumant igitur inprimis lactucas, & sic cum aceto & garo pedes porcinos accipiant bene discoctos, & gallorũ & anserum uentres & alas, aut aliquid de piscibus aspratilibus molles carnes habentibus frixis. Gustent autem & si uoluerint olera, quæ nõ possunt cacochymiã generare, id est, cucurbitas, & post hæc bibant uinum frigidum, temperatũ, & accipiant cum uino & melle alicam, D aut cum uino frigido in æstu nimio siue cacochymia existentes sanantur. Aliqui autem prohibent ptisanæ succos nimios frigidos potui dari. Quod in hijs qui non laborant uerum est. Qui enim in occupationibus sunt obligati, hæc adhibentur. Nam qui uoluntariam degunt uitam, & exercitantur, infrigidari rarius habent opus. Non exercitantibus autem in media æstate caumantibus, aqua de fonte frigida aut niuata non nocet laborantes, aut si iuuenes sint, si non sunt consueti, paulatim augmentando eis danda est: nam si insuetis iuuenibus militia procedente, & tẽpore & ætate iam declinante, difficiles ad sanandum, & insanabiles consurgunt passiones in articulis, & in neruis, & in uisceribus.

DE AEGROTANTIBVS, QVIbus cutis condensatur.

COndensatur corpus per frigus, aut si stiptico utatur balneo. Cognoscitur autem hæc passio ex pallido colore & duritia cutis, & quod nõ facile concalescit, neq; consuetos emittit sudores. Curabis igitur eum calefaciendo per exercitationem & balneum, ita ut eum uoluere facias in astrago balnei. Oleo uero calastico eum perungẽdo infundes, & neq; frigida aqua sit nimis in piscina, neq; multũ ibidem remoretur, sed exinde cum exierit, antequã uestiatur dulci & subtili oleo ueteri perungatur. Optimũ autem & anethinum est oleũ, & maxime de uiridi anetho confectum. Vtilissimũ etiam est quibus condensatur cutis, sed & hijs qui copode, ut supra dictum est, laborant, si de diagiro acopo perungantur.

DE HIS QVI ACCEPTO cibo exercitati ægrotant.

QVi post cibum repleti exercitantur, aut balneo utuntur, multæ læsiones & non paruæ subsequuntur, & capitis repletio, & epatis ex hoc constipationes accedunt. Mox ergo de præsenti ita curabis caput cum deambulationibus,

A bus, post cibos quidem mitius, ante cibos uero lenius quidem, sed uelociores & acutiores faciat. Epati uero infraxifacto, id est, constipato optimũ medicamen est oximellis datus, & simplex diatriton pipereon datus. Dabis etiã in potione & absinthij comas infusas, & anisum, & amygdalas amaras cum oximelle ante balneũ. Ventris uero facta digestione, & diacalamẽtis dandus est cũ oxymelle. Caue igitur eius freqũeter usum in hijs qui sunt cholerici, & omnino eis omnibus prohibendi sunt pingues & spissi uel glutinosi cibi, donec passio quæ accessit fuerit amputata. Sed ea quæ extenuant ministranda sunt.

DE HIS QVI NON EXERcitantur, & sani sunt.

Plurimi igitur sunt qui nõ exercitantur, & aptis nutriuntur humoribus, & non cito aliquas passiones incurrũt, quia sunt natura raro corpore, uel euentaro & digesto spiritu. Oportet ergo eos ad alias quasdam promouere consuetudines in actionibus. Hij uero qui frequenter ægrotare consueuerunt, ne fiant sunt prohibendæ ægritudines hæ quæ ex corporali accedunt plenitudine, & ex malis congregantur humoribus. Quæ enim plenitudines uelociter congregantur, auferri conuenit ciborũ qualitate: & hijs qui multum præsumunt, modicus ministrandus est cibus, & qui creuisse cognoscitur humor, seu cholericus, seu phlegmaticus, aut melancholicus augmentatus est, prohibendi sunt cibi, qui tales humores generant. In hijs autem omnibus uenter facilior est reddendus.

QVOD OMNIBVS EXPEDIT ut uenter secundus sit.

B Ab initio igitur antiquorũ semper uisum est pro sanitate, ut uenter secũdus procuretur diebus quotidianis, & inculpabilis urinarũ emissio secundum ciborũ aut potionũ ministrationẽ reddatur. Quod si hæc minime prosequantur, tunc uti est necessariũ eis quæ hæc expellant, & procurent uentris & urinæ obsequia. Quod si urina minus fuerit ministrata, utantur apozima, ubi scandex, & apium, & fœniculus, & asparagus coquitur. Venter autem si constrictus fuerit, terebinthina danda est ad oliuæ magnitudinẽ glutienda dormitũ euntibus. Magis autẽ educere uolentibus, nitrum modice est admiscendũ. Vtilissima autẽ sunt olera ad deducendũ uentrẽ, qualia sunt betæ, & maluæ, & brassicæ, semel cocta. Porcinæ uero carnis recentis iusculũ, quod si hæc leuia uisa fuerint, & fortiora causæ desiderant. Ad urinã igitur prouocandam addendum est petroselinũ, daucus, anisus, absinthiũ, & gramen, & polytricum, & scolymbi radices, & cytisus, & calamẽtis, & origanũ. De unaquaq; earũ, aut omnes simul admixtas in aqua discoctas dabis cum uino bibere. Purgant enim hæc omnia per urinas sanguinẽ, & fit corpori non paruũ adiumentũ. Ventrem autẽ sicut scripta sunt lenius mouent, & si amplius habere desiderat solutũ, dabis ad uentrem herbã mercurialem in aqua cum sale coctam, & cum comederit, ipsam aquã bibat. Sed & sambuci folia similiter facta & accepta hoc modo operantur: nam & polypodij radices ℥ II. puluere minutatim facto super sardinas, aut in aqua discoctas dabis cum uino bibere, & si in ptisanæ succo coctæ sorbeantur, uentrẽ soluent. Aliqui autẽ & aloẽ dormitũ euntibus dant, quantũ ciceris tria sunt grana ad glutiendum per singulos dies, & abundanter redditur eis uenter secundus. Alij autẽ cnicum mittunt in uiscellum, ut simul tritus coquatur. Omniũ igitur prædictorũ melior & utilior est epithymus in uino potatus: Oportet autẽ eum bibere. Habet cœnare quidẽ, sed minus quàm consuetus est, & sic pausare. Mouet enim leniter uentrẽ. Quod si mouere amplius uentrẽ uult, ieiunus epithymi bibat ℥ III in oxymelle:

C hoc autē faciat in primo uere, anteq̃ ebulliſcat & effundat collectus ex hyeme humor ſuperabundans, & currat per aliqua membrorū loca, & periculoſas generet paſſiones. Multi enim negligentes, aut paralyſin, aut apoplexiam deſubito inciderunt, & in ipſa fracti defecerūt, & alij pati uidentur exanthematis ſimilia, aut aſpera, qualia ſunt lepra, aut impetigines, alij acoras in capite, alij eriſipilas & erpitas. Vt ergo hæc prædicta aliqua, neq; aliud quicq̃ mali fiat, purgari oportet antequā ebulliſcant collecti humores, & reſoluātur, & currant per membra.

DE SANGVINE AVFERENDO.

EXpedit etiam in primo uere ſanguinem detrahere, in quibus ſanguinis abundat plenitudo: nam opus eſt qui exercitatur uenam ipſius incidere, multi enim ſunt tales ubique qui ſanguinem tollant, quod ſi non inueniantur, tibias ſcalpellari iube, ſicut Pergamenus Apollonius fieri ſuadet hijs qui opus habent ſanguinem detrahere. Hæc enim totum releuat corpus: nam & caput iuuat, & mulieribus non habentibus menſtrua mouet.

Apollonius Pergamenus.

DE EXANTHEMATIBVS, DE CACOCHYMIA.

IGitur ex acredine humorum exanthemata in cute corporis generantur, & mordicationem in uentre aut in ueretro, quando ſeceſſus faciunt uentris aut urinā, patiuntur. Hijs lac expedit ut bibant cum melle: nam & ſerus de lacte ſeparatus coquitur, & cum bullierit, ſuperſparges uinū aut mulſam, & colabis. Sic enim caſeo ſeparato prius ſale admixto potum dabis, ut plus purget aut larget uentrem ſalitus. Qui autem eum bibere uult ſine ſale, minus ſoluit. Sint autē de ſero heminæ quinq;. Expedit igitur eis & hoc modo datus catarticus, ut ex uetuſto gallo facta zema detur in potione. Multū enim iuuat, & uomitus euacuat

D phlegma multū. Sed nō oportet hæc inordinate fieri, neq; omnino eas euacuari, nec utiq; præter neceſſitatem admittenda eſt fortis euacuatio, ut læſionem adferre poſſit.

DE PLETHVRA.

PLethura igitur ſi eſt, oportet plus quàm competit uomere, ſi à cibo & uino repleti ſunt nimio, quia ex eo patiuntur plenitudinem, quam Græci plethuram uocant. Signa autem plethuræ hæc ſunt: nihil delectantur, pigri etiam ſunt, & ſenſus & ipſa mens ægrotant, & ſomnus plus eſt à conſuetudine. Spaſmi ſunt in corpore, id eſt, ſubſiliunt membra, uenæ plenæ & denſæ ſunt, & inordinati horrores, & permixtos habent calores. Hæc etenim maxime per totū corpus eſſe inflammationē ſignificant. Hij ergo ſi uolunt uomere, ſubtilius & largius phlegma eſt præparandum. Raphanos ergo manducēt in cœna, & porros, & cepas, & ſardenas, & origanū modicum, & aliquid de thymo & ſinapi conditum. Sorbeant autem ptiſanæ farinas. Carnes uero accipiant hœdinas, aut agninas, aut porcinas, manducent etenim omnia elixa. Poſt hæc uero edant piſtacias & amygdalas integras in melle intinctas, & ipſum mel manducent. Bibant etiā uinum dulce nō parum nec frigidum, & poſt cœnam tantū expectent, ut ſe cibus componat, & ante aquā tepidam deſubito bibant, donec repleantur aqua, & ſic euomant, & poſt uomitū de puſca faciē lauent, & os, & oculos, & dentes: hoc enim eis poſt uomitū de puſca utiliſſimū eſt; nam putreſcent dentes eis qui uomunt, ſi non hoc poſt uomitum fecerint. Bibant autē poſt hæc calidam aquam, & pauſent. Pedes uero eis fricentur leniter. Si quis autē non facile, ſed cū multa difficultate uomat, recuſare melius eſt. Vrgente tamen neceſſitate uomica eſt prouocanda cita, ut ſupra prædictos cibos comedant melones, & cucumeris ſemētes cum melle, aut radicē ſiccam, aut melones tundis cum melle. Hæc enim facile faciunt uomitū. Hæc nos de euacuationibus, ubi medicus nō inuenitur, dixiſſe ſufficiat.

A. DE CIBIS QVALES SINGVLIS temporibus conueniant.

BOnum est etiã & per singula tempora obseruare cibos in toto anno completo. Hyemis igitur tempore laborare oportet, edere multum, & maxime quãdo aërum qualitas sub Boreæ dominatione consistit. Noto aũt flante labor similis sit, sed minor cibus & potus, & totũ corpus in humido tempore siccum reddere debet. Similiter quemadmodũ & in frigido aëre calidius reddere per laborem. Abundãter autẽ edant carnes, & olera quæ sunt acriora, & uino amplius utantur. Intrante uero primo Vere, aut per uomitum, aut per uentrem euacuentur. Sed & alij phlebotomentur secundũ consuetudinẽ uel animi uoluntatem: etenim perscrutãda sunt multorũ sapientũ dicta medicorũ de phlebotomi ratione, ut quod unicuiq; secundũ naturã expedit, rationabiliter fiat. Dieta autẽ in primo Vere & labor & cibus subducẽdus est, potiones aũt sunt addẽdæ, propter quod calidius fit tẽpus ab hyemis tẽpore. In æstate autẽ requiescere à laboribus expedit, & cibos minuere, & maxime frigidis uti cibis, & potiones abundantius assumere, & omnia adhibere quæ infrigidare & humectare possunt. In autumno autẽ, quia omnino est inæqualis & inordinatus, & quia diuersas infert passiones, multa in eo debet esse obseruãtia, ne aliqua indigestio fiat in corpore, ne qui in matutinis horis frigidus est, & in meridie ignitus, lædatur. Poma uero nõ ad saturitatẽ edãtur, quia cacochymiã & uentositatẽ generãt, si nõ ea antea accipiãt quàm alios cibos, & corrũpũt cibos: frigidiore autẽ facto aëre cũ ratiõe calefaciẽdũ est corpus. Adpropinquãte aũt hyeme bene utiq; se habet, & post æquinoctiũ uomere oportet aut euacuari, ne aliqd ex pdictis superfluũ sit cõprehensum, qd in hyeme fieri possit nociuũ. Sic enim & p hæc sanus poterit transigere annos.

Ver. *Aestas.* *Autumnus.* *Hyems.*

B DE DIETA SENVM.

SEnes igitur quia natura sunt sicca & frigida, calefieri & humectari opus habent per balneas aquã habẽtes dulcẽ, & uinum rubeũ bibant: purgat enim tale uinum senibus per urinas ea quæ sunt superflua, & calefacit corpus, & maxime si eos cibos qui humectare & calefacere possunt, accipiant. Frictionibus uero utantur senes post somnum cum oleo. Hæc enim eis excitant innatum & spiritalem uitæ calorẽ. Post hæc autẽ deambulent, aut quoquo modo gestentur à copis uncti, & exercitentur secundũ eandẽ uirtutẽ quam habẽt. Si autẽ imbecilliores sunt, unctatiõibus utiq; ut possunt utant. Cito autẽ senes imbecilliores fiunt, & ideo melius est tales tertia die cibari paulatim. Tertia autẽ hora panem cũ optimo melle, aut alicã in aqua coctã, aut mixtũ mel dare. In septima autẽ hora lauare, & sic prãdere. In primis quidẽ ea quæ secundũ faciant uentrẽ accipiãt, & post hæc ea que euchyma sunt, & tertio loco panẽ in uino infusum mãducet, uel ea quæ stomacho sunt apta, & nõ facile corrũpunt. Neq; enim uinũ pachychymon bibere oportet senẽ, neq; cibos tales accipe, q aut nephreticã aut hydropem inferãt passionẽ. Si enim hijs senes multũ utant, constipant epar, aut splen, aut renes. Pomis autẽ si uolũt uti, de melle cõfectis utantur, & maxime si petras in renibus habent, aut podagrã, aut arteticam passionem. Admiscendũ est autẽ arteticis in uino mulso petroselinũ solũ. Hijs uero qui lapides in renibus habẽt quos digerant admiscenda sunt, qualia sunt saxifraga. Vtilis autem est & hæc simplex confecta potio, quæ fit cum uino & cum melle, si ei addatur modicum piperis & rutæ. Semper igitur, ut dictum est, oportet fugere senem cibos infraxim generãtes. Quod si aliqua necessitas facit, ut quæ infraxim generãt edant, mox diacalamentis antidotũ accipiant: sin minus, diatrion pipereon. Quod si nec hoc, nec illud inuenit, de pipere albo facto tenui puluere intinges in obsonium

Senum natura & dicta.

C nium & manducabis, & in potione supersparges. Expedit autẽ in tẽpore ipso & cepas, & allia manducare, & uentrem subducere, interdũ & theriacam biben dam dare. Interdum enim senes & frequenter congregãt phlegmaticas in stomacho superfluitates, propter naturalẽ senectutis imbecillitatẽ. Ideoq; eis danda sunt quæ cibos extenuare possint, ut nulla in eis fiat tarditas digerendi, sed eis quæ humectare ualeãt senectutis siccitatem utantur. De pomis enim omnino sunt prohibendi, & ficis acerbis. Quæ autẽ maturæ sunt edant. Caricas uero in hyeme manducent. La cte uero quod eas digerat, bene uti debent. Suspecti sint tamen, ne epati inferat passiones, propter serum & phlegmaticam superfluitatẽ. † Apium & mel, & uinum tenue accipiãt, ut urinam per singulos dies deducere possint. Venter uero hijs si fuerit constrictus, ut secũdus reddatur oleum bibant anteq; cibũ accipiãt, aut certe per interualla subducatur & mollis reddatur. Fugere autẽ oportet senes acres clysteres, ne intestina desiccẽtur. Molliãt autẽ uentrem oleribus, aut alijs assumptis cibis. Similiter & oleo ficis ante sumptis, & oxymellis, & hijs similibus ante acceptis. Hyeme autem caricis & oliuis † sale conditis & coctis, aut damascenis infusis siccis in mulsam bonũ habẽte mel & abundantius. Non autem sicut solent dari, aloẽ detur aut pigra, sine aliqua magna necessitate. Vtiq; enim si per singulos dies, aut alio die uẽtris nõ subsequantur officia, nullũ medicamen aliud adhibeatur, nisi si nimia fuerit uentris cõstrictio, sufficit dari herbã mercurialem & cinocum in ptisana coctas, & terebinthinam ad auellanæ magnitudinẽ. Sæpius autẽ & duo aut tria ad auellanæ magnitudinem sunt danda. Cum autem deposuerint uentrem bene, tunc pulmones, & renes, & uiscera omnia purgãtur. Optime autẽ faciunt de caricis pinguibus

D & cinoco, si auferas ambobus extrinsecus quæ sunt circũposita, & simul tundas multũ. Plus autem erunt caricæ, quàm cinocus, & dabis ex eis duos aut tres ad caricarum magnitudinẽ. Mutare autẽ oportet hunc usum. Vna enim natura in consuetudine facta contemnere solet. Tempore autẽ multo in iuuenibus permanet, in senibus autem negligit. Vt autem degeneratur, bene sub calore quæ superflua sunt in eis obseruantur.

Senibus phlegma in stomacho congregatur.

† aptum.

† sole.

DE VIRTVTE VINI.

Vinum.

Oportet autẽ cognoscere curiosius de sanitate humana & de uini uirtute, & uenerijs actibus, similiter & qualiter expediãt docere. Vinũ igitur recalescere facit qui in nobis est calorem naturalem, per quem digestiones in nobis fiunt, & sanguis bonus quo nutrimur ministratur ubiq; utiliter. Propter quod per ægritudines extenuatos pinguiores reddit, facit enim & apertionẽ acceptorum ciborũ, & phlegma extenuat. Cholerã autẽ per urinas expurgat, & animã suauem reddit, mentẽ & sensum alacriores facit, & uirtutẽ præstat si mensuratũ bibatur. Quod si absq; mensura præsumatur uinũ ut inebrientur, ita ut alienentur & stomacho grauentur, læduntur mox. Fugere ergo oportet plus à mensura uini potationẽ, quia nimis ministratũ non iam resuscitat calorem, sed extinguit ipsum calorẽ. Vinum etiã animi uigorem subducit. Per tempora enim multa leuiter oportet bibere propter urinarũ curatiõis abundãtiã, & ut sudoris motionẽ faciat. Vtilissimũ autẽ est eis uomere mulsa accepta, ut neq; modica ab eo læsio fiat in cõuiuio bibentibus, & nõ cibo satientur. Bibens autẽ intermixtam brassicam coctam mãducet & amygdalas. Per hæc enim ebrietas releuatur. Sed & uomentibus nullo modo est nociuũ. Optimũ autẽ est absinthiũ acceptũ ante uini potionem. Vtilissimũ enim est quod digerit crapulam. Si autem mordicationẽ patiuntur de uino, aquam frigidam sorbeant, & postera die absinthium bibãt,

Ebrietatẽ quæ prohibeant.

& deambulent, & fricentur, & balneo utantur, & minus cibo utantur, & inuncti recuperabuntur.

DE VENEREIS ACTIBVS.

Venus nociua est pectori, & pulmonibus, & capiti, & neruis. Mutat autẽ cognitio ad mansuetudinẽ, ut etiam melancholiam amãtis & maniã componat, & eroton: animositatẽ minuũt utiq; meretrices. Qui aũt utũtur Venere, cauere oportet nimiam repletionẽ cibi, & magis uini, & inanitatẽ post uomitũ factam, & post uentris purgationẽ factam, & quibus uolũtarie solutus est uenter. Caueant autẽ & indigestionẽ post laborem factam, & si cui aliqua accedit ægritudo, aut certe suspecta est ut accedat. Nam & in autumno Veneri commisceri oportet, & nõ in alijs temporibus in quibus pestilentia dominatur. Tempus autem utilissimũ commixtioni est post cibum, ante somnum: post somnũ enim mox componitur corpus, id est ciborum operatio in sanguinẽ. Hoc etiã tempus & ad generandũ est utile, propter quod mulier mox addormiscens continet semen. Ex uenereo igitur actu rarius, & frigidius, & siccius, & imbecillius fit corpus. Quæ cõspissant scilicet, & calefaciunt, & humectãt, & corroborant, oportet hijs operibus sociari. Aliqui autẽ semen multum calidũ congregantes sic urgentur ad uenereos actus, & emanantes nimiũ, ipsum corpus imbecille habent, & stomachum resolutum, & extenuantur, & desiccãtur, & cauos faciunt oculos. Abstinẽtes igitur à Venere capite grauantur, & indelectabiles fiunt. Post hæc iterum per somnum semen proijciũt. Oportet igitur quibus nimium semẽ abũdat, nihil aliud adhibere, quàm ea quæ corrũpunt, hoc est cibos & medicamẽta. Hij & post balneũ ungãtur oleo roseo, & miluio, & omphacino. Melius autẽ est si impinguetur de cera oleum ut nõ decurrat. Addere etiam & succum aliquẽ frigidum. Fit autem celerius, si in mortario refundatur, & sic addatur succus, & cum manu misceãtur diutissime. Est autẽ frigidus succus de herba semperuiua factus, aut de uua canina, aut cotilidonibus & psyllio. In æstate uero aut lactucæ succus, aut lini semen, & in alijs temporibus alia ex alijs. Nam hæc cocta in aqua & frigidata faciũt succũ. Lamina autẽ plumbi lumbis superposita, prohibet somniantibus semen, & herbæ subtus stratæ quæ frigidæ sunt, sicut ruta, & summitates teneræ frondiũ agni arboris, & mollia folia eius strata: sed & sementis agni & rutæ comesta. Custodire autẽ oportet ne nimis fortiter lumbos infrigidet, ne nimis infrigidatis lædantur renes. *Ne semẽ profluat inuitis.*

DE AQVARVM QVALITATIBVS.

Oportet autẽ & aquarũ qualitates quæ sunt utiles aut malitiosæ sciri à medicis. Multũ autẽ utiles aquæ sunt in usum nostrũ omnes, & magis sunt in omnibus dietis necessariæ. Scire autẽ oportet optimã & bonam esse aquam quæ sine qualitate aliqua est, & in gustu, & in odore, & in potu suauis est, & in uisu munda & pellucida. Quãdo autẽ bibitur, cito hypocondita transitur deorsum quæ talis est, alia melior nõ est requirẽda. Quæ autẽ in præcordijs diu residet, & inflat, & grauat præcordia, neq; cito calefit, neq; cito infrigidatur, pessima est. Sed & ea quæ in ea coquunt̃ grauia sunt, & malitiosa quæ cocta sunt. Melius igitur est per experimentũ tales iudicare aquas. Qui aũt uult per cognitionẽ agnoscere quæ dicta sunt, hoc modo dijudicet. Quæ enim ad septẽtrionẽ positæ sunt, & à sole auersæ, hæ & graues sunt & malæ, & nõ cito ferueseũt, aut infrigidant̃ cito. Quæ autẽ ad solẽ surgentẽ sunt per uenas ministratæ, cito calefiũt, & iterũ celerius infrigidant̃. Hæc autẽ sperãda est bona esse & optima, quæ æstate frigida, hyeme aũt calida est. Aliqui aũt & p pensa approbauerũt, ut quæ *Optima aqua quæ.*

leuior

C leuior est melior sit. Hoc autem ad hæc pertinet quæ dicta sunt, & laudantur. Solum autem hoc non ab initio cõtemplatum est, ut bona leuior sit. Leuiorem igitur Hippocrates pluuialem dixit esse aquam, & dulciorem, & lucidiorem, & propter quod soli uicinior fuit, leuior & tenuior effecta est, propter quod & imputribilis est, pro qua re ab eo omnibus aquis leuior est iudicata. Vnde ab aliquibus reprehenditur, quare irritent tusses, graues faciant uoces. Pro hoc autẽ pluuialis aqua æstiua leuior est iudicata, quia æstum non facit. Nam in hyeme ubi crystallus & niues abundant, grauãtes sunt. Ex congelatione enim aquarum illud in hijs quod subtile est conspissatur. Bene utiq;. Quæ autem palustres sunt, & malum habẽt odorem, quæ si coquuntur, in melius mutantur, & sic eas bibant, & cũ uino mixtas. Quæ stipticæ sunt cum dulci uino, alias autem cum stiptico uino. Nam & colari expedit eas ex paludibus quæ sunt aquæ, cũ alica autem uel alphita dari. Colatam autẽ salis frigidam pustam bibant, & non impetu multo trahant. Quidam autem adinuenerunt, comestis aut potatis malis aquis, ciceris decoctione apozimam ante ut bene bibant, & ipsum cicer comedant. Aliqui autẽ & caucalidas, ouaq; ipsarum cum aliquo pisce cocta & foeniculo. Aliqui autem & betas & cucurbitas ante manducant, cum sale & uino temperatas.

Aqua pluuialis.

DE AERIS QVALITATIBVS.

AEr autẽ sanitosus est & optimus, qui est mundissimus. Morbosus aũt est & pessimus nebulosus & turbulentus, de paludibus aut stagnis ascendens, aut si ex alijs aliquibus concauis locis uenenosus surgat. Pessimus est & de quibusdam cloacis purgantibus ciuitates, & ex oleribus aliquibus, & de stercoribus animalium accedunt foetores seu hominum. Similiter autem de fluminibus, aut paludibus, uel stagnis proximis nebulosis existentibus & non residentibus, & in cauis locis undiq; à montibus circundatis, & habẽtibus respiramen pessimi sint, & omnes lædunt ætates similiter. Iuuant autẽ secundũ qualitatem caloris aut frigoris, aut siccitatis, aut humectationis, diuersitatẽ aërum nõ similẽ habentes in omnibus. Temperata igitur corpora temperatus aër iuuat. Distemperatus uero lædit, quia contrariam habent à se inuicem naturam.

Aër.

D

DE BALNEIS.

LAudo quidem in aqua frigida lauantibus. Non existimo autem expedire eis qui cibo repleti sunt, sed eis solũ qui sunt acriphagia cibãtes, qui uiuũt in labore, & eis quæ expediũt utunt. Sufficiat autẽ multis opus habẽtibus ut infrigidentur, amplius in piscinã ingrediantur æstatis tempore iuuenes existẽtes, & carne repleti, ante calefacti frictione. Sint autẽ alieni à cõmixtione mulierũ, neq; indigesti, neq; cibo sint repleti, neq; post uomitũ, aut post uentris euacuationem uel fusionem sint, neq; uigilijs fatigati lauent. Omnibus autẽ utilissimũ est calidum balneum. Calefacti enim mitigantur, & corpus soluit ciborum, & plesmones malaxat, & pneumata diffundit, & somnum facit, & bene nutrit carnes. Est autem aptissimum omnibus & uiris, & mulieribus, & pueris, & senibus, & idiotis.

Balnea.

DE CIBORVM VIRTVTE.

OPortet autem super hæc & ciborum uirtutes scire, qui sanitatis suæ studet esse sollicitus. Qui enim extenuãdi habet uirtutẽ, & aperit angustas pori transitus, & proijcit quæ infixa sunt, & glutinosa subtiliat & extenuat pinguia. Educit autem quæ diu tardantia sun t in uentre, quæ manducantur aut aquosa uel cholerica superfluitas est, utiq; & magis augmentatum melancholicum

sanguinem

A sanguinem componit. Sed oportet prohibere frequenter eius usum, & maxime qui cholerica sint temperãtia: Nisi forte ad eos solum, qui phlegmate, & crudis, & glutinosis, & pinguibus humoribus collectis repleti sunt. Pinguior quidem dieta nutrit etiam abundanter, attamen uentri & epati digestione si competens sit: & cibus euchymus bonũ sanguinem generat, splen autem & epar constipat. Hoc autẽ faciunt quæ sunt pachychyma, id est quæ pingues nutriũt humores solos, ut est lenticula. Quæ autem glutinosa, quemadmodum malua. Aliquibus autem utrasq; cõtingit pacicimas esse, & glutinosas, sicut sunt ostracotermes. Cautior ergo est quæ extenuat dieta ad custodiam sanitatis eis quæ impinguãt magis. Quæ autem non satis nutriunt, uirtutem nõ imponunt, neq; fortitudinem in corpore. Vnde oportet ea quæ multum nutrimentum præstant adhibere, sed mediocriter quando causam indigentiæ aliquis sentit. Maxime utiq; absq; periculo assumitur illis, qui exercitantur competenter, & dormiunt in quo uolunt tempore. Omnes autem qui non possunt propter exercitationẽ dormire, fugiãt pachychymos cibos, pigri autẽ neq; ad istos cibos accedãt. Maximum enim malum in sanitatis custodia omnino pigricia. Quemadmodũ mediocris magis motio bonum est, ita inter spissos & tenues cibos, optimus hominibus mediocris, qui generat sanguinem secundum constitutionẽ competentem. Ergo talis cibus corporibus nostris ministrandus est, læsibilis enim est cacochymus cibus, quem semper oportet fugere. Custodienda est autem uarietas ciborum, optimum & magnum est ut de contrarijs uirtutibus copulentur, & digestioni moderentur, quia & ea si non digeruntur, quæ assumuntur, competenter lædunt. *Pigritia.*

D. ORIBASII SARDIANI DE VIRTVTE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM AD EVNAPIVM LIBER II.

MEDIA INTER CALIDA & frigida.

B ADIANTVS, asparagus, miachantinus, brion, & splenion, glicirizæ succus, oleum dulce, cera, faba, castaneæ nucleus qui manducatur, licius, lotus, uel ros quo caligarij utuntur, aut triphilus, citriæ cortex, ptereus, id est, filicis radices, lentiscus, lenticula, terra cymolia, & terra samia, catinia & litargirus.

QVAE SINT QVAE calefaciant.

AGni folia & semẽ mediocriter, agalaphis semẽ & folia, amigdala dulcis, anagallides utriq;, andragnis, tiles aut cincus agrestis, uuæ maturæ semen, lenticula, liquiriciæ radix, oliuæ fructus maturus, fermẽtum, oringium, resinæ omnis succus siccus, squinoantus, cochleæ ustæ, aut cineres earũ: caulis id est brassica, dactylorum fructus, ripus, coclim, calcucracamenon aut cnicus, cyrocrambi, butrachij radix, & tota herba, pulegium, lauri folia, magis baccæ, minus

C minus autẽ cortex eius radicis, diptamnus, pſeudodiptamnus, elelisfagus, eriſi-mus, lana uſta, zinziber, tapſia, cardamomus, capilli uſti, brioniæ radices, ariſtolochiæ radices, aſphodeli radices, daucus, catmedaphnis, dragonteæ radices, oleum raphaninũ, cicer, ixus, id eſt uiſcus, caucalidis, libiſticus, ferulæ ſemen, ſagapinus, ſatyrion, ſion, ſinon, ſtorax, piper, lyſinon, ypiricon, alis, ſulphur, ſanguis, cholera, urina, ſputum, carnes ſerpentium, adipes, ſalmoriades de ſalſis piſcibus.

QVAE SINT QVAE PRIMO gradu calefaciant.

ALoës, antimiſaron, abſinthium, ladanum, lini ſemen, folium ſpicæ nardi, nardus celtica, uinum dulce, ideſt muſtum, ſerum, triticum, ficus ſiccæ.

QVAE SINT QVAE SECVNDO gradu calefaciant.

OLei feces, anethum uiride aut minus, artemiſia, balſamũ, elaphobus, calamus aromaticus, crocus libanotus, maſtiche, mel, uinum, picula, meliſphilon, praſſium, propoleus, cucumeris agreſtis ſuccus, ſcandix, ſquilla, ſcolimbus, paſtinacæ ſyluaticæ radix, ſmyrnis, terebinthi cortex & folia & fructus, fœnogræcum, cameleontis utriuſq; radices, camipiteas, ocimus.

QVAE SINT QVAE TERTIO gradu calefaciant.

ABrotanum & magis uſtum, egyri flores, id eſt populi & reſina, acorus, amomum, amaracus, ameus uſtus, anniſus, arciothidus, aſari radices, her

D ba ſabina, ellebori utriq;, epithymus, menta, calamentis, thymus, calamus, fraxini cortex uſta, caceus, caſſia, citria utraq;, cimici ſemen, coniſia, cyminum, libanotum, allium, fœniculum, gitter, men, radix rutæ ſylueſtris, rododaphnis, uinum uetus, origani omnes, opopanax, petroſilinum, ruta, raphanus, ſamſucus, ſmyrnion, hyſſopus, galbanum, camitria.

QVAE SINT QVAE QVARTO gradu calefaciant.

ADarcis, ampilon, praſſon, id eſt porrum ſyluaticum, euphorbiũ, citria, oleum, coſtum, cepulla, lipidion, ſinapis, allium, ſtruthij radix, tithymali ſuccus, cauſtica ſunt omnia hæc.

QVAE SINT QVAE INFRIGIdent mediocriter.

GRamen mediocriter, elxine, id eſt, uitrago, mediocriter atque ſtipſeus, apij mitreus, cataplaſma omne, balauſtion, rubi folia & comæ, & immaturus fructus ipſius, & flores, bromus mitreus, brion maritimus, glaucion mediocriter, dorignion nimis, calami fraginati folia mediocriter, conion nimis, licinus quæ in petris eſt, papaueres omnes, moleas fructus & folia, oliuarum comæ & immaturus fructus, oleum myrtite, ſiſaminum oleum, balaninũ oleum, elxine quæ & perdition, uel uitrago dicitur, mediocriter, elimoſiu folia, id eſt uiolæ & cortices eius propter dulcedinem, perſicus fructus, citri carnes, amanite ſufficienter, omphacij ſuccus ſufficiẽter, amilus triticeus mediocriter, oleum roſeũ mediocriter, pathus de paleſtra, ſuccus crudus ficcus, tribuli utriq;, dactylorũ comæ ſuccus, geſſamia terra mediocriter, cimolia terra, cotis acutatio, molibdina mediocriter, plumbum, pſimithiũ, ſcandix mediocriter, caſeus mollis & recens.

A

QVAE INFRIGIDENT PRIMO GRADV.

ACatia non lota, atriplex absq; stipseus, sigarta, milium, hordeum, platanus, ramnus, intuba.

INFRIGIDANTIA SECVNdo gradu.

ACatia lota, plantago, bletum, galla asiana, cucurbita, melones, malum peponis, uua canina de hortis, lenticula desuper aqua, ficus uirides, aduerí maritimus, psylli semen.

INFRIGIDANTIA TERTIO GRADV.

SEmperuiuus uterq;, portulata, mandragora, cidria cidonica, polygonium, flos uuæ, cimæ, iusquiami & flores, & semen album habens.

INFRIGIDANTIA QVARTO GRADV.

Opium thebaicum.

DESICCANTIA ABSQVE mordicatione.

ACaliphis semen & folia, fex olei, anagallides, utraq; plantago, bromus olei dulcis cum ratione lauatus, omnibus magis tritici fermẽtum, extrahit de profundo & digerit, lupinus in poris fortiter, salicis folia, & plus cum aliquo stiptico, Alij autẽ & succos ex eis faciunt, & sine mordicatione desiccatiuum habẽt medicamen in plurima utile. Nihil enim plus utilissimum est, & sine mordicatiõe desiccãs, & stipticum modice medicamẽ. Nuces, lepus ustus leptomeris est, melius est centaurea tenuis modice fortis, cerasiæ gummi, liliũ, fabæ cortex, id est babulia superposita, cupressi omnia, ciperi radicis nodus in B aquã infusus, nympheæ radices, ireus satis, pẽtaphili radices, polypodiũ, smyrna, sarcocula, stybis, tracacanti terra omnis, cathmia, asiæ petra & flos ipsius infusus carnes remittit, pompholix frequenter lotus, calx uiua extincta & lauata fortiter, ouorum albumen tenue. Similis autem naturæ est & uitellus eorum.

SIMPLICITER DESICCANTIA.

AGni folia & semen, graminis radices mediocriter, adiantus, id est herba capillaris, semperuiua utraq;, populi flores & resina ipsius, sambucus, ebulus, amarantus, reuma desiccant potata. Brioniæ radices, egyros sicca folia, de pyris cataplasma impositum mediocriter, aristolochia, asparagus achantinus, aspaltũ, asphodeli radices, & magis ustæ, aut cinis ipsarum, balaustion, sinapis, rubi non maturus fructus, bulbus cataplasmatus, pioniæ radices, lauri folia uehementer, & magis baccæ, roboris omnia loca, & ficus, oleum cyprinũ, laurinum, dadinum, elimus cataplasmatus, eringion, isatis quam Gothi uisdilem uocant, tinctores herbam uitrum, salicis cortex aut cinis fortiter, canopi semen, cardamomum, caucolis, daucus, cinis coniæ & magis de ficu, cinis de brassica usta: hæc enim fortius faciunt, desiccant enim cineres. Crinon, id est lilij folia & radix linina desup petra, lucerna omnis, lotus, nympheæ radix, omphacium, platani cortex & pilæ mediocriter, polypodiũ, amilũ, sal, nitrum, gypsus ustus, magis cathmiæ oẽs, & omnia metallica & lapidosa, & terrestria uel usta de furno, testæ ostrearum, cribami, id est leporis coagulũ & stercus omne. De anseribus uero inutilis est ex nimia acredine. Ripus, carnes serpentium, capita sardinarum ustarum; cornu ceruinũ & caprinum ustum, castorei ossa cõbusta nimis, capilli usti, ossa sippiæ, lana usta, gambari usti cinis, garum sufficienter, salmoria. *Gothi.*

C

DESICCANTIA PRIMO GRADV.

DEsiccatiuus anthemis, arciotidus fructus, careus, ordeum, alphita, crocus, libanotus, fœniculum, rododaphnis, uinum album, cucumeris, melonis semen & radix sicca, fœnogræcum.

SECVNDO GRADV DEsiccatiua.

LAna, amaracus, aspastum, anethum, balsamum, gigasta, gingidion, elaphob, cion, calamus aromaticus, libanotus, cortex & folia arboris ipsius & fructus, mastice & amel, cedri cortex, & semen, & arboris ipsius folia, misi radix, spica nardi, celtica, uinum orobum, opopanax, pix, ramnus, raphanus, scandex, fabæ radix, scolymbo radix, smyrna, lentiscus, terebinthi semen & folia, lenticula, ficus uirides adhuc & humida folia, galbanum.

DESICCANTIA TERTIO gradu.

ABrotanum & magis ustum, acatia, acorus, aloë, anethum ustum, anisi semen, arciothidus, asarus, absinthium, herba sabina, helleborus albus, epithymus, calamentis calami, eragmitis cortex usta, carbo, cassia, cedrus, coniza, libanotus & thalus, gitter, citrium, quod sub semine est, uinum quanto plus uetustissimum est, acetum, origanum, pentaphili radix, petroselinum, smyrnion, ruta de horto, prassiũ, ros, samsucus, eringion, hyssopus, camitrius, camaleontis utriusq; radix.

D

DESICCANTIA QVARTO GRADV.

CAmipites, ampilon, prasson, citrinum oleum, sinapis, ruta agrestis, allium.

MEDIAE DESICCATIVA ET humectantia.

Graminis radix supersparsa oleo dulcissimo.

HVMECTANTIA PRIMO GRADV.

ELxine, buglossa, liquirizæ succus, lactuca mediocriter, oliuarum folia, acetum mediocriter, meleas, persicus fructus, ammanitas, oleum roseum, satyrion, stractiotis quæ in fluminibus & stagnis nascitur.

HVMECTANTIA SECVNDO GRADV.

POrcacla, atriplex, bletus, coloquintida, meleas, amoniacus, fructus cucumeris, melones, lenticula quæ super aquarum fit stagna.

QVAE AQVOSA INFRIGIDENT tertio gradu.

ACacia, elxine, idest uitrago, porcacla, plantago, atriplex, rubi folia, bletus, brionia maritima, glaucion, dorignion, lactuca, uiolæ folia, cucurbita, cotydilon, conion, piccius arbor, malua domestica, papauer, men, mala præcocia, amanithas, platanus, policonon secus fluuium proxime nata, sideritis, cucumeres qui comeduntur, succus elxicinus, tribulus, lenticula super aquas nata, psylli semen, plumbum.

QVAE SINT LEPTOMERES, id est, extenuandi habentes uirtutem.

ABrotanum ustum, agnus, scandex, populi folia uel flores, agaliphis fructus & folia, acorus, amomum, balciclæ radix, brionia, artemisia, palin,

aristolochia

A aristolochia, plantago sicca, asphodeli radix, & magis ustæ cinis, balsamus, rubi radix, herba sabina satis, liquiritzæ radix, diptamnus, dragõteæ radix, oleũ uetus, oleũ cicinũ, elapholus, euphorbiũ, fermẽtũ, salicis opes, calamẽtis, calamus, aromaticus, calami fragmitis cortex usta, cassia, cappasion, costus, citriæ oleũ, cocimeleas, gumen, mastice, gitter, opium cyrenaicũ, opobalsamũ, ruta passa, pistiniæ fructus, propuleus, terebinthina, oleũ roseum, sagapinũ, samsucus, syloïs, calx uiua, hyssopus, salis flos, nitrum alcioniũ, arsenicon ustum, gypsus ustus, sulphur, cathmia, pumex assios, asiæ petræ flores, melanetria, miseus, calcanũ, chrysocolla, scandex, ficus, adeps leonis, & pardi, & irenis multum extenuat, castoreũ, ossa sippiæ & lana usta. Hycinan Afri uocãt beluã similãs leonẽ. Hoc animal timet canis, ita ut si eum inuenerit ut ouem sic comedat. Vnde fugiunt eum canes, & in domibus se abscondunt. Quod si dentem eius habeat homo secum, non eum canes latrant. *Hycinas.*

IMPINGVANTIA HVMECTANDO.

PLantaginis radices, balaustion, zigasta, zinziber, cepe, cucumeres, lippidus, omnes rores, stipteria.

STIPTICA ET CONFORTATIVA.

Cassia, galla asiana, omphacium, tigadus, dactyla, absinthium.

QVAE DIGERANT MITIGANDO.

AMomus, uua domestica, cera, ladanus, glutites, crocus, libanotus, spica ægyptia, mastice, oleum roseum, myrrha, storax, galbanum aut alica, butyrum, hyssopus, adeps porcinus.

QVAE PVS FACIANT.

B AQuæ calidæ fomentum adhibitum, hydroleum tepidum, oleum calidũ, farina triticea, panis triticeus, alica, adeps porcinus & uitulinus, butyrũ, libanotus, pices, resina.

QVAE MALAXENT.

MAlaxat caprinus sceus & adeps pullinus, & anserinus, & hircinus, & taurinus, medulla ceruina & uitulina, amoniacus, storax, galbanum, bdellium, oleum sicyonium, & liliacium, & oleum dulce, antemis, euisci radices, cucumeris agrestis radix, & maluæ agrestis folia, & de arbore maluæ, mastice, cera, terebinthina, colophonia, opopanax, ripes de statuis, stercus humanum, butyrum.

INDVRANTIA.

SEmperuiua, porcacla, psyllion, lenticula, & desuper aqua quæ in stagnis generatur, uua canina. Indurat autem quæ sicca fuerit herba, & humectat ea ipsa si abundanter in usu sit, & euacuat ea aut coagulat. Ea quæ calefiũt, mediocriter resoluere oportet, & malaxare de supradictis.

QVAE HVMORES EXTRAHANT PER OS.

PEretrum, lappacium, capparis, ficus maturæ, dadinus, mel, papauer, absinthium, origanum, raphanus, uua sine semine & cacrius, sinapis, helleborus albus, elaterius, thymus, sal, omphacium, anisus, piper, coconidius, daphnidis, balsamus, animonis, amoniacus, storax, fex sicca usta.

QVAE SINT QVAE PER NARES educant.

ELaterius, betæ succus, cyclamini cortex de radicibus, mel, thilaspeus, coconidius, anagallis, animonis, helleborus albus, omphacium, prassij, ederæ folia mollia.

C QVAE DE OCVLIS EDVCANT LAchrymas uel humores.

MEl, hyssopus, oleum uetus, anagallis, oleum laurinum, oleum nardinũ, cassia, costum, opium, sagapinum, daucus, apium, malogranata, amygdala, prassiũ, helleborus albus, animonis, ruta, castoreum, litus emathitis, anserinus adeps, fel, smyrna, calcitheus, sulphur, stipteria, scistis, ossa sippiæ, & cortex libanotus, squilla, amoniacus, & sine omnibus alijs omphacion.

QVAE PER AVRES EDVCANT.

MEl, piper, bouis fel aut tauri, mercurialis, linogustis herbæ succus, capparis radices, cocconidiũ, bdellium, cassia, galbanus, helleborus albus, omphaciũ.

QVAE CONSTIPATA RELAXENT & purgent.

ANagyrops, folia sicca & radicis ipsius cortex, agaricus, agaliphis semẽ, amygdala amara & arbor ipsa, adiantus, asari radices, pulegium, dragontea, daucus, gentianæ radix, sinapis, cicer nasutus, eupatorium sine calefactione, thymus, caricæ pingues, calamentis, cassia, coccimeleas, gummi, gitter, ruta, cucumeris, melones, spondilion semẽ & radix, stycas, camitrius, & quæcunq; alia in se continent amaritudinem qualitatis.

QVAE EXTRAHANT.

CApræ stercus ustum & nõ ustũ, & ostracondernion, & omnia de ostreis & de sippijs ossa, ecinoni utriq; usti, aut cinis eorum, serum de lacte, mel, brioniæ radix, amygdala dulcis, & ipsa arbor, anagallidis, amniones omnes, D aristolochia longa, plantaginis folia & magis succus, ireus, asparagus, miacantinus, staphisagria, asphodeli radices, atraphis semen, absinthij succus, bulbus superpositus, hellebori utriq;, elxine quæ & perdicion, salicis opes, calami fragmiti radix cum folijs sufficienter sine acredine, centaurea minor, & succus eius, brassicæ, critmon, ordeum mediocriter, lilij folia & radix trita mediocriter, fabæ caro, lapsami cataplasmati, licinon de petris, uiola alba, omniamion, platani cortex, de radicibus mediocriter, porrum cataplasmatum, propuleus mediocriter, ptoleæ & folia, & cortex, & radix, ptisanæ, terebinthinæ plus à mastice, sagapinus mediocriter, cucumeris, melones omnes, cucumeris agrestis radix, smyrna, beta, titimali cortex, camipiteus, alcionia, omnis terracia & samia mediocriter & cretica, cathmia, pumex ustus & non ustus, lithargyrus mediocriter, ismeris terra de furno, cornu ceruinum & caprinum ustum.

VRINAS MOVENTIA.

APium, petroselinum, fœniculum, daucus, smyrnion, anisi semen, asarus, acoron, asparagus, basilicon & oximyrsinon, bdellium, brionia, terebinthina, calamus aromaticus, careus, carpesia, caucalis, costum, cyminũ, cyperi radices, liuisticũ, mion, spica nardi, celtica, ruta, polion, silis, cucumeris, melo, pepones, scandix, alliũ, pastinaca, squinoantũ, thermentũ, carpus, absinthiũ, herba sabina, sanguinẽ per urinas deducit, eritrodani radix, id est rubeæ, urinam pinguẽ & multam & utiq; sanguineã educit, capinus cholera per urinam educit multã, orobus, amplius assumptus sanguinẽ per urinam educit male olentem. Si quis eum in uino coctum bibat, male olentes sanat urinas, & mulsa, & oximel, & uinum tenue, & aquosum.

QVAE PER VRINAS DE SPLENE EDVCANT.

TItimali semen, caragium, gitter, cyminum, thymus, ampilon, acriæ radix, capparis radices, scolopendrion, cithisus, dragontea, aristolochiæ radix, origanum,

A origanum, polion, coloquintida agrestis, brionia, ciclaminus, porcacla, scorpion maritimus extentus suffocatus in uino, ipsa infusione uini potata.

QVAE PER VRINAS DE EPATE EDUCANT.

AGni sperma, dauci folia, fœniculum, balsamum, capnion, anisus, dactylorum ossa, lauri folia, absinthium, smyrnion, anagallis, menta, enancij opes, sylphiũ, eringion, trithion, decoctio, asarus.

QVAE PER VRINAS DE RENIBVS educant humores.

APij semen, piper, pastinaca, porrus, cnicus, brioniæ radicis cortex, gramen, ossa sippiæ, sulphur & cicer albus.

QVAE PER VRINAM DEDVCANT de thorace humores, quæ adaperiunt omnia.

NVcleus pineus totus uiridis, pituinis, butyrum, castoreum super carbones suffumigatum, & in os tractum intrinsecus cum spiritu. Iuuat autẽ maxime & pulmones & cerebrũ humida & frigida existẽte distemperãtia: Spica nardi capitis & thoracis reuma desiccat: educit aũt ex pulmonibus in electuario data & in catapotijs cnici semen, daucus, papauer niger, thymus, raphani succus, sinapis, anisus, sisarus, erisimus, squilla, orobus, cucumeris semen, piper, ruta, nardus, sulphur, polion, aron, dragontea, costum, sulphur, smyrnis, lauri baccæ, interiora capparis radicis, cortex, amygdala amara, pionia, castoreum, abrotanũ, sthorax, bdellion, sylphiũ, uua passa sine semine, nucleus pineus, omphacion, aristolochia, galbanũ, prassion, eringij radices.

RENES PVRGANTIA QVAE abscindunt omnia.

B PLantaginis siccæ radices & folia & semen eius, asparagus, miacantinus, licides, id est pioniæ radix, cicer, amygdala plus.

QVAE RAREFACIANT CORpus, uel cutem.

Camimola, euistus, cucumeris agrestis radix, oleũ uetus, abrotanũ ustum.

QVAE ADAPERIANT ET ORA FACIANT.

OMnia quæ sunt acra, animonis herba omnis, fel taurinum, allium, cepe, irini & amaracini olei feces.

CONDENSANTIA CVTEM CORPORIS.

AQua frigida, semperuiua, porcacla, tribulus uiridis, psyllion, lenticula quæ super stagnantes nascitur aquas, & ut simpliciter dicam, quæcunque infrigidare possunt, & non desiccare.

PVTREFACIENTIA CARNES, ET ADVRENTIA.

AVripigmentũ, sandaraca, chrysocolla, pitis campi, cidria, gitter, helleborus niger.

QVAE PVRGENT VVLNERA.

ELaterius, cucumeris agrestis radix, ocra, mandragora, siue petræ asiæ flos, & de ostreis omnia usta purgant quæ carnis supercrescunt ulceri mediocriter, aut similiter utraque usta cũ toto corpore: sed & ematitis lapidis puluis tritus tenuissime, & uiolæ folia, & faba, & lipidis calcus, & chrysocolla.

QVAE CICATRICENT.

STipteria, galla asiana, omphacius, calcuci caumenon, & maxime lotus, malogranati cortices siccæ, scoria plumbi, lithargyrus, molipdinis, id est plumbum

C bum ustum, cochlearũ testa omnia, purphira, uitrum, pumices, speculare ustũ, psimithium, pompolix, spondilion, chrysocolla, stimeus ustus, defrigis, sarcocula. Hæc omnia prædicta utiq; si aspergantur uulneribus cicatricant.

MORDICATIONES FACIENTIA.

CAlcantum ustum, cathmia, lapidis calcus & ferri aciarij ferrugo. Sed & ius, & calx uiua si urantur & assentur, sine mordicatione inducunt cicatricem.

QVAE VLCERENT.

RVbi canini folia, beta, allium, pulegium, hyssopus, origanum, sippia, asphodeli radix, appij semen, & quæcunq; sunt salsa & acra & amara.

QVAE ADVRENT.

CAntaridæ, defrigis, fex usta, aceti, animonis, dactyli flores, allium, cinis ficis, nitrum assum, calcucicaumenum, stipteria, cyricus, testa usta, capita sardinarum ustarum, auripigmentum, cacrius, staphisagria, cocconidium, poretri radix, sinapis, calx si quidem asbistus, id est calx uiua non extincta. Nam si extincta est, scaras facit, diuturna autem minus calefaciunt: calefaciunt enim & consumunt carnes.

QVAE EVOCENT ET EDVCANT.

ANimonis omnes, anagallides utriq;, dipramnus, cicer, tapsia, terræ malum, narcissi radix, propuleus fortiter, fermentum, stercora omnia, sagapinum, opium quirinaicum, opium miconum, psilphiũ, radix eius, asparagi semen & uirgultorũ ipsius succus fortiter, resina, terebinthina magis de alijs resi-
D nis, sulphur, stercus boum, & magis quãdo herbas comedunt, calamentis cataplasmata, costum, lolium, herbum, euiscus fortiter extrahit.

QVAE SINT DIAPHORITICA.

ABrotanum ustum, agaricus, adiantus, ægilops, acalisis semen & folia nimis, sambucus, ebulus, antimis, anisi semen, aristolochiæ radix, asphodeli radix & magis usta, aut cinis eius, atrifex, bulbus, herba sabina, brionia, & splagnon, daucus herba, euiscus, oleum dulce uetus, oleum raphaninum, tapsia, calamus fragmiti cortex usta nimis, brassica, lilij folia & radix, cithissi folia, ladanus, linogustis, malua agrestis, mastice, cia, mel persici, cimæ & folia, rosa, laurus, caprofici, opobalsamũ, opium quirinaicũ nimium, paliuri folia & radix, ruta, picula, prassion, thermentis, roseum oleum, sordes de statuis, patus, samsucus, cucumeris agrestis radix, smyrna, ficus ea quæ acriora sunt, erimion, magis beta quæ sine calore est, & fortior est alba beta, galbanus, sal ustus, & magis salis flos aut nitrum, alcionia omnis, gessamia, iusquiamus, careus mollis, acidum lac mediocriter, nitrum, butyrum, coaguli omnes, stercus omne, hyssopus mediocriter, carnes serpentium fortiter, adeps leoninus omnibus plus & magis ossa eius usta, lana usta de utrisq; illis aut cinis eius.

REPRIMENTIA.

OLiua agrestis, rosa, lentiscus, apium, semperuiua, papauer, cithisus, aloes, acaliphes, gigarta, id est uuæ semen, pira, crocus, euiscus, thermentum, balanum, iusquiamus, cissus, id est edera, nymphæa, dactyli, uitella ouorum assa, paliurus, hiporis, id est cauda caballina, radix cyperi, euantis, brassica discocta, coagulũ leporis, spongia usta, ramnus. Multa quidem sunt & alia stiptica, quæ omnibus sunt cognita.

QVAE

QVAE LAC GENERENT.

A ERuca, fœniculum, anetum. Dico autem herbam uiridem adhuc & humidam. Smyrnion similiter & apium, sisanus, cucumeris semen, cacrius, smyrna, polypodion, cerebrũ, succus fœniculi, brioniæ radix, critmon, cyminum.

QVAE CONSTRICTA EDVCANT MENSTRVA.

POtata igitur herba sabina, men, ireus, ruta, calamentis, pulegiũ, diptamnus, asarus, id est, bacida, costum, cassia, aristolochia. Dabis unamquanq; herbam cum tritici decoctione, aut fœniculi cocti cum aqua, aut ptisaniæ succis. Cataplasma uero impones de pulegio, gitter, smyrna hordei infusi succo expresso, soricis fimo, pocacla, adipe anserino, pteloæ arboris folijs, cera, sulphure, taurocolla. Iterũ apponuntur in pissaria seuum ceruinum recens, simul & adeps anserinus, fex sicca usta, fel taurinum, sal, oleum, cyperum, aphronitrum, sthorax, absinthium, artemisia, samsucus, helleborus niger, coccomidium, herba mercurialis, cyminum, fœnogræcum, uua passa, exossata citria.

GENERANTIA SEMEN ET MOVENTIA LIBIDINEM.

DE cibis quæ nutriunt & inflant. De medicamẽtis autem ea quæ spumam mouent & calefaciunt. Bulbi igitur, cicer, & faba, & ficus comesti multum semen faciunt, cynicus & satyrion, medicamenta. Cibi autem simul & medicamenta sunt, lini semen, & eruca, & hijs similia.

CONSVMENTIA ET REPRIMENTIA SEMEN.

QVicunq; infrigidare possunt cibi, uel medicamenta impinguantia & desiccantia & condensantia, hæc reprimunt semen, qualia sunt lactucæ & bleti, atriplex, cucurbita, mora, melo, pepones, cucumeris. Quæ autem desiccant

B principalem uirtutẽ, & non permittunt generari semen: utiq; quæ calida natura sunt, quemadmodum est ruta. Si autem non sint calida multũ magis nymphea.

AD ELECTIONEM SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM.

AGaricus melior est, membrana neruosa habens recta.

Acaciam existima esse modico rubeam boni odoris.

Aloës eligenda est pinguis, & non lapidea, sed lucida, subrubea, facilis ad resoluendum, epati similis, cito humectans, abundantem habens amaritudinem. Nigra autem & quæ uix ducitur, bona non est.

Amoniacus autem thimiamatus, qui sine lignis est & libanotizat in glebis mundus, densus, nullum habens odorem, & suaui odore est, & gustu amaro.

Amonius autem eligendus est recens & albus & subrubeus existens, non maturus, aut spissus. Resolutus autem & diffusus, semiplenus, similis botro, grauis nimis & boni odoris, absque apertione & acer in gustu, simplex in colore & non uarius. Adulterant autem eum aliqui amonio admixto.

Aspastum autem bonum est quod graue est, & cum flammeo colore, subrubeum, spissum, boni odoris, subamaricans in gustu. Aspastum autem bonũ est purpuræ simile, flagrans lucore, citatũ in odore graui. Nigrũ autẽ malũ est, adulteratur enim pice mixta absinthio. Melius enim est in Ponto & in Cappadocia natum. Adulteratur autẽ succus eius fecibus olei, id est, amurca cocta cõmixta.

Bdellion optimũ est, qđ gustu amaro est, tauri collo simile, & pingue in ꝓfundo, & bene molle, absq; ligni mixtura & sordibus odoratum simile thimiamatis unice. Helleborus niger eligendus est boni nutrimenti, non satis interionis habens, acer in gustu & sordidus: Talis autem est, qui in Helicone, Parnasso & Italia nascitur. Euphorbium eligendum est, quod perlucidum est, & acre. Euiscus bonus est prasino colore intrinsecus, extrinsecus autem subrubeus, nihil in se habens asperum, aut furfureum: Colligitur autem de quercu arbore,

C quæ folia habet similia melario, & pyro, & ex alijs arboribus.

Icrocolla bona est alba, & subpinguis, & non scabiosa, & cito se resoluens.

Calamus aromaticus optimus est rubeus, spissus, geniculas habens, & in multas scissuras uadit cum frangitur, repleti araneis, fistula subalba: In masticatione uero glutinosus & stipticus est, & subamarus.

Cardamomum optimum est de Armenia comizonon: Eligitur autem quod non facile frangitur.

Cassia eligenda est quæ rubea est, boni coloris, corallio similis, tenuis, nitida, ualde longa & pinguis in fistulis, & in gustu dipticis & stiptica cum igne multo, uelut aromatum similis odore. Cera optima est pontica.

Ladanus utilis est qui bene olet, subuiridis, bene mollis, pinguis, absque participatione sablonis arenosus: Talis autem est in Cypro factus.

Gluten, quam aluxirocollam uocant, optima est rodiacis: Est autem alba perlucida. Nigra autem quæ est nitro similis, perlucida sine lignis: Ita & alba resinosa & pinguis inutilis est.

Costum optimum est arabicum, album & leue, & habens proprietatem odoris. Secundum autem est indicum, quod & leue est sicut ferula. Tertium est siriacum colore pixode, repercutiens in odore: Optimum est quod recens est & album, & plenum est omnino, spissum, siccum, gustu sine mordicatione, ignitum. Adulteratur autem radicibus enulæ mixtis: Certa autem cognitio eius est, quia neque ignita in gustu est enula, neque bonum costi odorem, neque uirtutem & repercussionem costi repræsentat.

Crocus optimus est coricius regionalis, recens & bono colore, modicam subalbedinem habens, ætate in longitudine non se frangens.

D Crocomagma autem fit ex crocino mero, aromaton expressum & fictum. Est autem hoc bonũ quod bene olet. Catasmyrnon, graue, nigrum, sine lignis.

Cyperum optimũ est quod graue est & spissum nimis, & difficile frangitur, asperum, longum, bene olens, cum quadam acredine. Iumelinum optimũ est.

Libanus præcedit masculus: Rotundus autem albus intus, pinguis. Adulteratur autem ex pituina resina.

Glumen facile cognoscitur, quod gummi non exardescit: Suffumigatum enim resinam in fumo spargit.

Libani cortex differt, quod plenus est & pinguis, odoratus, recens, leuis, niti-
* dus, & licet leprodis aut membrana habens: Adulteratur autem mixta cortice pini, aut piceæ. Probat autem ignis: suffumigantes non accenduntur. Libanotus autem accenditur cum odore suaui.

Malana trifolia bona sunt, quod dicitur folium, si sit recens & subalbidum in ipsa nigredine, & non facile se frangit, sed integer est, repercutiens odorem, & permanet odor nardi similis & in gustu neque salsedine.

Mellilotus optimus est atticus, & qui in cigico nascit̃ coricizon, & boni odoris est. Papaueris succus, id est, opium, optimus est spissus, & grauis in odore, somnum faciens, amarus in gustu. Facile soluitur in aqua, nitidus, albus, non asper, neq; thromboidis, id est, neq; conglomeratus in resolutione, neq; indurescit in sole positus, incensus, & ad lucernam accensus terrestris flammam mittit. Adulterant autem eum glaucium miscentes, aut gummi, aut lactucæ agrestis succos. Si glaucium admixtum habet, crocizat in resolutione. Si autem lactucæ agrestis succus miscetur, odorem non habet similem, & asper est. Quod si gummi mixtum est sine uirtute imbecillis est & perlucidus.

Medulla optima est ceruina, post uitulina, deinde taurina, & post has capri-

A na & ueruecina. Bona autem est æstate collecta, aut autumno: Alijs enim temporibus cum sanguine mixta est. Curatur autem medulla recens malaxata superfusa aqua, & sic cum linteo colas similiter & lauas, donec aqua munda fiat: Postea in duplici uase remittes & leuabis cum penna supernatantes sordes, & purgatam mittes in mortario, & cum se gelauerit repones in testeo uase subraso diligenter. Si autem non curatam reponere uolueris, sic facies omnia, sicut de pulli, aut anseris adipibus fit.

Nardus tacius bona est, leuis, recens. Policonus rubeus colore cum odore suaui nimis, & cyperum similat in odore, modicam habens spicam, amarus in gustu, & linguam desiccat permanente odore. Venditur autem infusus, quod cognoscitur ex albumine, & spica.

Omphaciũ eligas rubeũ & bene tritum, stipticũ ualde, & mordicans linguã.

Onix bona est de eretra gummi similis, subalba, rubra, pinguis.

Panacis radices meliores sunt, siccæ, & albæ, & rectæ, & non comestæ, & ignitæ in gustu, & aromaticant.

Opopanax differt, amarior est in gustu, interior alba, exterior crocizans, pinguis, lenis, & cito se frangens, & cito se soluens, & graui odore est.

Piper longus eligitur, qui grauis est & plenior, & niger, recens & non furfuraceus, & grano maiori.

Peucedanum optimum est quod fuerit grauiori odore, calefaciens gustu.

Polio quod rectum fuerit utilissimum est.

Resina terebinthina utilis est quæ lucet, uitro similis colore, & bono odore.

Smyrna prima est troclites, minea, subuiridis, & perlucida existens. Amo-
B meas uero quæ uocatur eligitur recens, leuis, uno colore omnino, & rupta intrinsecus, habens colorem unicum. Item & amara est, & bene olet subacrum. Grauis autem & colorem picis habens, inutilis est.

Stactys autem smyrna bona est, quæ boni odoris est, & nitida, & non est mixta oleo. Stirax differt, quæ est rubea, & pinguior, & resinosa, thrombos habens subalbos, permanens in bono odore quamplurimo, & cum eam malaxas, emittit ex se humorem mellis similem.

Terebinthina autem resina bona est, quæ perlucida est colore, & odorata est.

Tracacantum lachryma radicis excisæ existens: Differt enim quæ est perlucida & leuis, & tenuis, & munda, & subalbida.

Iusquiamus autẽ utilis est in usu, qui album habet florem, & semen album. Si autem non inuenitur talis, uteris flauo: Nigrum uero reprobare oportet.

Galbanus optima est libano similis, condrodis, & munda, sine lignis, habẽs aliqd de semine & ferulã mixtã, nõ grauis, quæ neq; nimis sit humida, neq; sicca.

Agnus eligenda est lenis, & colore nõ æquali, & sine lapide, & odore bono.

Arsenicon optimũ est placidum, auro simile, picis squamas similes habens.

Gisara pilotidus nigra prouidenda est.

Peucedanis longa inferenda est pellucida.

Defrigis eligendus est qui est in gustu æramenti. Stipticus & desiccatiuus est multum in lingua.

Sulphur optimum est thinapiron, id est, quod ignem non est expertũ. Flammeum est colore, & pellucidum, & non est lapidosum: Accensum autem uiride. Indicum uero optimum est cianoide.

Cadinia optima est botriodis, quæ uocatur grauis: Media habet epiphona botriodi colore cinereo rupta deintus, inter fros & lotus. Secunda autem est extrinsecus cinizosa: Intrinsecus autem diareses similans onycem lapidem.

C Pumex perquirenda est leuis, & non multum uacua, scissa, & non lapide mixta, adhuc magis & alba.

Lithargyrus optimus est chrysites qui uocatur, & qui pellucet.

Lapis acius eligendus est pumicis similem colorem habens, inflatus & leuis.

Lapis emathites optimus est, qui bene teritur. Durus autem, solidus, inutilis.

Lapis Gabatis perquirendus est qui cito apprehendit, & in odore aspaltizat.

Magnes autẽ lapis optimus est, qui ferrũ trahit, & colore est cianeus, spissus.

Melanteria differt, thiciocus, ualde æqualis, munda, & in tinctura nigra, cito uirtutem habet causticam, similem ireus multum.

Sinopitis optimus est grauis & spissus, epatizosus, similans lapidẽ suo colore.

Misi assumendus est cyprinus, chrysophanes, durus, & in tritura chysizon. Sic est causticus, aut calcitheus siue prorica confectione.

Molipdina bona est, quæ est lithargyroidis, flaua, sublucida, & rubea cum teritur. Lauata uero & usta habet simile lithargyro.

Nitrum eligendum est leue, & roseo colore, aut album colore in tritura.

Aphronitrum optimum est, quod uidetur leuissimum & placidum, facile teritur, & in porphyrum est spumosum.

Pompholix optima est Cypria: In aceto autem infusa, decurrit.

Sandaraca prouidenda est prouincialis, & rubea, bene florescens, munda, & cinnaborisans colore. Adhuc autem sulphurea, & opophoran habens.

Sthimeus optimus est lucidus & relucens, in fractura terrestris, aut pinguis, facile se frangens.

D Stipteria optima est scistis, recens & alba nimis, & sine lapide.

Icore prouidenda est Aegyptia, & cum frangitur nigrior uidetur, fenestras multas habens, & subpinguis est, & substiptica: fex adhibenda est maxime de uino Italico ueteri, aut simili huius.

Calcucicaumenus ustus bonus est, rubeus, & in tritura cinnabari similis, lauatur sicut cathimia, quarta uice in die mutata aqua.

DE MENSVRA CERAE ET OLEI.

Acopa unguenta. EA uero quæ dicuntur acopa unguenta si uolueris facere, quartam partem mittes ceræ in oleum. Si autem uolueris in fracturis humidum cerotum facere, duplum mittes ceræ. Si autem medicamen emplastri uolueris facere, æquali penso ceram & oleum mittes.

DE MENSVRIS ET PENSIS.

Amphora. Sextarius. Congius. Hemina. Vncia. Olca. Drachma. Obolus. Oxibaphum. Cyathus. Cheme. Cyathus. Nux. Cochlear. Scrupulus.

ITalica amphora habet sextarios XLVIII. Sextarius habet libram I & VIII. Sextarius mellis pensat libras II & 2 XI IIII. Congius habet ss VI. Sextarius habet heminas duas, cyathos duodecim: Olei pensat librã I & 5. Hemina habet cyathos VI. Vncia habet 2 VIII. Olca habet 2 III. Drachma habet siliquas XVIII. Obolus pensat siliquas III. Oxibaphum in mensura est heminæ quarta pars. In pensa habet 2 XII, quod est uncia una. Cyathus pensat I & 5. Cheme maius habet Cyathos quatuor. Cheme minus habet cyathos duos. Mystron maius, cyathos habet tres. Digiti pleni leuant 2 II. Cyathus Aegyptius, id est, faba Aegyptia, pensat obolos 4, quod est solidus medius. Alexandrinus autem obolos III, id est, siliquas IX. Elimicus obulos duos, id est, siliquas 6. Nux auellanæ magnitudinis pensat obolos 6. Nucis autem maioris magnitudo pensat drachmas VI. Cochlear uero pensat drachmas 4. Drachma habet obolos 6. Obolus habet siliquas 3. Vncia habet obolos 48. Scrupulus habet obolos 2. Ilarium est drachma dimidia, id est, scrupulus & semis.

A
AD COPTARIA PLATISMATA. conficienda.

QVæ coptaria uocantur platismata, si mediocre uolueris facere medicamen poloticon, id est, quod cicatricem ulceribus insanabilibus possit inducere, quartam partem mittes ceræ cum metallicis speciebus. Si autem fortius medicamen facere uolueris, tertiam scilicet partem de cera malaxata in sole, aut ad ignem, aut in aqua calida cōmiscebis cum metallicis speciebus.

DE COCTIONIBVS EMPLASTRO-rum ex Antilio autore.

MIttenda sunt sic medicamenta in coctionibus medicamentorū: Lithargyrum cum oleo coquitur. Oportet autem tritum & cretum lithargyrum iterum cum oleo in mortario teri, ut molle fiat & lene, postea sic coquatur ad ignem lenem. Sine intermissione autem agitabis ab initio, ut non se inflet ebulliens ne foras exeat, & cum proximū fit coctioni, ut non solum amolentum sit, ut iam non coinquinet digitos, sed etiam mutetur ex sordibus ad colorem rubeum nimium bene florescens, lipidus. Calcum autem coques non ab initio missum, sed medio iam cocto emplastro: Mensura autem coctionis, si satis modice mittitur, tenet colorem, & rubeum fit emplastrum. Sori autem & defrigis, mittuntur uero & hæc mediæ decoctionis mensuræ: Mensura autem defrigis quemadmodum & limpidum continet colorem. Sori uero nullam habet mensuram. Hæc omnia amolentum præbent emplastrum.

B Calcitheus autem coquitur simpliciter, & mensuratim coquitur rubicundius, ut dactylis simile fiat emplastrum, calcanti flos similiter calcij. Mensura autem eorum cōmunis est in coctione. Calcantum ergo mittitur in media coctione. Cocta uero frigida terantur, & faciet colorem emplastrum. Miseum autem quando uis mittes. Propriam autem mensuram nullam habet.

Arsinicus autem & sandaracis mittuntur effecta coctione. Plumbum uero combustum in media coctione mittitur. Psimithiū mittitur in albis emplastris & magis albescunt. In nigro autem ab initio, quia diu coctum amplius nigrum efficitur. Iu uero in uiridibus emplastris mittitur post coctionem. In quibus autem non in initio mittitur in olla, sed cum aceto tritum & manente in mortario, supermittuntur alia quæ cocta sunt. In nigris autem emplastris, media cocta confectione Iu mittitur. In prosopo autem emplastro ab initio mox coquitur Iu. Supertensum igitur in coctione, primo quidem nigrum superadducere oportet. Prosopum rubeum fit colore. Stipteria mittitur quamplurime post coctionem. Propriæ uero coctionis nullam habet mensuram. Sinopidis uero transacta coctione mittitur. Cathmia & pompholix mittuntur in initio. Sal & nitrum mittuntur circa mediam coctionem. Sulphur peracta coctione mittitur. Coctio autem eius nigrescere facit emplastrum. Terra omnis uel lapides mitti conuenit perfecta coctione quamplurime. Pumicem quoqꝫ & conchylia usta conuenit imperfecta coctione mittere: Oleum siquidem in initio non mittitur. Resina & pix liquida absque constitutione facit esse emplastrum. Oportet ergo post constitutionem in olla coctum sic mittere oleum. Cætera autem alia in media mittenda sunt coctione. Oleum autem irinum coctionem portat. Cyprinū autem & roseum minus. Alia autem ex toto olea omnino non suffe runt coctionē, propter quod perfecta coctione mittuntur. Cera non est coquenda: Proprietas eius sola incenditur, neqꝫ cum resina liquida, aut pice liquida sine

constitutione

C constitutione manet. Sed mittitur cum oleo mundo, aut cum aliquibus metallicis coquitur, aut cum resina aut pice ante cocta, & prima coctione aliorũ quæ immittẽda sunt, primo ceram mittes, & postea resina frixa mittitur post ceram: Nam liquidam ante omnes alias species eam solam coques, sed non nimis, & sic mittes alias omnes species. Piculam mittes ante omnes mensuras, liquida quidem coquenda est, ut consistat, sicca autem maxime cum aceto coquitur, ut nullo modo bulliscat, leuet, aut infletur. Aspaltum coquitur missum ab initio. Non oportet autem teri id, asperitatem habens in colore. Similiter autem si teratur fortiter, & coquatur in aceto, non agitabis, ut nullo modo bulliscat aut leuet. Propuleum malaxari oportet & coqui. Sub coctione autem nullo modo ardeat. Amoniacum in media coctione mittendum est. Oportet autem si possibile est ut subtiliter teratur, & sic superaspergatur. Si uero nõ potest, cum humore aliquo terendum est. Si autem ad sanguinolenta uulnera fiat emplastrum, cum aceto aut cum uino teratur. Si autem mollia loca sunt, qualis est anus, cum aqua. Sic mollientes eum habeant infrigidatum, ut non ebulliscat.

Opoponax mittitur multum postea post amoniacum. Omnino autem modicum bulliat. Oportet autem & hoc ante teri cum uino aut cum aceto. Galbanum bullire nullo modo fert. Sed quando amolentum fit emplastrum, id est, quando iam non coinquinat digitos, leuas ab igne, & malaxatum eum mittes. *Amolenta emplastra.*

D Sagapinum uero contundis in pila, & molle factum commalaxa cum emplastro adproximatũ igni. Aloë superasperges post decoctionem, & sic commisces. Opium myconum infundes ante unam diem in aqua modica, & ita teres in mortario, & sic postea id super emplastrum mittes. Tapsum supersparges nouissime. Bdellium tritum supersparge post cum ab igne tuleris emplastrum. Quod si pingue esse uideatur, & non potest teri, similiter quo modo sagapinum tundes in pila, & facies emplastro simile, & sic conmalaxabis cum emplastro post coctionem. Libanotum & mannis tritos post coctionem supersparges. Smyrna trita cum modico mellis, aut cum aceto, aut cum aqua, si humidum fuerit emplastrum, sic liquida emplastro liquido supermittes perfecta iam coctione, mittes conuenienter coctum. Semen autem, & radices, & herbæ, nihil bullitioni conueniunt. Tritas ergo in mortario superfundes, quæ soluta, aut liquida sunt.

D. ORIBASII

D. ORIBASII SARDIANI ARCHIATRI IVLIANI CAESARIS, DE CONFECTIONE CIBORVM AD EVNAPIVM LIBER III.

QVAE SINT, QVAE EXTENVENT IN CIBIS.

ALLIVM, cepe, cardamomus, porrũ, sinapis, piper, smyrnion, peretrum, origanũ, calamentis, hyssopus, sisimbrium, pulegiũ, thymus, saturegia uiridis ministrata: sicca enim iam ut medicamen danda est, & non est ut cibus. Vniuersaliter autem omnes sicciores fortiores sunt uiridibus, & ea quæ in collium locis, & nõ in aquosis, sed in siccis nascuntur & in campis, quàm quæ in hortis nascunt, aut paludibus, fortiora sunt. Hæc igitur omnimodo oportet medicũ scire quæ prædicta sunt. Deinde autẽ sunt quæ sequentur, eruca, apium, petroselinũ, ocimus, raphanus, brassica, beta, colimbus, eringius, acaliphis semen, fœniculũ, coriandrũ, ruta, anethum, libisticum, cyminum, capparis, & thermentũ, & carpus, carei semen, anisus, sinonus, ameus, daucus, silis, tardillus, & omnes quæ sunt boni odoris & acres, & calidæ sunt apertissime. Fortiter autem desiccantes sunt & extenuantes, rutæ semen, & canabis, & tus in farma codis. Ceteræ enim sementes mediocriter extenuant in cibis sumptæ. Leuiores ergo sunt de hordeo. Secundi sunt de tritico panes in furno cocti. Alia uero abstinere tentanda sunt, præterquam post longum tempus: Pisum aut lenticula gustanda est non ad saturitatem, qui per rationem uult extenuari per dietam. Similiter & pisces aspratiles, & ex montibus aues minutas, &
B quæ in montibus nutriuntur, animalia sicciora & calidiora sunt quæ sunt temperantia, & carnes eorum minus phlegmaticæ sunt uel glutinosæ, qualia sunt stutis, merulus, turdus: perdices sunt cõmedendæ, & quæ in turribus nutriuntur & uiuunt aues, & hæ quæ in uuis per uites degunt, & palumbes per turres commorantes meliores sunt domesticis. Et uniuersa quæ exercitantur, hijs quæ minus exercitantur, & ea quæ sicca esca utuntur hijs quæ humida, & ea quæ mundum aërem possident, hijs quæ in nebuloso & humido degunt, melius extenuant. Piscibus autem aspratilibus utantur, quales sunt iudilus & ficitus coctiuus, merolus, scarus: & ut simpliciter dicam, omnia quæcunq; macerata & molles sunt carnes: Quæ autẽ duras & glutinosas habẽt carnes, prohibenda sunt omnino. Molles enim unisci carnes, sed maceratæ. Aspratiles sunt treclæ maceratæ, non autem molles. Hæc ergo habent utriq; cognitionis de omnium animantium carnibus, de mollibus & pratyris, id est, duris, hoc attendes intellectu, quod uteris quæ sint ad saturitatem si comedantur. Aliorum autem nihil aliud est abstinendum omnimodis: nihil aliud nisi hoc solum comedatur aliquando ad horum amissionẽ, cum obseruatione nimietatis ciborũ saturitate, qualia sunt onisci & stredas pelagarum piscium. Licet ad præsens non sint aspratiles pisces, & maxime hij qui cum sinape comedunt, quemadmodum scorpina est. Sunt autem quædam genera animantium, quibus sunt quidem alia genera, quorũ dictæ sunt cognitiones. Sed de hijs absq; mensura utrisq; custodiri oportet. Ex quibus est anguilla & alia plurima, quæ sunt molles carnes habẽtes, qualis est cumbrus molles carnes habens, propter quod glutinosa est & phlegmatica nimis, & no-

C ciua, qui extenuandi dieta uti opus habent. Vtilis autem ad hæc est turpidon, aut secalidon, aut stræda sola utere aliquando, & hæc expediunt. Non autẽ piscibus aspratilibus inuentis ipsa uirtute sunt buglossa & siptace: gallinas quæ exercentur non prohibeo manducare, & columbas, & turtures, & maxime quæ in montanis degunt locis. Oportet autem nõ recentia, sed macerata uno die uel biduo, aut amplius, offerantur omnia quæ duras habẽt carnes. Insalati uero pisces multum extenuant uel subtiliant. Eligere igitur & hoc conuenit, & ea quæ sunt molles habentes carnes. Pelagicus autem insalatus uetandus est. Adhuc etiã & porcinæ similiter carnes sunt gustandæ omnibus cautius. Pomorum autem minus lædunt, quæ uentrem molliunt: Molliora autem magis comedenda sunt quàm sicca, quia tardius digeruntur. Ex quibus nihil ad satietatẽ est edendum: & quæcunq; sunt austera & stiptica, pessima sunt talia accepta in cibis: Proprie autẽ in omnibus sunt ficus, & nucis pistacia, & amygdalæ subamaræ. Oliuas autẽ nec laudo, nec uitupero: Dulces uero non solũ cibi, sed & potiones, præter mel solũ, multũ tenuem consistentem generãt humorem. Vinũ autẽ sit album & subtile, quo extenuari possint pingues humores, & purgari corpus. Sed & lactis serum ad subtiliandum est utilissimum, & maxime ad hæc utilissimũ est oxymelle.

QVAE SINT QVAE IMPINGUANT & REPLENT.

PAnis non leuatus, id est, azymus, aut nõ bene confectus, pachychymus est: sed & qui uocatur tragus, id est, farris grossa, & de sapa, & simila pemmata, & lagana, & hydria, & omne azymũ de tritico pemma, & quæ ex hoc ipso sunt, scilicet conficiuntur dulcia. Est autem & simila scilicet & alica, multum pachychyma. Amulus uero mediocriter & bulbi sunt pachychyma, & calidi, & lenticula, & faba fresa, sisami semen, & resimi semen, & quæ uocatur melochia, theutilis, sipia, & polypi, qui pelagici sunt pisces, nimis sunt pachychymæ ostrea & cyricis, & porphyra, oxymelopedes, pectines, pennæ, & omnia ut simpliciter dicam, quæ sunt ostreæ, coderinæ, anguillæ, cochleæ, ceruina raro, caprina, aprina, bouina, leporina, epar, renes, testiculi, cerebrũ, medulla spinalis, ubera hœdina, lingua mediocriter, lac quo coctum plus fuerit à caseo omne recens & lac acidum: Minus uero acidum lac, quod ad ignem coquitur, & oua quæ ad perfectã coquũtur duritiam. Plus tamen assa adhuc: magis uero frixa sunt pachychyma, dactyli, castaneæ, albi, rapæ, amanitæ, fungorum radix, terrætuphora, nuclei pini, ficus non maturæ, citri caro, melones qui plus comederit, uinum dulce, sanguis pinguis ex hoc generatur, & magis adhuc quod uocatur gyrium & defretum: Similiter & quod pingue & nigrum est uinum.

(D in margin beside "chyma. Amulus uero...")

QVAE SINT MEDIA MATERIA INTER ea quæ extenuant & impinguant.

MEdia sunt materia, gallorũ pullorũ, gallinarũ, phasianorũ carnes, & perdicum, & columbarũ, actagenum, & turturum, merula, turdus, & minorum auium carnes omniũ. Adhuc etiam aspratiles pisces circa littus & in pelago consistentes, gouus, murena, & boglassa, & omnes, ut simpliciter dicam, qui nõ glutinãt aliqua, aut male olent, uel bromosi sunt dum eduntur, olera syluestria, aut intiba. Hoc enim cõmune genus est quamplurime. Quæ autem secundum species uniuscuiusq; eorũ proprium possident nomen apud Athenienses, qualia sunt lactucæ, codrilles, & gingidria, & alia permulta huius generis sunt, qualis est asparagus, macantinus, & gamedapnis, asparagus, & de brionia. Vinũ uero rubeum & dulce & placidum, qualia sunt ariusium, & lesbium, & falerite, & admolite.

A admolite. Vtilem enim talia uina sanguinem faciunt, & mediocriter pinguem.

QVAE SINT QVAE GLVTINOSVM humorem generant.

TRiticum quod grauius est & spissum, & in profundo rubeum est, glutinosos humores generat. Quod autem leuius est & rarum & albũ intrinsecus, istud tale minus glutinosos humores generat. Simila autẽ & alica multũ glutinosos generant humores in neruis & cauis locis membrorũ, & callus porcinus, & tota caro, & agnina caro, & sesami semen, & bulbi, & dactyli pingues.

QVAE SINT QVAE CRVDOS HVmores generant.

DActyli uirides crudi crudos generant humores residentes, ut calefaciant comprehensos à rigore, & rapa, quando amplius repletus fuerit cibo uenter, & ostragodermon, quæ duras habent carnes amittentes carnis humores, sal, sedineta multa coctione & quæ malitia uocantur, pollipodes, sipiæ, & quæ hijs similia sunt omnia, qualia sunt in mari cete, animalium uenter, intestina, uulua quadrupedum, & duriores adenæ indigestæ, lac acidum, panis calidus, uua quæ intus tenetur & tarde in secessu deponitur.

QVAE FRIGIDOS HVMORES GENERENT.

QVi satis succo cucumeris replentur, frigidum congregare humorem contingit, & non facile ostendi potest in sanguinem utilem transmutari. Venter enim & intestina, & uulua quadrupedum animaliũ, lac acidum, boleti, melatum, quod nondum ex maturis malis factum est, bulbi.

QVAE GENERENT PHLEGMA.

B PHlegmaticũ generant humorem ex animalibus quæ neruosa sunt, cerebrũ, pulmo, medulla spinalis, adenæ, indigestio, & agnorũ caro, boleti, amanitæ, & carnis ostragodarmon, & melatum non ex maturis malis factum.

QVAE CHOLERICVM HVMOREM GENERENT.

CErratiatis, cennaræ succus tenuis, pirroculum, id est, amara generat cholera. Vtilius enim est qui eum coquunt & sic edunt, & mel facile echolotæ, id est, in cholericũ uertitur humorẽ, quibus corpus & natura est calida. Omnes enim dulcis succi materiæ in rubea mutantur cholera, similiter & uinum dulce.

QVAE MELANCHOLICVM HVmorem generent.

CAro bouina, caprina, & magis hircina, & taurina. Adhuc autem magis asinina, & camelina, & uulpina, & canina, & leporina, & porcina insalata caro, uel ex alijs animalibus uiscera: Splenem autem dico. Ex maritimis uero, tinnis & balenis, coccicas, iulios, & ex pelagicis ceti. Omnes cochleæ, brassicæ, cimæ, arborũ cimæ, de salicibus, & aut aceto, & sale conditæ, & lentisco, & thermentino, & rubo, & canino rubo, & cardus, & lenticula, melanchotatonem cibum, & cum hoc furfuraceus panis, & de spelta, & ex aliorũ pessimorum seminum, seu molles casei & uetusti, uinum pingue, & nigrum.

QVAE SINT PERITHOMATICA, quæ abundantiam humorum faciunt.

ABundantiam humorum facit anser, præter ascellas, uiscera, medulla spinalis, cerebrum, & quæ in paludibus & stagnis degunt, cicer, faba uiridis, faba Aegyptia, porcelli, ouium caro, & omni genere animalium pigre uiuentiũ, & ex piscibus qui sunt fluuiales & in limo nutriti, & omnia quæ pelagica sunt in mari animalia uiuentia.

C QVAE SINT APERICTA, QVAE absq; humorum abundantia nutriunt.

CEruicales animalium caudæ, alæ, & agrestium animalium caro, & qui in siccis locis nutriuntur uel degunt.

QVAE MVLTVM NVTRIMENtum dent in corpore.

POlitron, erasson, porcorũ domesticorum carnes, omnium curuorũ animantium cerebrum, testiculi, cor, medullæ spinales, & omnes medullæ, & alæ anserum, & magis gallorum, & omnium gallinarũ, uel omniũ auium, uentres & cochlea, magisq; ostragodermæ, qualia sunt duras habentes carnes, quæ dicuntur quimia, porphyræ, cirices, & pacori carnes, & hijs similia, multum præstant nutrimentum. Astracipagori carnes, & hijs similia, quæ malacia Græci uocant, polypodis, sæpia, & eutedis, & hijs similia: scumbrus, narci, turpido, pastinaca mediocriter. Bati autem, & renis, & liolimati magis, streclæ & gobij minus nutriunt. Lac uero pinguius magis, humidius minus nutrit. Panis autẽ minus nutrit siligineus: Deinde qui de simila fit. Tertio loco sincomedes cocti & triticum simulari alica, faba, carni imponit habitudinem, nõ constrictam & spissam carnem relaxat, & humidam facit: Magis cicer, quàm faba nutrit: Magis phasiolus, & pisum, & fœnogræcus, plus dolici, quos Bolustri phasiolos uirides uocãt, nutriunt. Apiso, nõ minus lupini nutribiles sunt. Castanea, lenticula, dulces dactyli, & uua dulcis & pinguis, balani, rapæ, quas honidas Græci dicunt. Bulbi multum nutribiles, & magis discocti, mel dispumatum utilius facit anatosin, & nutrimentũ præstat, & mulsa bene cocta, & omne uinum secundum rationem
D nutriunt pinguiores. Quæ enim rubra & pinguia sunt, hæc sanguinem multum generant, & ad hæc utilia sunt. Post hæc nigra & pinguia, & stiptica supra memoratis minus nutriunt. Album autem uinũ, & spissum, aut pingue, & austerũ, omnibus minus nutriunt. Alba uero & tenuia, omnia autem quæ sunt pinguia si bene digerantur, & sanguinem faciunt, & pollytropha sunt.

QVAE MINVS NVTRIMENtum præstent.

MInus nutrimentũ præstant in corpore quæ sunt in animalibus, id est, extrema membrorum, uulua, uenter, intestina, cauda, aures, pinguedo, seuum: omne genus pullorũ minus nutrit, & paruum nutrimentũ præstat, ad comparationem generis animalium terrestrium. Senum animaliũ carnes minus nutrimenta præstant hijs quæ iuuenia sunt. Piscium autẽ ad sanguinem nutrimenta minora sunt, ut neq; nutriant abundanter, & citius digerantur. De ostragodermis uero quæ mollibus sunt carnibus, qualia sunt ostrea, olygotropha sunt. Panes uero minus nutriunt de hordeo qui conficiuntur. Ex hoc olygotrophi sunt omnes qui de hordeo fiunt. De alphita hijs similis panis, & furfuribus, cibarij omnes, & lota amila, & miga de alphita hordei, auenæ, milij, & magis panicij orizæ uiridis, papaueris semẽ, ormena, siccamina, canini rubi fructus, arcuitidus, myrta, amygdala, pistatia mala, persica armenica, oliuæ, & maxime acerbæ, auellanæ & magis nuces syriacæ, corna, pruna, mora, rubi, præcocia, capparis, & maxime insalata thermento omnia, brassica, beta, lappacium, porcacla, uua canina, raphanus, sinapis, cardamonus, peretrum, asparagi omnes, staphilinus, daucus, cepe, allium, porrum, ampelon, prason. Cruda quidem nullo modo nutrimentum præstant: cocta autem bis aut ter, modicum nutriunt: malogranata olygotropha sunt. Pyra autem & maxime maiora, habent aliquod nutrimentum. Cucurbitæ

A curbitæ minus nutriunt, & olygotrophæ sunt. Vuæ austeræ, & non pingues, medicæ sunt olygotrophæ, phasioli, pisum, lateriarchi, & ficus non similiter, ut alia poma, olygotropha sunt. Fungidas igitur carnes faciunt. Similiter uuæ faciunt. Minus autem hijs ficus nutriunt, & fluxam & infusam carnem faciunt. Omnia hæc in cibo utentibus pharmacodis alicuius habẽt qualitatem nimiam, quando deponit coctionem, quæ siue cocta siue assa, modicum nutrimentum præstat corpori. Prius autem nullum præstat nutrimentum.

QVAE SINT EVCHYMA, ID EST, quæ sint boni succi.

EVchyma bonos succos Græci appellãt: Boni succi sunt lactis, ex omnibus penẽ omnium aliorum ciborum. Vtilissimũ enim est de bene nutrientibus animalibus mox ut mulgitur potatum, & oua abala & sorbilia optima sunt anserina, phasiana, & de gallinis, & struthionina, & auium. Pisces autem propè omnes euchymi sunt, præter eos qui in paludibus & stagnis & in fluminibus degunt limosi, & maxime quæ de ciuitate in fluminibus aquæ fluunt, quæ purgãt stercora, & de coquinis sordidis per cloacas in balneis uel fullonibus lauantibus decurrunt. Cautius ergo ex hijs semper adhibendi sunt pisces, qui admiscentur ex mari in fluminibus, quales sunt cephali, pelagici, & saxatiles: etenim in bonis succis in suauitate multa præcedunt aliorum. Si autem aliqui in utraq; aqua degunt, quemadmodum cephalus, laprax, id est, lupus, murena, & carcyn, & anguillæ, considerare & interrogare quidem oportet prius unde sint capti: Post hæc autem & odore, & gustu cognitionem eorũ facere: etenim mali sapore insuaui, & lutulento sapore sunt, quia tali cibo utuntur in aqua putrida & mala.
B Et quidem pingues sunt multo plus alijs & cito putrescunt, & de quibus sunt locis, & aliquibus qualis est cibus, & ubi nutriuntur, oportet cognoscere. Cognoscuntur autem facilius ex odore & gustu, quemadmodum streclæ. Pessimiores sunt enim qui in esca cancros comedunt, & aliorũ uero carnes quæ duriores sunt. Cacochymus autem & tharsus, & scrumbus, & epatus, & boglossa, & psitta, & saurus. Mediocres sunt apolo, sarcon, & duras carnes habentes: Cibi autem ex eis optimi sunt exercitantibus, & imbecillibus, & qui ex ægritudine tarde conualescunt. Hæc macerata, & molles cibi ad sanitatem sunt utilissimi, propter quod & euchymotati omnibus sunt carnes eorum piscium, quando bene digeruntur, quia sanguinẽ utilem & expedientem generant, & maxime euchymotatos, id est, bonos succos ad replendum in membris sanguinem facit porcina recens caro, non insalata. Optima est hæc caro ad suauitatem, & ad digestionem data, & maxime qui media sunt ætate, hoc est, porcastrina. Peior enim est uetustus porcus, & post partum scropha mox cõmixta. Humectant enim supra mensuram, & porcellus tener similiter phlegmaticũ & humidum generat sanguinem plurimũ. Vber euchymum est. Epar, & uenter, & intestina, & uulua, & omnes extremæ partes, & cutis carnes, minus euchyma sunt. Adenæ digestæ bene dant simile nutrimentũ. Proximum in carne cor non est cacochymum. Meliores sunt pedes porcini, gruma, & tota auris. Secundum quod possibile est carnes in uirtute ciborum desunt porcorum, in quantum extremæ sunt partes porcinæ uniuscuiusq; membri. Peius autẽ est secundum ipsum animal cerebrum. *Piscium delectus.*

De uolatilibus autem multo meliores sunt in campis, syluestris auis nutritæ carnes meliores sunt quàm domesticæ euchymo terræ. Panis uero mundus & bene confectus, euchymus est, alica, ptisanæ bene coctæ, faba, castaneæ nõ sunt cacochyma, ficus matura, uua matura appensa sine querela est, carica amatos *Volatilia.*

C quidem citata facta euchyma est: Residens autē in uentre diu cacochyma fit, & pediculos generat. Cum cibis autem non cōmixta, optimus fit cibus. Quicunque autem cum aliquibus alijs cibis manducant ficus aut caricas, non paruo læduntur. Intuba trita xesin sanguinem generant, & post hæc intuba & uinum odoratum euchymum est. Euchymotaton autem est falernum, & magis quod plus dulcius est, quale est aruisium, & rubeum cymolitæ.

QVAE SINT CACOCHYMA in cibis.

NOn una species est cacochymiæ: Alia enim sunt frigidiora, alia cholerica, alia melancholica. Omnia hæc sunt quæ sunt in cibis cacochyma. Suadeo quoque ut bene digestus aliquis accipiat in cibis. Latet enim in multo tempore pessimus in uenis humor collectus ex cacochymis cibis. Ex ipsa igit̃ occasione modica in putredinem totum conuertit sanguinem, & febres malitiosas operatur uel excitat. Est autem cacochyma ouium caro, & caprarum similiter, & cum acredine. Hircorũ autem peiores carnes sunt, deinde autem ueruecum aut arietum, ita & taurorum. In omnibus autem hijs castratorũ meliores sunt. Senum uero carnes pessimæ sunt. Leporis uero carnes sanguinem quidem generant: Meliores sunt autem ad bonos succos faciendos à bouinis carnibus & ouinis. Cacochyma autem nihil minus eorũ est, quàm ceruini renes: amplius enim cacochymi sunt de saginatis animalibus testiculi, præter gallorum, cerebrum, medulla spinalis, callus, splen. Minus autem sunt porcina uiscera omnibus aliorũ animalium. Oua frixa, caseum uetustum, boletos & alios fungos, qui cautiores sunt non comedunt ex hijs aliquod. Lenticula, spelta, auena, & panis ex ipsis factus, non est euchymus: Cicer & far, quemadmodum & auena, & spelta. Melius est enim milium nigrũ, & hijs similia. Non sunt euchyma, aranea, piscis, mustela, scorpio, & dracotrecla, acermia, clauci, & quæcunq; alia in mari animalia grandia. Omnia cacochyma sunt quæ non sanguinem nutriunt, sed cholerã, aut phlegma. Et de montibus frumenta quæ sunt, omnia cacochyma sunt: Ficus autem minus illorum de montibus pomis. Caricæ autem si multum comedantur, non satis utilem sanguinem generant, unde eis pediculi multum nascuntur. Malata non de maturis malis facta, & pira antequam maturescant, & terebinthi fructus cacochymus est, cinirada, id est, cardum, & magis quando duriores sint cucumeres: melones uero minus. Cucurbitæ hijs meliores sunt, si non in uentre corrumpantur, nam multũ cacochymæ. Ex oleribus autem nihil fit euchymon, sed media sunt inter cacochymon & euchymon, lactuca, & intuba, & post hæc malua, & sic atriplex, & porcacla, & bletus, & lappaciũ. Radices autē olerum, quæ sunt acria, cacochyma sunt, qualia sunt cepe, porrum, allium, raphanus, & daucus. Media uero sunt inter euchyma & cacochyma aaron & rapæ, quas napos appellant, cariota, ocymus. Cacochymotaton autē est rapa cruda, brassica, bulbi non bene cocti. Cepe, allium, & porrũ, ampilopraſſa cocta facta, cacochymiam deponunt. Nouissime autem pessima et cacochyma sunt omnia, quæ syluatica sunt olera, qualia sunt lactuca, condrilis, scandix, gingida, intuba, cycomon. Vinum autem spissum & pingue, & non bene olens, sed insuaue & austerum, cacochymon & peruersum est, quale est quod in maioribus lagenis reponitur. Quod autem in paruis, neq; euchymum est, neq; cacochymum, sed medium est. Cacochymos autem uocant, qui non bonos succos, qui sanguinem nutriant, faciunt, sed humores. Euchymos dicunt, qui bonos succos, unde sanguis fit, generant.

Lepores. *Fungi.* D *Cacochyma. Euchyma.*

A

QVAE SINT QVAE BENE digerantur in cibis.

BEne digeruntur panes bene confecti, & pisces aspratiles omnes, guphurnarci, pastinaca, & omne genus auium, gallinarũ carnes cõparandæ sunt generi quadrupedũ. Melius & bene digestibiles sunt maxime pdicis, & attagenis, & columbarũ pulli, & phasianorũ. Alæ anserũ bene digeruntur, & maxime gallinarũ, & secundũ totũ. Optima autẽ sunt quæ pinguia sunt, & recẽtia dabis: Pessima aũt quæ macra sunt & seniora. Saginata uero de sero lactis, anseris epar similiter nutrit, & gallorũ testes bene digerũtur. Extremæ porcorũ partes ad digerendũ utilissimæ sunt, de bubus, iuuenci & uituli meliores sunt ad digerendũ. Hœdorũ carnes quàm caprarũ bimarũ, & hæ digestibiliores sunt maioribus capris, & ea animalia digestibiliora sunt quæ in siccis locis nutrita sunt, q̃ quæ in humidis. De pomis autẽ digestibiliores sunt nuces auellanis. Bulbi digernutur facile bis cocti. Oua apala & sorbilia, lactucæ, intubæ, maluæ, cucurbitæ elixæ, quando nõ corrumpuntur: digestibilius est dulce uinũ austero: optimũ autẽ ad digestionẽ esse sciendũ est, quod ad bibendum fuerit suaue. *Gallina.* *Bouina caro.*

QVAE TARDE DIGERANTVR IN CIBIS.

INdigesta uero sunt caprina, bubula, ceruina: pessima autẽ est hircorũ caro ad digestionẽ: deinde aũt arietũ, pessima autẽ & indigesta hircorũ caro, post hæc arietũ, deinde taurina, & de senioribus animalibus omnia indigesta sunt, & porci cũ senuerint. Indigesti sunt uentres eorũ, intestina, uulua, cor, epar, aures, cauda, renes, & omnia uiscera indigesta sunt, cerebrũ, medulla spinalis, & de maioribus animalibus testiculi omnes, sanguis. Anser præter alas, merulus, turdus, sturnus, & paruularũ auium dura est caro, & magis adhuc turdorum & anatis. Amplius aũt pauo & cygnus, & uẽtres ex omnibus auibus digesti sunt: Fallunt enim in struthione & mergo, quasi digestibili medicamine: Neq; enim ipsæ digerunt tã facile, neq; aliorũ ciborũ est medicinalis digestio. Cochleæ indigestibiles sunt. Lac acidũ indigestibile est, & maxime hijs qui frigidũ habent uentrẽ. Caseus uetustus & recẽs, maxime uero ille qui de lacte acido factus est. Ex cochleis uero meliores sunt porphyræ, & cirices. Ostrearũ pelles, & quæ duras habẽt carnes indigestæ sunt. Astacus, paburus, carcini, carabi, scylla, & alia hijs similia, polypi, sepiæ, thetides, uel quæ à Græcis uocantur malacosernia, id est molles habẽtes carnes, qualia sunt butilio, bater, medracõtes, cocci, gargalæ, omnes scorpij, tragoritæ, cleorphi, id est acernia, glauci, gengines, congri, fragri similes aquilæ. Oua elixa, assa, frixa, triticũ elixum, oriza, alphita, far, auena, uel si ex eis panis fiat, faba uiridis, cicer, phasioli, miliũ nigrũ, & hijs similia. Lenticula bis cocta, sisamus, erisimus, castanea, glãdes, mala, pyra, ficus nõ maturæ, uua acidonica, & austera, dactyli omnes, corna, citriũ quidẽ specialiter medicinale est, si quis utatur hoc qđ deforis est, propter digestionẽ faciendã, quẽadmodũ & alia multa de acribus, qualia sunt ocymus, rapa cruda & subcruda, bulbi subcrudi, pastinaca, daucus, cariota, & omnes radices olerũ, & omnia olera præter lactucas & intubas. Vinũ pingue & nouellũ indigestũ est. Indigestæ autem sunt & omnes aquæ. *Hirci.* *Casei.*

B

QVAE SINT IN CIBIS APTA stomacho.

DActyli austeri, mala cidonia, oliuæ cum sale conditæ, utiliores sunt si cum aceto cõponantur, uuæ austeræ si cũ ipsis folijs appendãtur, nuces auellanæ magis, & multo plus si cum ficis comedantur: De spinis omnia quæ

C nascuntur, mediocriter sunt cacosto macha, id est apta stomacho: quod est scolibis, id est pastinaca agrestis, adractilis, leuca, dipsacis, tragaganta, cnicus, adrastis quã alij cumaras, alij cardas uocãt: arij radix cocta, gingidio similis est scandici: nimis est enim aptus stomacho coctus si edatur, diutius autem coctum nõ sustinet stomachus, napi, raphan us, rapa, cardam um, peretrum, asparagus, basiliscus, & eleus, & oximersinus, & camædaphni, oxus, achãtis. & brionia & bulbi, ad apertionẽ uentris faciunt, id est fastidium tollunt, cap aris insalata, & citri quod extrinsecus est, id est cortex eius cõfortat inter medic aminis partes assumptus. Vinum austerum confortat stomachum & uentrem, & maxime distemperantiam calidam passum, & in medicamentis, absinthium & aloë ponimus.

QVAE SINT QVAE NON SVNT apta stomacho.

ARciotides mordicationem faciũt stomacho, & magis cetrides & succus amarãthi, agni semen, & beta cacostomacha est, ita ut & mordicationẽ faciat quando amplius comesta fuerit, lappacium similiter euchymum est, rapa subcruda, bletus, atriplex cum aceto, & liquamine, & oleo accepta, fœnogræcum euertit stomachum, & sisamus similiter: lac uero qui frigidã habẽt uentris temperantiã acescit si manducauerint. Qui autẽ calidam habẽt uentris distemperantiã acescit, id est carbunculũ patiunt: Propter hoc ergo merito & eis nocet qui febriunt: amplius autẽ si lac cũ melle mixtum accipiãt. Melones nõ bene digesti cholericã passionẽ faciunt. Solent enim si anteq̃ corrũpantur & uomitũ excitẽt utilius multũ manducari, & nõ euchyma super mãducent, & sic mouet omnino uomitũ. Sed & melo & pepones similiter faciũt. Cerebrũ uero omne cacostomachũ est, quemadmodũ & ossorum medulla. Vinum nigrum & austerum facile in stomacho acescit, & uomicã excitat: pingue uero & nouellũ, quemadmodũ & in medicaminibus abrotanum erison, & aphronitrum.

Lac. *Melones.* *Pepones.* D

QVAE CAPVT LAEDANT.

SIcamina, id est mora, & de rubo mora, capitis dolores excitat, poma arciotidis & citridis, canabi semẽ, meu radices, dactyli omnes, eruca, fœnogræcũ, lini semẽ, uinũ rubeũ & austerũ capitis dolores facit, & intellectũ tangit, & magis nigrũ & austerũ, & qđ odoratũ est, capitis excitat dolores. Quod autẽ aquosum est, qđ Hippocrates albũ uocat, neq̃ capitis dolorẽ facit, neruos læditue1 tangit, & minus nutrit, & mitigat capitis dolores, qui ex humorũ abundãtia in uentre cõstituti generant capitis dolores. Lac inutile est capiti, præter illud quod bregma habet forte. Vua uero quæ in aceto fuerit missa, inutilis est capiti.

QVAE IN CIBIS NON INFLENT.

CYminũ, libisticũ, agni sperma & radix, canabi semen, & faba fracta, bulbi excocti & cõditi cũ oleo, & liquamẽ. Datur & cũ aceto & mel dispumatũ. Oxymel aũt inflatiões ejcit: Panes hordeacei si cõspergant, & sic cõficiant minus inflant: media aũt sine inflatione sunt phasioli, pisum, laterina, races, & ciceris sunt genera.

QVAE IN CIBIS INFLENT.

PIsum, phasiolus, lathirus, faba, lẽticula, farnũ, cicer, lupi, phasioli uirides, miliũ & hijs similia. De faba aũt farina inflat magis, quàm si integra coquat, aut alio modo cocta sumat: Maza de alphita facta inflationẽ generat: cõspersa autẽ & cõtusa quàm plurime magis p uentrẽ deducit, & maxime si mel accipiat. Opij oẽs, id est succi, & maxime cyrenaicus, sylphij opes, & radix, & ficus si in uentre tardauerint, uentositatem faciunt, propter quod cito exeunt. Quæ autem bene maturæ sunt prope nec lædunt. Similiter & caricæ uirides, & dactyli faciunt inflationem, quemadmodum & fici, & rapa cruda, lac facile in

A uentre inflationem facit: bulbi crudi, mel non bene dispumatum, dulce uinum inflat, & tarde digestionem facit, dulce autem simul & austere, neq; anadosin, id est per membra transmittitur, neq; digeritur, sed amplius manens in uentre superiori uentositatem cum spiritus abundantia generat, & mustum inflationem facit.

QVAE SINT IN CIBIS QVAE PROijciant, & extenuent, & aperiant constipata.

PTisanæ proijciunt & expellūt, fœnogræcum, melones, pepones, uuæ dulces, faba, cicer, & maxime qui niger est in renibus lapides frangit manifeste. *Ciceris nigri natura.* Capparis subtiliat humores, & maxime condita proijcit in uentrem, & educit phlegma consistens, & de splene & epate constipatos humores extrahit. Datur autē capparis ad hæc cum oxymelle, aut cū oxylio, id est cum aceto & oleo, ante alios omnes cibos acceptus. Betarum succus proiectorius est, & in epate *Beta.* infraxin existentē soluit, & magis quando cū sinapi & aceto mādcatur, similiter ut lappacium, acaliphis extenuandi habet uirtutē. In cenara & asphodeli radices, & bulbi uirtutē habent extenuatoriam, & laxatiuæ sunt locis constipatis. Propter quod & asparagos, & asphodelos ictericis aliqui ut magnū adiutoriū præstandū cum sapa dant. Cepe, allia, & porri, & ampeloprasson proijciunt, & *Cepe.* extenuant ex corporibus pingues & glutinosos humores. Cocta autē bis, aut ter, deposita acredine subtiliant crudos humores. Serum de lacte subtiles red- *Pinguedo lactis.* dit pingues humores. Multum ficus proijciunt, propter quod sablanosa multū quæ sunt in renibus, si comedantur expurgant. Caricæ uero extenuāt & inci- *Caricæ.* dunt humores: unde & renes purgant. Arciotides purgat pingues, & glutino- *Arciotides.* sos humores. Amygdalæ uero expellunt & purgant uiscerū loca, & de thora- *Amygdalæ.* B ce & pulmone sputamēta humida operādo purgant. Pistacia utilia sunt ad cōfortandum epar, & purgandū ea quæ in ipso cōstipata sunt, per decoctionē humorum. Raphanus leptomeris est, id est extenuatoriæ habet partem uirtutis. *Raphanus.* Mel maximā extenuandi habet uirtutem: Natura enim calidū & siccum est, propter quod & mulsa sputamina educit. Oxymel extenuat omnia quæ glutinosa sunt, & pinguia facilius ab alijs educit, & uiscera sine molestia purgat: Multum etiā iuuat in thorace & in pulmone natas passiones, quæ fiunt ex humorū pinguiū cōgregatione. Vinū tenue utilissimū est. Si autē frigidi sunt humores, tenue & uetus uinū cum acredine; Albū uero utile est de pulmonibus eductionem faciēs, confortādo humores, & humectādo, & extenuando mediocriter. Dulce autē uinum in acutis passionibus ad sputa mouenda utile est, & iam digestis peripleumonicis & pleureticis passionibus.

CONSTIPANTIA IN CIBIS.

LAc quod multū serum habet sine periculo accipitur, utiq; semper eo uti *Lac quale* oportet. Illud uero lac qđ serum modicū habet, & caseū plus habet, inutile *edendum.* est & periculosum hijs q̄ eo multū & frequēter utunt̄: lædit igit̄ renes, lapides ibi generādo. Infraxin uero in epate facit, & p̄parat passionē. Caricæ epati & spleni phlegmonē faciūt pessimū, quēadmodū & ficus, nō secundū suā uirtutē, sed cōmuni ratione omniū dulcium: omnia enim dulcia lædūt splen & epar, obclusis *Dulcia omnia* enim eorū meatibus in duritiā uertunt̄. Hæc aūt secūdū seipsa nihil adiuuamēti *obsunt epati* neq; ad lædendū fiunt cū eis admiscet̄ quæ subtiliāt, & incidūt, & purgāt medi- *& spleni.* camētis: in quibus nō minus medicamē est mulsa. Sed nō utilis est hijs q̄bus in tumore leuata sunt uiscera, & indurata, & tumentia, & phlegmonē habētia, Cito enim mel in cholericū humorē transfertur. Papaueris semē retentoriū *Papauer.* est in thorace pinguiū & glutinosorū humorū. Dactyli infractici sunt, & magis constipant

C constipant uirides. Omnia enim quæcunque de itria & simila cõficiuntur, & infractica sunt, & splenẽ maiorẽ faciunt, & lapides in renibus nutriũt. Similiter & farina tritici cũ lacte, & omne far inutile est quibus epar infraxin patitur, & quibus in renibus lapides fiunt. Vinum dulce infraxin facit, & tumores uiscerum augmentat.

QVAE SINT IN CIBIS QVAE poros grauent.

OMnia quæ de itria & simila sunt, bradipora sunt, faba frixa, & panis mundus, lenticulæ corticibus sublatis, cerebellũ, medulla spinalis, epar, nux, triticũ coctum, oua cocta dura, & magis assa, & adhuc magis frixa, lupini, phasioli, pisum, sesamus, erysimus, balani, mala, pyra nondũ matura, corna, uinum dulce & austerũ, & nigrum, & pingue, & sine dulcedine, & nouellũ, id est mustum, & omnes aquæ grauant poros, quod Græci bradipora dicunt.

QVAE SINT EVSTHARTA, ID EST quæ facile corrumpuntur.

PErsica armenica & præcocia, & omnes æstiuales cibi qui humida sunt tẽperantia, cõtingit ut corrumpãtur in uentre, quãdo non occurrit cito pertransire: propter quod ante ea manducari oportet alijs cibis. Sic enim ea cito transmittit uenter ante alios cibos. Impediunt enim postea retardata, & tũc corrumpunt secum & alios quos inueniunt cibos.

QVAE SINT DISPARTA, ID EST quæ intus corrumpuntur difficile.

Porphyræ. PAruas cochleas, & porphyras, id est unde purpura tinguit̃ à Tyrijs, & quæcunque sunt alia, quæ ostracoderma uocãtur, & duras habẽt carnes, damus D hijs quibus corrumpitur cibus in uentre, in aqua bona coquentes duabus aut tribus uicibus, rursus mutantes in aliam mundam aquã, quando iam aqua salsa esse uidetur, & astacus & paracorus, & cancrus, & carabus, & caredis, & alia hijs similia quæ habent carnes, quæ tamen facile corrumpuntur, similia sunt eis qui duras habent carnes, quas ostracoderma uocant.

QVAE SINT QVAE VENTREM educant in cibis.

LEnticula, & brassica, & maritima penè omnia quæ à Græcis ostracoderma uel cochleæ uocãtur, cõmixtam habẽt naturã de cõtrarijs uirtutibus. Ea ergo, quæ in eis firmiora sunt in uniuscuiusque corpore, bradipora sunt & staltica, id est constringũt uentrẽ. Humor autẽ eorũ irritat uentrem ad excernendum. Si quis ergo excoquat lenticulã aut brassicam, aut maritima animalia, de quibus dictũ est, si cõdiant̃, ubi cocta sunt, ius cũ oleo & garo & pipere, & postea ipsum ius des bibere quantũ uult, uidebis mollitũ ex ipsa potione uentrẽ, & stercora purgare. Et maritimi irini, & cochlearũ omniũ iuscella, & uetusti & diuturni galli educunt uentrẽ: Brassica autẽ si uolumus ut educat uentrẽ, imponitur cacabis, & cũ una aqua fuerit cocta, in qua utique coctione si mittatur oleum & liquamẽ, & accipiatur, educit uentrẽ. Oportet enim nõ satis excocta esse holera, ut succũ suum secũ habeãt: Nã si coquãtur bis aut tertio mutata aqua, constringũt, si cũ oleo & aceto comedãtur: panes etiã triticei educũt uentrẽ, propter quod in uentre multũ sunt peritomaci, & quia furfuribus repulsiuã uirtutẽ participant, fœnograeci succus coctus & cum melle datus, utilissimus est: deducit enim ex intestinis per uentrẽ omnes pessimos humores simul cũ stercore: modicũ aũt esse oportet mellis, ut nõ facere possit intestinorũ mordicationẽ: Oliuæ cum sale cõditæ educũt uentrẽ, si ante cibũ cũ liquamine assumant̃, queẽadmodum

A dum & ostracodermωn uel cochlearũ succus epipasticus, id est deductorius est uentris, propter quod multi condiũt ea ex oleo & liquamine & uino, & facto iuscello utuntur, ut facilius educat uentrem: lac aquosum deducit magis uentrem quàm quod pingue est, serum autem lactis fortiter uentrem deducit: mittere autẽ in serum oportet mellis tantum, ut suaue sit ad bibendum, & non subuertat stomachum, & secundum hunc modum & salem quantum non acarizet in gustu. Si autem magis educere uolueris uentrem, amplius mittes salem tritum de nimis. Iuuenum animaliũ caro facilius exit per uentrem, & quæ extrema sunt in ipsis. Similiter ceruina. De piscibus marcite & tricon exeũt mediocriter, & malacia mediocriter. De holeribus beta, & lappacium, urtica, acaliphis, quæ dicitur anicus. Caseus recens cum melle acceptus. Atriplex quæ dicitur semen eius tritum & potatum choleram educit, & ideo purgat ictericos: bletus, cucurbitæ, melones, ficus, caricæ, pepones, uuæ dulces, & maxime recentes. Sicamina munda ante cibos sumpta exeunt citius per uentrem, & cibos secum deducunt, & si malos inueniũt humores in uentre, corrumpuntur cito: coloquintida similiter facit. Recentes autẽ nuces secessus utiles faciunt: sed & siccæ nuces, si ante infundanť in aquã, & sic edantur, similiter operantur uiridibus nucibus. Cocta mala humida deducũt, sicca uero mulsa infusa, & si amplius mel habuerint, satis molliũt uentrẽ. Vtiq; & si sola ea comedanť, & superbibatur mulsa, manifestũ est quia expeditius uentrẽ deducunt. Post acceptionẽ uero expectandũ est aliquot horis, & nõ mox prandendũ est: mora, cerasia, præcocia persica, & omnia quæ humida uel aquosa sunt natura, & quæcunq; sine qualitate aliqua in gustu uel odore sunt, utilius & citius ad inferiora per uentrẽ

B disponunť. Sin minus, nec uentrẽ mouent, nec cõstringũtur. Interdũ enim constringitur uenter, & de mulsa solet constringi, quãdo anadosin fecerit, id est in uenis trahitur, & cũ sanguinẽ corpori ministrat, & propterea non deducit uentrem, sed admixta cibis anadosin facit, si uentrẽ nõ faciat secundũ. Quod si non cõtingat ut anadosin faciat, cito irritať secessus uentris habẽs in se acredinẽ. Solum autẽ mel si non coquatur dulcedo ipsa bene educit uentrẽ. Si autẽ modice, aut ullo modo coquatur mulsa, educere uidetur prius quàm anadosin faciat. Oxymel autẽ radit quæ sunt infirmiora intestinorũ, uinũ dulce aliquantũ adiuuat uentrẽ ad excernendũ. Sapa deducit uentrẽ, & oua recentia cum multo garoleo, id est cum liquamine & oleo mixto, si in primo ante cibum sorbeantur, deducũt uentrẽ.

QVAE SINT MEDIE PVRGATIVA & malactica uentris.

LInogustis, id est herba mercurialis, aut per se data sola, aut cum alijs holeribus cõmixta prius & cocta & in cibo sumpta, si primo, aut postea ipsum ius sorbeatur, soluit uentrẽ. Sed & polypodij similiter semẽ pistũ, quantũ unũ cochleare est, aut in ptisana, uel cũ gallina coctus succus eius, purgat nigrã choleram. Aut acaliphis semẽ, aut onicij semẽ tusum cũ mulsa, aut in succo gallinæ datum, & si admisceas amygdalas, & nitrum, & anisum, & mel, & caricas, melius facies.

QVAE SINT IN CIBIS QVAE uentrem constringant.

DActyli austeri, uuæ austeræ, sycamina, rubi mora, & rubi canini fructus, magis autẽ myrta syluestris, cocci mala & pruna. Melata quidẽ de malis stipticis facta constringunt uentrẽ: Acida autẽ melata, pinguẽ inuenientia humorem in uentre, extenuant eum & educunt, & propterea humectant stercora. Mundum autem inuenientia uentrem, constringunt magis eum. Quæ

autem

C autem ex dulcibus malis melata fiunt, sine aliqua acredine, anadosin faciũt magis, & cum acredine exeunt. Aquosa autẽ mala, & pyra, & sine sapore, insuauia sunt, & nihil iuuaminis habent. Quæ enim de malis dicta sunt, hæc de malogranatis, & pyris dicere credendum est. Lac uero si serum eius decoquitur, ut consumatur, nullo modo deducit uentrem. Coclaton autem, quod fit de ardentibus lapidibus, aut laminis ferri immissis, donec serum consummatum deficiat, cõstringit uentrem. Datur enim hijs qui ex acredine humorum mordicationẽ consolatione uentris patiuntur. Coclacon autem non solum fit de lapidibus, sed & de ferro cyclico facto, id est rotundis massulis ignitis, ut de lapidibus fit. Caseus ergo fit in uentre facile, & sic cocto lacte, propter quod admiscẽda sunt ei mel & sal. Magis enim sine periculo est, si aquam mittens constringatur, & non mireris si serum consumatur, & iterum aqua supermittatur. Non enim humectationem feri fugimus, sed acredinem ipsius per quam soluitur uenter. Carides carabi, & hijs similia quæcũq; sunt maritima, quæ Græci malacontracon uocant, minus quidem ab ostracodermon habent. Igitur & hijs si salsedinẽ in coctura amiserint a quæ, quemadmodum & ostracodermon, caro constrictiua fit uẽtris. Sed & lenticula, & brassica bis cocta facta, & ex se humore amisso constrictiua fiunt uentris & desiccatiua. Volens ergo humorem uentris desiccare, cum mediocriter uidetur esse cocta brassica, primum aquam effundes, & mox in aqua calida remittes, & iterum coques donec bene discocta sit. Oportet autem cum mutas aquam, neq; aërem, neq; aquam frigidam tangere, quod bis erit coquendum. Quod si ad aërem frigidum aut aquam proximetur, quãuis
D diu coquatur, non excoquetur. Nam si de lente auferas corticem, perdet stipticam uirtutem, & similiter desiccat uentris reuma. Si autem tundas eam, & bis coquas, effusa prima aqua, & sic cum modico salis aut liquaminis condias, & mittens aliquid de constrictiuis uentris speciebus, donec gustus suauis sit, utilissimum facies medicamen. Simul & cibus alphita cum uino austero potatus desiccat uentrem. Oryza constringit uentrem, & elimon, siue nigrum milium, caro leporina, uinum austerũ & nigrum absq; dulcedine, & rubeum, & austerum uinum.

QVAE CALEFACIANT IN CIBIS.

CAlefacit frumẽtum elixum, & qui ex eo fiunt panes, spelta, auena, fœnograecum, arciotides, dactyli dulces, mala dulcia, sisamus, erisimus: & calefaciunt & sitim generant, canapi semen, uuæ dulces, propterea & sitim faciũt, uuæ magis molles, mediocriter, apium, smyrnion, eruci, raphanus, rapa, napi, cardamus, peretrum acre est & calidũ, pastinaca, daucus, cariota: calefacit manifeste & cepe, allium, porrum, ampelon prason nimis est acris, cocta in duabus aquis aut tribus amittit acredinem, caseus uetus calidus est, propter quod & sitim facit, uinum dulce mediocriter calidum est, propterea sitim facit, rubeum autem calidius est nigro, flauum uero calidius est ualde, ita cirrum, ita eritrum seu dulce, album omnibus est minus calidum, inueteratum autem minus calet.

QVAE INFRIGIDENT IN CIBIS.

HOrdeum quouis modo in usu adhibeatur infrigidat in cibis, milium, panicium, tubera, cucurbitæ elixæ, melones, cucumeres, coccimela, sycomoræ austeræ & acidæ, uuæ austeræ, malata de malis stipticis frigidum habent & terrestrem humorem, acidonia autem mala frigidum habent humorem, & peraquosum. Hoc de pyris & malogranatis existimandum est, uel aliorum arborum

A arborum fructibus, qui stiptici sunt, aut acidi, & maxime qui reponuntur. Stiptici igitur dactyli frigidum habēt succum. Lactuca, intuba mediocriter frigida sunt: porcacla amplius, papaueris semen, hoc & supra serum est frigidum. Si autem amplius assumatur, cataphoriticum est, id est nimis grauantur somno. Iuuat autē eos, quibus ex capite tenue in præcordijs fluit reuma. Melius est autem album papauer. Myrthus frigida est, sed non simul & stiptica: habet enim aliquid acredinis in se. Vua canina penē frigus stipticū habet. Atq; aquosum uinum non manifeste calefacit, propter quod sine periculo febrientibus datur: Vinum album & austerum minus secundum alia uina calefacit: uinum autem album & austerum & pingue & nouellum aperte infrigidat, infrigidat autem & acetū: Tenuius igitur est, & lumbos & neruos amplius alijs locis infrigidat & lædit, in alto eos dissoluendo: medius autem est inter calidum & frigidum panis lauatus, amilus uinosa, suauis. Vinū dilutū. Acetum.

QVAE DESICCENT IN CIBIS.

LEnticula & camoris, id est brassica similiter adinuicem desiccant, & propterea uisum obtundūt, præter si humidiores oculos esse cōtingat: minus autem brassica asparagus desiccat: omnibus autem oleribus caulis ipsius siccior est: è contrario autem raphani & rapæ, & napi, & cardamomus, & peretrū, & omnia quæcunque acria sunt, paragoriorum esse similia contingit. Alphita desiccat, id est fructiua, agni sperma, herbus coctus si quis sæpius cum aqua in cibo utatur, desiccatiuus fit: meliores sunt enim albi, & si assentur aut frixentur, & sic comedantur, sicciorem cibum præstant. Qui autem in aqua ante elixantur, humidiores sunt. Quæcunq; autem in cacabo cum iure cōdiuntur, me-
B dia sunt. Quæ autē in conditura habent abundantius uinum aut liquamen, sicciora sunt hijs quæ nō habent. Quæ autem sapam habēt simplicem solam, & in leucozomo coquuntur, multum prædictis humidiora sunt. Ex aqua autem sola cocta plus sunt humidiora: maxima enim in coctione ciborum fit differentia de hijs quæ supermittuntur eis uirtutibus seminum & olerum quæ desiccare possunt, aliæ plus, aliæ minus.

QVAE HVMECTENT IN CIBIS.

PTisanæ, cucurbitæ elixæ, melones, melo, pepones, cucumeres, nuces uirides, coccimela, sicomera, sicamia, si non corrumpantur humectant omnino, infrigidant autem, sed non omnino, nisi frigida edantur. Lactuca, & intuba hoc ipsum præstant. Non imbecilliores sunt porcaclæ. Maluæ autem & bletus & atriplex aquosiora aliorum olerum sunt. Humidi igitur sunt & aliorum arborū fructus, & maxime qui non reponuntur. Humectant etiam lactucæ, & papaueris semen, & faba uiridis, & ciceres uirides. Aqua humida est & frigida, calefacta autem humectat & calefacit.

AD SORBITIONES COQVENDAS.

PTisanæ competenter conficiuntur, quando minus in bullitione inflatæ fuerint, sine odore sint: hoc illis proficit, qui post ægritudinem fastidium habent, siue duritiam uentris patiuntur: ea ratione, ut mittas in heminā ptisanæ decem heminas aquæ, & ad mollem ignem positas diutius agitādo coquas, donec succi fluant, & sic mittes mel & acetum, quando minus in bullitione inflatæ fuerint sine odore, & post hæc ad molles ignes donec multum suscipiat. Admiscendum est autem eis in illo tempore acetum, quando iam non inflātur. Coctis autem diligēter sic mitti oportet salem tenuissimum nō multū: ante uero pro sapore in initio mox oleū si mittatur in coctione nihil nocet. Sed Ptisana.

C & si porrorũ modice mittatur, & anethi, & hoc ipsum mox in initio. Lenticula autem si cum ptisana bene coquatur, ita ut amplius ptisanæ mittantur, & condiantur saturegia, & pulegio, & cũ coctæ fuerint edantur, bonus autẽ & suauis est cibus. Est etiam cibus de cucurbitis cum sardinis uel in catera in patella confectus, suauis est autẽ cibus. Qui autem infirmiores sunt ad continendũ, & nõ possunt suscipere pinguiorẽ aquam, facies de pane infuso optimo & coques, & cum spissauerit, & factus fuerit, sorbitio multa uirtute manet. Cõficitur autẽ sic, panis quàm calidissimus frangitur, & infunditur, & tritus cũ aqua diligenter coquitur cũ aqua, & facta sorbitione datur. Itẽ febrientibus oportet hordeũ non in pila tundere, sed grana ipsa expressa extendere in latitudinẽ, & coquere in aqua. Prius enim tepidã mittere & effundere, & iterũ aliã supfundere aquã. Coquet̃ utiq; bene ita ut una hemina hordei in decem heminis aquæ coquat̃. Coquatur ergo quousq; hordeũ crepat. Inde deponat̃ & coletur, & dabis bibere, si cholericus humor dominatur. Quod si nõ est cholericus humor, addes potioni mel, & sic dabis: hoc & uentrem secundũ reddet, & urinam prouocabit, & nutriet bene. Datur autẽ & sic in alphita, hordeũ fricatur, quod glaucanin uocant. Oportet autẽ anteq; maceretur fricare leuiter quæ usta est paleam, & infusum coques. Ventrẽ enim magis malaxat illa coctione superiore. Coques utiq; & omnẽ penè cibũ similiter qualẽcunq; existimaueris propriũ infirmantis esse. Quæ autẽ subtrita sunt, spissa quidẽ infusione uidentur esse, & si cocta, & fortiter subfricata. Quod utiq; penè omnis cibus similiter in danda potione. Item pa-
D nem siccũ aut recentem infusum in aqua teres bene & colabis in linteo, & admiscebis ei, ut albus non uideatur, ex pane oua cũ cucumeris semine frixo, aut amygdalis, aut nucleis pini singulas, aut binas species uel totas. Cui addes modicum anisi, aut seminis fœniculi. Febrientibus quidẽ in mulsa dabis. Sine febribus uero uinũ superfundes. Miliũ autẽ lene fricatum maxime & desiccatũ expedit utiq; cortice sublato, quibus uenter ex ægritudine choleræ effusione laborat, uel quibus subtilis aut multus secessus est. Oportet autem aqua soluere farinam, uel siccosta in mortario trita, oxibaphon scilicet uini in aquæ oxibaphis decẽ, & colans per linteũ, superfundes uinũ austerũ modice, & sic coquẽs dabis sorbere. Oportet autẽ addere nuces cũ membranis suis quæ intrinsecus habent

Auena. in coctione succi. Item auena digestibilior est omnibus leguminibus, & sorbitio ex ea utilissima est. Coquetur quemadmodũ de hordeo, auenæ hemina una in aquæ heminis decem.

QVAE PRO OLEO MITTI OPORTET in sorbitionibus.

PRo oleo, præter in lenticulã, cucumeris semen crudũ & tostum ad ignẽ, & tritum & colatum miscebis in ptisanis, & cæteris sorbitionibus, aut nuces, aut auellanas, aut amygdalas. Quibus autẽ uenter fluens molestat̃, mittes papaueris albi semen, leuiter frixum, ita ut robustus fiat. Mitti autẽ oportet ad uentris fluxũ & castaneas cũ mediana sua cortice, & magnifice iuuant; Mittes malogranatũ cũ fructibus suis subtritũ lente, & aceto utant̃ hij quibus nimiũ siccantur corpora.

CONFECTIO CIBORVM.

Simila. COquit̃ simila hac ratione. Vna pars in decẽ cotylis aquæ, cũ oleo mediocri & anetho. Sed lauabis similam pridie ante. Item panem frigidũ infundes in aqua calida, & frequẽter mutabis aquã. Infundes autẽ de pane partẽ interiorẽ. Mensura autẽ lauati panis nõ propter solam suauitatẽ fit ut aqua toties mutetur, sed ut facilius euentetur, ut digeratur, uel quod infermentatum in se

habet

A habet amittat. Item de ptisanis uero mittes unam partẽ, & panis partes quindecim sicci, & trita sic coques donec nimis efficiatur subtile & tritum. Coques autem in aqua munda quamplurimũ ut se colligat, & mittes modicum salis, & sit sine oleo. Fit autẽ & ex maluis sorbitio: folia maluæ tenera cocta sine uino teres in mortario, & iterũ coques in aqua, & sic mittes salem & oleũ. Oua autem coquens in aqua, agitabis incessanter ea. Nõ enim cõspissantur cõmota, neque durantur. Melius autẽ est in pusta ea coqui. Omnino enim magis humida permanent. Dantur uero his, quibus nimium siccantur corpora.

DE MVLSA.

MVlsa nõ satis cholericis utilis est. Cholera enim ex ea amplius augmentatur. Expedit igitur aquosam mulsam bibere, qui tali sunt natura. Sed & illis aquatissima danda est, quibus infirma uiscera sunt, id est epar aut splen. Conficitur autẽ mulsa, ut habeat aquæ partes VIII, & mellis I, & sic ad lentos ignes est coquẽda. Cui spuma quam facit semper est auferenda cũ penna, & mox ab igne cessandũ cum fuerit despumata. Dabis autẽ phlegmaticis, melancholicis, catarrũ patientibus, & quibus uenter constrictus est. Cholericis uero & quibus præcordia sunt in tumore, contraria est.

DE POTIONIBVS QVAE INFIRMIS EXPEDIUNT.

FEbrientibus quidem utilis est mulsa, aut oxymel, uel aqua quæ absq; aliqua mordicatione cõficitur. Si uentris turbatio in febribus fuerit uel uomica, stipticas habens species. Sin minus cõstrictio, lenes & dulces. Infundes ergo æstatis tempore dulces. Mala incisa tenuiter infundes in aqua donec bene
B coloretur, aut mala citonia matura incisa similiter infundes. Dabis autẽ cholerã uomentibus aquã quæ ex malis fit citonicis. Ad uentris uero solutionẽ ex pyris conficis aquã. Nam stiptica & dulcis est. Myrthæ igitur mollia folia infunduntur in dulci uino, & efficitur uinũ absq; mordicatione, & lenis est potio. Infunduntur autẽ & gigarta, id est uuæ sementes siccæ. Hæc autẽ coctio utilis est nullam habens acredinem, neq; in gustu acidonica potio efficitur.

DE LACTIS POTIONE, RVFVS AVTOR.

QVi lac potaturus est, ab omnibus cibis est abstinendus, donec id digerat, & uentris plenitudinem deponat. Vtile etiã est si mane bibatur mox ut mulgitur, ita ut à cibo is qui biberit abstineatur, & nimio remoueatur labore: Nam si laborauerit, necesse est ut acescat. Sed quiescẽdum, & deambulandum leniter, & uigilandum est, & interdum quiescendum. Sic enim faciens qui bibit soluit illud, & deinde iterum lac bibit, & si & ipsum soluerit, tertio bibat. In primis ergo purgabit bene, & non multum. Aliud iam non. Quod uero in uentre remanserit, ducitur in uenas, & nutrit, & iam non purgabit. Quibus autem cholericum reuma est; & sintexis de uentre prouenerit, id est, desiccatio fit membrorum, coctũ dabis lac. Coques autẽ hoc modo Mox ut mulges † & post modicum, ut pars quædam per uentrem deducatur, pars autẽ introducatur. Post hoc adhuc magis coques, & obserua ne uratur, sed ad mollem ignem coques. Oportet ergo leniter coquere ad ignem, & agitare sine intermissione, & spumam quæ se super colligit cum penna tollere omnino. Mouenda est autem cum ferula nitida & tenui, & de labijs cacabi tolles bromum qui se colligit cum spongia purgans. Sæpius enim ex ipso bromo, qui in ore uasis colligitur, totum lac corrumpitur, & caseus efficitur, ut dictum est. Ergo tamdiu bulliat donec pinguius fiat æqualiter, & dulcius à crudo fiat.

† *Videntur nonnulla deesse.*

C

QVOD LAC DENTIBVS NOCEAT.

LAc dentes lædit, si frequenter in usu sit, & gingiuas rodit, hoc infundendo dentes & gingiuas putrescere facit, etiam ut se comedant. Oportet ergo quando edendum est uino cum aqua calida temperato os lauare. Melius etiam est, si & mellis modicum illi addas.

DE AQVIS ELIGENDIS, EX HERODOTO.

OPortet autẽ aquarũ diuersitates scire, quæ sint bonæ, uel quæ malitiosæ, aut corruptæ sunt. Bona quippe aqua pene ab omnibus in usu humano est cognoscẽda. Bona igit aqua secũdũ qualitatẽ suã & in gustu, & in odore, & in sapore suauissima, & uisu mũda, & tactu lenis, & leuis esse debet, ut etiã dum potata fuerit à præcordijs uelociter subducat. Si talis inueniat, non est melior hac ut quærat aqua. Quæ autẽ in hypocõdrijs diu residet, & uentrẽ percutiẽdo grauat & inflat, nõ est ad usum hæc talis utilis, sed mala erit existimãda: & ea quæ neq; calescit cito, neq; infrigidatur. In hac igitur aqua quicquid fuerit coctũ, grauior cibus efficit si sumat: melius est enĩ experimẽto iudicare tales aquas. Qui autẽ uoluerit per scientiã eas cognoscere, & per ea quæ ab antiquis dicta sunt iudicare, hæ aquæ quæ ad septentrionalẽ partẽ fluunt, & quæ ad solis partẽ non fluũt, bradiporæ sunt, id est, grauãt poros, per quos spiritus uitalis trãsitũ habet, & pessimæ sunt, & nõ cito calescũt, & cũ tardius fuerint calefactæ, iterũ tardius infrigidãtur. Solis uero cursus quæcũq; penetrauerit loca, quæ à parte sunt Libyæ, quæ surgũt aquæ colatæ sunt & limpidæ, & cito calescũt, & cito infrigidant. Istæ sperandæ sunt bonæ aquæ esse. Bona autẽ est quæ æstate frigida est, & hyeme calida. Nõnulli autẽ ex pondere & leuitate existimãt iudicare, & meliorẽ dicunt quæ leuior est. Nã quisquis iudicare de aquis uult, absq; penso poterit iudicare. Leuem quippe Hippocrates dixit aquã pluuialem, quæ est dulcis, lucida, & subtilis. Quia adducitur aqua in aëre, & propter ardorẽ leuior & subtilior efficitur. Nam in aëre nõ ex dulcibus solis aquis, sed & ex mari adducitur in aëre, propter qđ pluuiales aliæ cito putrescũt, aliæ non facile putrescũt. Non ergo existimet aliquis malã aquam esse quæ cito putrescit. Quod enim cito mutatur magis uirtutis est quàm malitiæ. At quæ cũ habeat cõditiones bonarũ aquarum, utiq; imputribilis sit, optima existimãda est esse. Si qua ergo cito putrescit, aqua bona existimãda est ipsa mutatione: Nam quædam aquæ faciunt uitia in gutture, & tusses mouent, & raucitatẽ & grauedinẽ, & gutturosos faciũt. Pluuiales igitur aquæ in æstate ex tonitruis & tẽpestatibus utiles sunt. Aquæ aũt quæ ex crystallis sunt, & niuibus gelatæ, pessimæ sunt. Quæ enim se gelauerit aqua, amissa subtilitate sua, efficit spissa & fimosa, & qui ea utũtur, in quibus locis insederit, generat passiones, maxime tamen in musculis gulæ residens, facit branchocilas, id est gutturosos. Sed & tusses excitat, & raucitatẽ facit. De paludibus uero aquæ coquẽdæ sunt, & sic potandæ. Sed cũ cocta fuerit, mixta cũ uino bibatur. Quæ autẽ stipticæ sunt aquæ, dulci uino tẽperantur, interdũ etiã & colandæ sunt. Quæ autẽ salsæ sunt sapore, cũ stiptico tẽperentur. Quæ autẽ nimiũ frigidæ sunt, post cibum bibi debent, & non desubito uel cũ impetu, neq; patenti satis ore. Quidã enim adinuenerũt per cibũ & potũ aquas malas posse uitari, id est ciceris cocti aquã antea bibant, & ipsum cicer edant. Caucalidis autẽ similiter cũ piscibus cocta, sed & fœniculũ similiter coctum. Qui autẽ betas & cucurbitas antequam bibant cum sale & uino temperatas edunt, ab aquis malignis non læduntur.

D

Facile putrescẽtia nõ sunt deteriora.

D. ORIBASII ARCHIATRI IVLIANI CAESARIS, IN MEDICINAE COMPENDIVM AD EVSTATHIVM FILIVM PRAEFATIO.

EX IVSSIONE domini Iuliani Diui Augusti collecti sunt ex omni regione Archiatri, ex quibus elegit optimos & probatos medicos numero LXXII, inter quos & mea est electa paruitas, ut diuersis antiquorũ autorũ libris in unũ cõgregatis, ea quæ utiliora in curationibus posita erant ad sanitatem hominũ, in paruis uoluminibus omnia continerentur. Quo facto in LXXII libris à nobis comprehensa sunt. Ex quibus libris, dulcissime fili Eustathi, Synopsiton tibi fieri sperasti, considerans quia nõ inutile sit tibi peregre ambulanti, sed & alijs qui nõ negligunt discere medicinam. Qui prolixius laborando à doctore uiuo sermone audierunt, ad exercendam artem Synopsiton habebunt ad facilitatem actionum repetendarum, propter hoc quod compendiose, & ueraci doctrina à nobis sunt comprehensa, recapitulantes sibi in memoriam reuocabunt quæ legerant, & discere uolentibus medicinam, & legentibus frequentius cum usu proficere potest. Scripsimus enim sola experimẽtata adiutoria ad præsens, quæ facile inueniri possunt, & ea quæ cara sunt, aut difficilius inueniuntur in omnibus confecta. Quæ utilia sunt tradimus adiutoria, quæ medicis in usu fuisse probauimus, & dietam competentem facere solent. Chirurgiæ autem commemorationem nullam facientes, quia difficilior est ad faciendũ, & magis in apozimis recusanda est. Vsus autem ipsius quàmplurima excogitat ferramentorum genera, quæ nullo modo euporista sunt, quemadmodũ in fracturis sæpius, & in luxatis articulis. Horum autem uel quæcunq; possunt solis manibus recta fieri, & in locum suum reuocari, utiliter ab hijs fiunt, qui doctrinam & usum ab ineunte discunt ætate, & athleticam exercent artem. Hæc ergo, & quæcũq; talia sunt, ea manibus operari possunt, & ad sanitatẽ melius ab hijs qui à pueritia discunt fiunt. Propter quod hijs permittuntur hæc urgente causa fieri absq; dilatione, ad sanandum in medicaminibus, & dieta, sicut à me dicenda sunt.

LXXII medici Iuliani Cæsaris.

LXXII libri Oribasij.

Chirurgia.

D. ORIBASII ARCHIATRI IVLIANI CAESARIS MEDICINAE COMPENDIVM AD EVSTATHIVM FILIVM.

DE FRICATIONIBVS EX GALENO.

ANTE exercitationem calefacere moderate corpus oportet, & sic fricatione utatur cum sindone, & post hæc nudis manibus cum oleo fricetur, donec concalescat bene, & molle fiat corpus, & appareat subrubicundum subtiliter, & in tumorem ducatur. Hæc maxime fricatio illis necessaria est, qui paralysim incurrunt, & quibus membra stupida sunt.

DE GYMNASIIS EX GALENO.

GYmnasia motiones sunt corporis per diuersa exercitia: fortissima est enim exercitatio citata. Est & tertia de hijs duabus composita. Fortissimæ autē exercitatiōis finis est, frequēs respiratio & spissa, ita ut uix respirare possint currendo. Eis necesse est ut & sudor multus erumpat ex corpore. Hæc exercitatio illis est necessaria qui ocio uacant, & humecta uidentur habere corpora. Nam quis ignorat, quia uelocissimus cursus extenuat corpora, & omnes euacuat plenitudines, & fortiora reddit uiscerum membra, & rubicunda efficit, & digestionem fortiorū ciborum facilē reddit: propter quod calefit corpus. Purgat etiā meatus, & omnē corporis digestionem præparat, expurgando quæ superflua sunt, propter spiritus fortissimā motionē. Sed melius est ut hac uectatione ieiuni utantur. Nam uentre repleto uectatio molesta est, quia omnis esca dum cruda fuerit si cōmoueatur, exinde epar & splen frequēter ægrotare cōsueuerūt. Digestæ autē escæ in corpore per urinas esse cognoscunt. Alba ergo urina indigestā ostendit esse escam. Rufa uero & cholerica si sit, iam digestam in uentre indicat escam. Quæ autē modicum habet ruborem, initium digestionis esse significat, expurgando quæ superflua sunt propter spiritus fortissimam motionem. Tunc ergo debet incipere exercitari, aut uectari, uel currere. Sed prius depositionem uentris, uel urinæ superfluitatis facere debet.

D

Vectatio repleto uentre molesta.

Vrinæ significatio.

DE GENERIBVS EXERCITATIONVM & uectationibus, ex Galeno.

OMnia uectationū uel exercitationū genera calorē corporis præstāt. Fortis igit exercitatio musculis & neruis dat uirtutē, & augmentū fortitudinis. Fortis aūt exercitatio hæc est, quæ nō est citata, sed cū fatigatione fortissima præparata, per quā musculi & nerui restaurant. Hæc est uectatio fortis, id est fodere, aut grauia onera leuare, & cū eisdē ambulare, longū facere iter, & manere in agro, & longum ambulare iter, & saltus dare, & cū impetu currere, & contra cliuum salire, & cū fune in arbores ascēdere, uel cum trochlea trahere pondus, & sphærizare, & tam diu hæc faciat, donec renes & manus uel scapulæ dolorē sentiant. Mensura autē uectationū hæc est, cum sudores mouentur, & rubor in corpore apparet. Citata autem exercitatio est absq; fortissima uiolentia, qualia sunt cursus cū luctationis manu, uel complexiones, uel rotationes, uel cū paruis ferulis lusus. Compositus autem tertius fit de forti & citato. Quæ autē sunt fortes exercitationes, hæ fortioribus utantur motionibus. Ad hanc adiungant

Fortis exercitatio.

Citata exercitatio.

Composita exercitatio.

A citatas exercitationes, ut pectus magis quàm manus aut crura fatigetur. Sic autem ſpina, aut thorax, aut pulmo. Exerceri autem oportet donec in tumorem leuetur corpus, & ſubrubeum fiat, ex ipſa præparatum motione, & mediocre & bene fiat ordinatum. Hoc autem & cum ſudores uideris cum calido uapore eſſe permixtos, pauſandum eſt tunc & ceſſandum ab exercitatione. Quando in aliquo, quæ prædicta ſunt apparuerint ſigna, & uideris tumorem cadere, qui ſe ſubleuauerat, qui iam in tumorem fuerat redactus, mox conuenit pauſare. Similiter enim & colorem ruboris marceſcere: etenim & cum motũ eſt utiq; ceſſare iterum uidetur, mox erit pauſandum, & ſi ex ſudoribus fit aliquid, aut ſecundũ multitudinem, aut ſecundum qualitatem mutationis. Si enim modice frigidior fiat, pauſandum eſt, & perfundendũ oleo. Curatur ab hinc, & poſt hæc caput therapeutica fricatione inunges, ut conſueti ſunt ab infantia facere.

DE GENERIBVS FRICATIONVM EX GALENO.

EX forti confricatione ſoluitur corpus, de modica uero fricatione conſtringitur. Ideoq; ſi ſoluta ſunt membra, fortiter ſunt confricanda. Quæ autem conſtricta ſunt corpora, leuius ſunt cõfricanda: Modica uero fricatio nutrit corpora, fortis autem deſiccat & extenuat. Ideoq; ubi euacuare uoluerimus aut extenuare, forti utemur fricatione. Vbi uero macies eſt in corpore, media utemur fricatione: Quibus nec nutrire nec extenuare opus eſt, leni fricatione utemur. Hijs tribus differentijs ſecundum qualitatem fricationũ mutatis, terno numero coniunctionũ faciunt nouem mutationes. Item alio modo Celſus fricationem Hippocratis dicit, ſi uehemens ſit, indurare corpus: ſi leuis, mollire: ſi multa, minuere: ſi modica, implere. Sequitur ergo ut tunc utendum ſit, cum aut ſtrin- *Celſus libro 2. capite 14.*

B gendum ſit corpus quod lene eſt, aut molliendum quod induruit, aut digerendum in eo quod copia nocet, aut alendum id quod tenue eſt & infirmũ. Quas tamen ſpecies ſi curioſus exiſtimet, quod iam ad medicum non pertinet, facile intelliget omnes ex una cauſa pendere quas demit. Hoc ergo certum eſt, quia neque lenis, ſed quantum poſſibile eſt, ad ſucceſſiones utraque cuſtodienda ſunt, quia multifricatio extenuat, & media ſecundum qualitatem fricationum tranſmutantur, & nouem faciunt mutationes.

DE VOCIFERATIONIBVS EX GALENO, & ex Pado, id eſt, Attalo ex uociferationibus.

SIquidem uox bona, id eſt, lenis & dulcis, nihil præſtat corpori ad ſanitatem. Grauis autem & in magnitudinis ſono uox utiliſſima eſt. Ergo huic ſtudendum eſt. Hæc enim multum aërem in corpore conſtitutum cum aſpiratione adducta diſtendit thoracem, & uentrem, & diuerſos in corpore meatus aperit, & tollit inflationem uentoſitatis, propter quod omnis fit in corpore digeſtio, clamantes & loquentes, uel diu legentes, multum expuentes, etiam ſudores ſubſequuntur. Intendentes enim lectionibus largiorem uiam reddunt ſpiritui, & ſenſum augmentant. Ideo ubi multũ ſpuitur, & mucci ſequũtur, ut facilius officiũ uentris efficiatur, hijs legere uel clamare expedit quibus cerebrũ humectum eſt. Siccis uero contrarium propter ſubtilitatem. Contingit enim multũ ſuperflua expuentem, & ſaliuas currentes, & muccos, & phlegma euacuationem facit & conſumitur. Qui autem calefactionem plus habent, propter frigus ut melius digerant competens fit adiutoriũ ſecundum ſpirationis officium. Oportet igitur hos legere ſæpius, ut aperiantur membra omnia, & diffuſus humor per membra rarefactus diſtendatur per arteriam, & omnis exitus ſpiritalis ex graui uociferatione loquelæ uox ſonitum præſtat. Vti autem oportet uocis officio, neque ſine cauſa, neq; inconſiderate, ſed neq; praue corrupteq; plenis humoribus repletis,

C neq; in magnas & manifestas stomachi indigestiones uocis exercitio perueniatur, ne multa anadosis ex indigestionis ipsius uapore in corpore efficiatur.

DE VENEREO ACTV EX RVFO.

Venerei actus iuuamina sunt ista, ut qui multũ sunt repleti humoribus euacuentur, & leuiores præstentur corpore, & augmententur, ut uiriles appareant in corpore. Si uero frequẽs sit, intellectum animi dissoluit: nam iracundos tẽperat & mites facit, propter quod melancholicis magis quàm alijs sanitas utilissima est, & expediens cõmixtio Veneris. Componuntur autem ex hijs ad integrũ sensum, & si ex alio modo insaniunt, & hijs qui ex phlegmate ægrotant optima est Venus, & hijs qui crassi sunt corpore, si nõ repleti cibo misceanť. Hij aũt per somnũ frequentius euacuati liberantur. Natura autem hæc expediẽs est ad uenereos actus, quæ calida est, & multiplex, ad luxuriã acta, & nimiũ cibante se, aut qui sicca & frigida sunt natura, & ætate nõ senes. Tẽpus autẽ autũnus. Oportet autẽ dietam esse humidã & calidam. Sit autẽ labor mediocris & cibus. Quẽadmodum mediocres labores expediunt, tantũ & ipsa libidine hortantur ad hoc opus ad cuiusdam habitudinis consuetudinẽ præstandam. Oportet aũt & super hæc cibos amplius accipe, qualia sunt de piscibus, polypodis, uel alia quæ irritãt. Ex oleribus autem mollia olera, maxime autẽ orminũ, & erosinũ, & erucam, & rapa. Et hæc ut medicamẽta assumenda sunt. Sicut & legumina prinon, & faba, & cicer, & lenticula, & phasioli, & pisum pruritũ uentositatis replẽtia, & largus cibus. Ruta igiť quia uentositatẽ componit uel spargit, propterea cõmixtiones obtundit & reprimit. Magnifice autẽ laudo eius mensuram sanitatis uentositate D repletis, sanguineo procedẽte humore ad luxuriã, & plenitudine recensa, ruta si abstineať. Custodienda ergo est indigestio, & ebrietas, & penuria. Malũ enim in hijs superfluitatibus Veneri admisceri, uel ante exercitiũ & balneũ. Vtile aũt est post cibos cõmisceri, nõ satis cibo repletis & potu: Nam fortitudini sic expedit, quia frigidus factus minor efficitur. Ex labore aũt fatigato pessima est Veneris admixtio: pro qua re post laborẽ cauenda est, uel post uomitũ factũ similiter, aut post catarticũ acceptũ, aut post fluxũ uentris exinde subito factũ, & qui per multa dierũ tẽpora desiccãtur, uel hij qbus sunt prolixæ libidines, nec hoc laudo, sed iubeo ut amplius resistant, & maxime hij, qui ægritudines corporis frequentius incurrunt.

Melancholicis Venus prodest.

Veneri quæ natura conueniat.

Prouocantia Venerem.

Ruta obest Veneri.

DE PHLEBOTOMIA EX GALENO.

Non solũ hijs qui repleti sunt sanguine, uel abundant uirtute, quos Græci ἰσχυμάσους appellant, phlebotomũ dicimus expedire, uerũ etiã & hijs quibus absq; plenitudine inflãmationes quædam oriũtur in corpore, phlebotomus est adhibendus, uel hijs qui percutiunť, uel quolibet modo extrinsecus sic percussis, ut intrinsecus sanguine collecto per constrictionẽ lædanť. Sed & si dolor grauis accedat, aut defectio alicuius mẽbri accedat, ex quo magna credať posse generari passio, phlebotomandi sunt omnino nulla existente plenitudine. Contemplari aũt oportet tẽpus, & ætatẽ, & uirtutẽ, ut ex hijs phlebotomus abhiberi possit oĩbus pro ratione plenitudinis, quando hæc in aliqbus apparet, in hijs qui cõsueti sunt phlebotomo uti, uel hij qui nõ sunt usi phlebotomia, cũ nulla fuerit spes in magna passiõe. Sciendũ aũt est uniuersaliter de phlebotomia, in omnibus magnis passionibus necessariã esse phlebotomiã, & confestim adhibemus. Qui aũt nihil tale patiunť, & totas mẽbrorũ partes inculpabiles habẽt, duobus modis euacuationibus cõponunť: Si enim in dieta obseruãda incõtinẽtes sunt, phlebotomo curenť. Quod si dietã obseruare possunt, salutare absq; phlebotomo cõsequũtur remediũ, id est, per fricationẽ multã, & balnearũ frequentes usus, & exercitationes, & uectationes, & deambulationes. Adhuc etiã & unctiones diaphoriticas,

Quæ phlebotomantibus sint considerãda.

A ríticas, eas quæ uelociter plenitudinem corporis euacuare possunt. Quod si hæc utiq; displiceant, & aliqua sanguinis plenitudo esse perspiciatur, ut sit melancho lici sanguinis plenitudo, tunc omnino necesse est uti phlebotomo. Sin uero spissus in eo sanguis dominatur ex melancholia, continuo phlebotomãdus est sine intermissione. Melancholiæ autẽ abundantia hijs signis agnoscitur: Grauitas cũ tensione sentitur in præcordijs uel thorace, & omnis pars quæ super umbilicum est, grauior est à consuetudine. Vrina uero multa & pinguis est. Sedimen autem turbidum, & spissum, & pingue habẽt. Sed & exanthimata, id est, pustulæ cum inflãmatione nigræ apparent cum dolore. Hos tales confestim phlebotomabis, & catarticis quæ melancholicũ deducãt humorem purgabis. Crudi autẽ existen tes humores, antequã incipiant generare ægritudines, caute sunt euacuãdi. Iam autẽ febrientes nullo modo. Quod si aliquis est cõprehensus ægritudine, nondum autẽ sit aliqua accidentia, hunc phlebotomari oportet in initio primi ueris. Qui autẽ per singulos annos in æstate ægrotare consueuerũt de plenitudine passionis, eos phlebotomari oportet primo uere ingrediente. Similiter autem & qui in primo uere consuetus est ægrotare, ingrediente primo uere est phlebotomandus. In æstate autem frequenter ægrotans, primo uere deficiente mox phlebotomandus est, maxime antequam incipiat æstas.

Melancholia unde deprehendi posſit.

DE APOPHORESI EX GALENO.

HIs quibus euacuatio multa necessaria est fieri, & uirtus non est fortis, conuenit differri euacuationem, uel dilatari, & si causa urgeat ut auferatur, in primis minor est facienda euacuatio, & apophoresin, si necesse sit fieri, secundo & tertio est facienda, quemadmodum exigit plenitudo indigestorũ humorum.
B Quando autem ex calore sanguis multũ exardescit, & acutam desubito excitat febrem, & euacuari est opus, & si oportet euacuetur usq; ad angustiam, contemplando fortitudinem uirtutis, sicut in quodam scio me cotylas sex sanguinis detraxisse. Mox etiam per noctem non me piget uisitare & incidere uenas. Conuenit enim qui euacuantur pulsum eis tenere currente adhuc sanguine, ut nõ eum aliquid lateat, ne subita angustia mors proueniat.

DE MENSVRA SANGVINIS TOLlendi ex Galeno.

MAgnitudo ægritudinis, & fortitudo uirtutis plena est contemplatio phlebotomiæ. Hijs ergo augmentatis multa euacuatio fieri potest. Non augmentata autem uirtute, sed diminuta, in tanta quantitate euacuatio fieri debet, in quantũ minuitur uirtus. Contemplandum est etiã post hæc, qualis sit natura hominis ipsius. Quorũ enim magnæ sunt uenæ, & corpore macri sunt mediocriter, & non sunt albi, & neq; fluxas & molles carnes habẽt, uel delicatas, hos securus amplius euacuas. Qui autem è contrario sunt, parcendo euacuas eos: sanguinẽ enim habent modicũ, & nimium euacuantes facilius deficiunt. Secundum hanc igitur rationẽ neq; pueri phlebotomandi sunt ante annos XIIII ætatem haben tes. Post XIIII autem annos si congregata sit multitudo sanguinis, & tempus sit primi ueris, aut temperatus sit loci aẽr, & pueri abundans sanguine fuerit natura, phlebotomari debet, & adhuc magis, si passio uehemẽs superuenerit. Euacuabis ergo plerunq; usq; unã heminã in primis. Quod si tibi uideatur eum uirtutem habere fortẽ, adaugebis in apophoresi mediam heminã. Hij uero qui iam LXX annos gerũt, si uirtute sunt fortes, & phlebotomari sunt consueti, phlebo tomari debẽt. Attendere autẽ oportet currentẽ sanguinẽ, quali colore uel constitutione sit, si pinguis est, aut tenuis, & maxime quando inflãmationis causa san guis detrahitur.

Pueri nõ sunt phlebotomandi.

QVALES

C QVALES VENAE IN SINGVLIS PASsionibus sint incidendæ per loca ex Galeno.

ANtíspasis fit, quando ex ipsa parte quæ infirmatur proxima patienti loco inciditur uena. Splenem patienti de sinistra manu secus digitum minor incidenda est uena, aut de sinistro brachio, quæ est cubito proxima. Pleureticis autem ex ipsa parte quæ dolet, sanguis est auferendus. Ad oculorũ uero dolores iuuat magnifice, si ex ipsa parte quæ plus dolet de brachio capitalis incidatur uena. Tres enim uenæ sunt in brachio, quæ phlebotomantur necessariè: Vna quæ est proxima cubito, quæ anterior uocatur. Alia est media, quæ matricalis dicit. Tertia est superior, quæ uocatur capitalis: nam anterior phlebotomatur quãdocunque sub ceruicibus surgunt passiones. Inferior ergo quæ est, quã Græci endon uocant, hæc quæ in inferioribus partibus membra sunt posita: in collo si læsa sunt loca phlebotomus adhibetur. Capitalis autẽ phlebotomatur, si circa caput, aut faciem passio generetur. Media uero utrisque partibus expediens est. Sub media igitur uena neruus subiacet coniunctus: sub interiore uena arteria subiacet cõiuncta, & ideo caute phlebotomandæ sunt. Capitalis uero uena omnino sine periculo inciditur, si semel fuerit percussa: sed cum bis aut ter incidatur, contingit ut dolores in ea incisione consurgant, & sint multo tẽpore: Hoc enim patientibus ideo fit, quia uix de semel inciditur: sed bis aut tertio percussa dolorem facit. Semel autẽ percussa, neque inflãmationem, neque dolorem facit. Propter quod oportet eam sine timore incidere, cum multa cautela. Secundum autem hunc modum, quæ inferiores sunt uenæ in talis uel plantis tanguntur in passionibus quæ circa fœmora, aut uesicam, uel in matrice fiunt, uel in renibus. Oportet autem incipiente inflãmatione antispasin facere. In diuturna autẽ inflammatione ex ipsis quæ patiuntur locis est tollendus de proximo sanguis. In quibus autem corporibus nihil patitur membrum, auferendus est sanguis primo uere intrante. Omnibus uena æqualiter media est incidenda, & hoc omnibus utilissimũ est.

Tres uenæ in brachio.

Capitalis uena.

D

Media uena.

QVALE TEMPVS VTILE SIT AD sanguinem tollendum ex Galeno.

IN omni die uel tempore phlebotomus adhiberi potest, & in nocte, contemplatione adhibita. Febrientes uero in declinatione phlebotomabis, decidente particulari cõmotione. Illis uero qui sine febre sunt, & hoc opus habent adiutorio, ex magnitudine passionum, in quibus phlebotomari opus habent, non aliqua urgente aut prohibente causa, optimum est matutino tempore phlebotomum adhiberi, ut post somnũ una hora uigilans sit, uel duabus, aut plus. Et post balneũ utilis est phlebotomus, uel antequã tollant deambulent. Aliquibus autẽ agentibus consuetas actiones nõ impedit post hæc phlebotomari. Apophoresis autem tempus est si post unam horã fiat. Quod si bis euacuare uolumus, in ipsa die facimus, quibus antispasis utique, si altera die fiat apophoresis, utilissimus est.

DE ARTERIIS INCIDENDIS ex Galeno.

ARterias incidunt medici in temporibus propter reuma oculorum, quod cum calidis lachrymis & uentositate spiritus prouenit. De retro autẽ post aures scotomaticis fiunt, & hijs maxime, qui diuturnos capitis dolores cum calore uentositatis in arterijs patiuntur, etiam & in alijs passionibus circa caput accidentibus diuturnis. Aliqui autem arteriotomia utuntur de retro post aures. Alios autem incisuras arteriarum piget facere, propter nimiam effusionem sanguinis, & quia diuisio ipsa in cicatrice solet ante orismam facere.

A DE CVCVRBITARVM VSV EX GALENO.

Ventosæ igitur neque in initio passionis, neq; plethuricis existentibus utiles sunt, sed antea totum euacuetur corpus, ut nullus iam supercurrat humor in ipso loco, tunc imponi oportet uentosas, & mouere cum uiolentia, & foras trahendo euellere. Cum cautela autem uentosæ secus mamillas sunt imponendæ: Affixa enim uentosa iuxta mamillas nimis caro mollis ducta intumescit, & repleta uentosa difficile euellitur. Quod si hoc euenerit, spongiam calidam super uentosam oportet imponi. Sic enim largari potest. Quod si largata non fuerit, pertundenda est. *Cucurbitæ.*

DE CARAXATIONE TIBIARVM ex Apollonio.

Vena incisa sæpius in anno utile non est existimandum, quia simul cum multo sanguine uitalis emanat spiritus. Hoc igitur diminuto frequentius, totum infrigidatur corpus, & omnis naturalis operatio deteriorata consumitur. Tentaui ergo ego, non in proprijs locis quæ patiebantur, sed tantum in tibijs auferre sanguinem per caraxationem, quam probaui utilissimum esse adiutorium ad sanitatem conseruandam, & ad reparationem totius corporis cum fuerit facta. Iuuat autem hæc incaraxatio in oculis diuturna facta reumatica passione, & ad capitis omnes quæ fiunt passiones iuuat, & thoracis, & synanchis, & constipationes omnium locorum factas dissoluit. Oportet etiam & per ipsa loca patientibus fieri incaraxationes. *Mißio sanguinis.*

DE SANGVISVGIS EX ANTILIO.

Sanguisugas enim oportet abhiberi, ita ut abstineatur die una, & modicum sanguinem in esca accipiant. Quando uero imponendæ sunt, ante cum nitro lauabis, & ipsa loca linies sanguine, aut fomentabis. Sanguisugas autem in aqua mittes tepida munda, & cum spongia deterges omnem bromum ex ipsis, & sic eas impones, & superpones spongiam, ut plene cadant. Quod si se ab ulcere non dimiserint, salem super os earum pones aut cinerem, & mox cadent, & cum ceciderint, fomentabis cum spongia loca. Quod si sanguis multũ fluxerit, gallæ ustæ, aut spongiæ nouæ infusæ in picula exusta puluerem supersparges, & superpones chartam in aceto infusam. *Sanguisugæ.* B

DE CATARTICIS EX GALENO.

Sana corpora habentibus superfluum est dari catarticum: etenim strophis & doloribus nimijs affliguntur, & difficile fit purgatio, & adhuc citius angustias patiuntur hij qui sani sunt. Aegrotantes autem si minime uacuentur, nocet; unde antecedere oportet, ut intrante primum uere purgentur epileptici, asmatici, phlegmatici, artetici. Qui autem calida natura sunt multum, quod amaram cholerã deponat dabis. Oportet autẽ ante extenuare, & incidere pingues & glutinosos humores, & poros per quos isti percurrunt & trahuntur: & ut ad catarticum aperiantur, hæc utiliter fiant omnia. In initio igitur orodes, id est, sero similes & adhuc tenues humores si fuerint, expetenda est digestio. Quod si pingues & glutinosi sunt, quales sunt phlegma & melancholicus humor. In ægritudinibus autem diuturnis semper digestio expectanda est. In acutis autem passionibus cum urgent, etiam in initio possibile est catarticum dari, cum cautela multa, motis humoribus existentibus largis uel fluentibus. Sin autem alicubi in uno defixi sint loco, aliquo alio adiutorio oportet mouere, & neq; catarticum dare priusquam digestionem faciat, & in quolibet tempore determinatio fiat. Purgatiua autem medicamina non sustinens stomachus, admixtio inuenta est bene

C bene olentibus seminibus uel herbis, ut non sola, neque pura uirtus eorum tangat stomachum, & uomicam excitet.

QVAE SINT QVAE PVRGANT VENtrem in usu, ex Galeno.

HElleborus niger purgat uentris cholericum & phlegmaticum humorem. Datur autem mixta scamonia. Si autē mitius uolueris purgare, hellebori sufficit trita radix sicca, & superspársa in dulci uino, aut in oxymelle, quantum pensus est ʒ II. Sed & cum lenticula cocta, aut cum ptisana, aut cum iure gallinæ sorbere dabis: Si autem cum scamonia miscueris, scamoniæ obolum I cum ʒI hellebori admiscebis aniso, & petroselino, & dauco, ꝓpter suauitatis gratiā.

DE CNIDIO COCCO.

CNidius coccus autem purgat phlegma & choleram, & aquosos multum humores. Est quidem ignitus, & acute purgat. Dabis autem grana numero XXX. Si autem mitius uolueris purgare, dabis grana XXI purgata, & quæ intrinsecus sunt trita cum melle, & alphita in mulsa bibere dabis. Melius autem facies si cum uino bibat: Vbi enim biberit, modicum olei sorbeat, ut non incendat gulam. Accipiantur autem & cum melle cocto trita grana XX, aut quomodo purgare uolueris.

DE LINEO COSTEO, ID EST, herba mercuriali.

HErbæ mercurialis folia molliter cocta, & comesta stercora sufficiēter deponunt, sed minus. Plus uero deponit, si decoctionis eius bibatur cum uino temperatum.

DE POLYPODIO.

D POlypodium uero educit phlegma & cholerā, & aquosos humores. Dabis autem radices penso ʒ II incisas, non tritas. Trita autem cum mulsa aut aqua maliciosa non est, & cum sardinis incisam minutatim dabis manducare ante prandium. Purgat autem & in ptisanis cocta, & cum iure gallinæ radix cocta.

DE SICYONIA, ID EST COLOQVINTIDA.

COloquintida purgat phlegma & choleram, dantur autem penso ʒ III interiora ipsius in mulsa. Mitius autem purgare uolentibus dabis ℈ II Semen igitur sicyoniæ proijciens, implebis id de uino dulci cum lanugine sua, & calefacies in cineribus ita ut bulliat, donec bene calefiat, hoc dabis bibere quibus non uis deducere fortiter uentrē. Dabis autem hijs quibus cutis exanthimatis liuida fit, & impetigines habet.

DE ALOE.

ALoē autem acutum quidem non est catarticum, stomacho autem aptissimum. Dandum enim usq; ad ʒ II cum mulsa bibendum. Educit autē phlegma & choleram. Optimum autē est, ut etiam per singulos dies sic accipiatur, antequam dormitū quis uadat. Deducit autem cibos non corrumpendo, & stercora cum humoribus educit: unde nec sitim facit, & accepta esca bona efficitur: unde si teratur, & cum succo brassicæ facias catapotia ad magnitudinem ciceris aut fabæ, & exinde accipiantur duæ aut tres post cœnam, purgat uentrē. Vtiliora autē sunt, si cum resina terebinthina, aut larice fiant catapotia de aloē aut cū melle cocto: melius est si scamonia admisceatur, in drachma scilicet una de aloē, de scamonia scrupulus unus.

DE EPITHYMO.

EPithymus nigram choleram purgat & phlegma, dabis autem sic: Teres epithymū & tricocinabis, & dabis cum uino dulci penso ʒ III, & adhuc

A amplius & cum melle salis admiscebis cochlearium medium. Expedit autẽ hijs quibus uentositas est, & qui hypocondriaci sunt, uel indigesti sunt, & quibus epar grauatur, uel hijs qui difficile suspirant.

DE AGARICO.

AGaricus purgat phlegma & choleram, sed nõ acute. Dabitur autem penso ʒ II cum sapa, aut mulsa, aut oxymelle. Datur etiã hoc modo confectus per singulos menses, aut post decem ut satis dies. De agarico ℈ VIII cũ aceti cochlearijs duobus fortiter, & admiscebis mellis despumati ÷ IIII, & cum calida aqua dabis bibendum, dextro flante uento, facit autem podagricis & arteticis. Deponit enim spissos humores: Accipitur etiam & sic agaricus, scrupulos IIII, ex eo soluens cum aqua, addes laricis cochlearium unum, & cum calida aqua dabis mane bibere, & ieiunet usque horam sextam.

DE EVPHORBIO.

EVphorbium purgat aquosos humores, sæpius & cholericos aquosos. Est etiam acutissimum & ignitissimũ: facit autem ad hydropicos & cholericos, & quibus frigidissimus est uenter expedit. Alijs autem omnibus turbationem fortem facit cum siti. Pro qua re misceri oportet seminibus bene olentibus. Datur cum mulsa penso trioboli unius.

DE CNICO.

CNicus purgat phlegma & choleram, nõ quidem fortiter. Oportet autem semen teri cum aqua, & exprimi ex eo succum, & misceri cum uino & iure gallinæ, & sorberi. Si autẽ anisus, & mel, & amygdalæ simul admisceantur, ad ictericos fient catapotia expedientia: Datur enim penso ʒ IIII sufficienter.

B

DE SCAMONIA.

SCamonia autem nullo horum catarticorum minor est, neque hac aliquid eorum acutius est, neque in uirtute fortius. Est autem cardialga, id est, stomacho faciens dolores cum morsu. Habet etiã & malum odorem, & stomacho est odibilis & indelectabilis, & nimiam excitat sitim. Pro qua re nec malum est. Aliqui uero aloẽn ei admiscentes dant. Quidam autem thymi comas & salem. Alij uero sementes bene olentes admiscent. Deducit autem choleram rubeam & phlegma fortiter. Pura autem datur penso ʒ I. Si autem amplius bibatur, uomicam mouet.

VT NON VOMAT QVIS catarticum.

QVod si catartico accepto uomitus fiat, apium intinges in aceto, & dabis masticandum, sed & oliuas albas in sale conditas masticet, & salis acinũ teneat in ore. Hæc ergo prohibent uomitum fieri. Adhuc etiam & coriandrum odoratum & pulegium, & calamentis. Melius est autem requiescere modice in lecto, & tepefaciat uentrem, & extremos pedes. Quod si mox deambulare uoluerit, multus uomitus, & stomachi dolor, & uertigines capitis accedent. Cum autem in compositionem solutionis uenter cœperit uenire, tunc iam ut deambulet iubendum est, & lente submouere se debet. Hoc enim magis irritatur uenter, quàm si acute uel cum impetu ambulet. Veniente ergo euacuatione uentris, subleuet se, & requiescat uigilans: magis enim confluet. Tunc etiam sorbeat paulatim cum aceto modicum aquæ calidæ: etenim mordicationes in uentre delauabit, & euacuationes inuitabit. Qui autem nõ purgantur mulsam sorbeant, & nitrum tritum cum aqua dabis. Melius autem faciet, si balanum supponas de sale & nitro confectum.

C

AD VOMICAM MOVENDAM EX RVFO.

VT facile quis uomat, multa consequenter solent euenire, ut bene habeat, modo ut dixi facile possit moueri. Vomica etenim phlegma euacuat, & caput leue reddit. Nam cum animositate manducantes, indigesti fiunt, & uinũ multum accipientes læduntur. Prohibenda sunt igitur quæ dicta sunt hijs qui uomere uolunt, & ea accipere quæ stiptica sunt, & sicca, sed quæ quidem dulcosa & humida debent esse, & quæ acria sunt. Videtur autem in hijs cum raphanis bene probabilis esse & eruca, & salsamenta. Vteris & origano uiridi, & cepis modice, & porris. Iuuant autem hæc ad uomicam faciendam. Ex leguminibus autem ptisanæ mel habentes, & de fabis farina, & abundantius carnes earum. Vnde non solum succos earum accipiant, sed & tota grana simul glutiant, neq; masticentur, & satis debent uomere. In coctione autem mollia omnia sint. Certum est autem, quod & uinum dulce eligendum est, istud enim supernatat, & tepidum est bibendum. Oportet autem & amygdalas in melle intinctas comedere, & quæcunq; sunt dulcia gustanda sunt. Tunc & melonis, & cucumeris semina infusa & trita cum melle offerenda sunt. Sed & radix cucumeris trita cum melle detur. Qui autem fortiter uoluerit uomere, narcissi bulbos coquens in aqua, eandem aquam temperatam cum uino hortaris ut bibat, & post hæc uomicam prouocabis, intingens digitos in oleũ irinũ, & sic uomicam irritabis. Is uero qui uomere habet, non cesset, uel intermittat donec omnia peruomat, tunc os lauet, & faciem fomentet cum pusca aquosa, hoc enim dentibus expedit, & leuius caput efficitur.

D

AD VOMICAM DE RAPHANIS, AVT cum helleboro faciendam, ex Philomino.

VOmicam facies ter aut quater post cibum. Ieiunus autem facies ex raphanis semel aut bis. Sint autem raphani acres nimis, id est, radices recentes ex fossa, & incidantur in petala tenuissima, & ante duas aut tres horas priusquã accipiantur in oxymelle infundantur. Postea autem dabis ad comedendum, quousq; ad satietatem sufficere possint raphani manducando, & sorbeat sæpius de oxymelle. Post hæc usq; ad horas duas deambulet. Tertia uero hora accipiat ad bibendum de aqua tepida multum, quantum potuerit, & sic digitis, aut pennis in os missis, irritanda est uomica, ita ut digito, aut penna in oleo cibario, aut oleo irino infundas. Conficiuntur autem raphani alio modo cum helleboro albo sic: Hellebori albi drachmæ III in raphanis inseruntur. Ante enim pungitur cum calamo ipse raphanus, & sic postea in ipsis foraminibus hellebori mittuntur radices. Aliter autem immitti non possint, propterea quia molles sint radices hellebori, & una sic permaneãt nocte. Alia uero die proiectis radicibus hellebori, raphanum ut supra incisum & infusum in oxymelle similiter ad edendum dabis, & uomicam facies. Oxymel uero facies sic, in quo raphanos dare debebis. Mellis cyathum unum, aquæ cyathos duos, aceti cyathos duos, aceti cyathos tres coques ad medietatem.

DE CLYSTERIBVS EX RVFO.

Lenes clysteres. INiectiones quæ cum clystere fiunt, sunt leues uel molles, sunt acres. Apalæ autem & lenes sunt, aqua tepida & oleo mixta. Quæ sunt necessaria ut prouocent uentrem causa stercoris in synochis febribus, & causis malitiosis, & hijs qui sunt ex diuturna ægritudine detenti, ut recuperentur & infundantur. Acres uero sunt quæ cum melle, & sale, & de apozima coloquintidæ, & centaureæ, & nitro fiunt. Hæ prosunt colum, uel ilium, uel ischiam patientibus, ad soluendum

Acres.

uentrem

A uentrem, & ad infraxin epatis, siue ad mœstificationem capitis, & non solum squibala, sed & phlegma educunt. Ventositatem igitur patientibus, calidæ, qui absque uentositate sunt, tepidæ inijciendæ sunt, & paulatim exprimendum est. Fœnograci uero decoctione utimur ad mulierum causas, uel qui delicati sunt corpore. Melius uero maxime ad eos utimur, qui siccitatem corporis patiuntur. Lini seminis, aut apozimam inijcimus, quibus mordicationes fiunt in intestinis. De furfuribus autem iniectiones fiunt, sed & de alica, uel pane, aut farre quædam ex se nutrimenta participant, & ideo sæpius cum euacuationes squibalorum, tum nutrimenta corpori præstant & adiuuant. Ad ulcera uero intestinorum quæ non sunt in alto, hæ iniectiones subueniunt. Iuuat autem ad hæc, si prædictis aut cum ptisanæ succis adeps admisceatur porcinus. Betarum autem succos, aut apozimam eis inijcimus, qui tortiones patiuntur intestinorum, aut dolores. Deponit enim squibala & phlegma fortiter, unde & ad epaticos facit, & ad spasmos. Educit autem squibala & diuturnis adaxismis resistit. Adaxismus dicitur mordicatio siue pruritus. Porcaclæ autem succus utilis est ad eos quibus ignitæ aliquæ subsequuntur causæ, & quibus uenter squibala dura facit, ita ut meatus de ano nimium extendatur per squibala, & ad erysypilatides passiones, admixtis ei succo, ouo, & oleo, & inijcies ad omnes inflammationes. Hoc ipsum etiam iuuat, quibus strophi fiunt. Ad uentositates uero soluendas, quæ ex frigore nascuntur, facit si coquantur in oleo, ruta, aut cyminum, aut anethum, aut baccæ lauri. Inijciuntur & qui ex frigore febriunt similiter. Magnifice autem inijcitur ad ulcera & inflammationes intestinorum lac, sed & ad tumores intestinorum, & renum, & uesicæ, & matricis: Cui admiscenda sunt confortandi causa & mel, & adeps anserinus, B aut porcinus. Hydroleum autem inijcitur ad tensuram extremarum partium stercoris exeuntis. Similiter & aspaltum, si frigoris causa contingunt dolores, adhibetur. Quod si grandis fuerit infraxis, inijcies cum oleo & aspaltum, siue butyrum. Butyrum autem, quibus ex inflammatione continentur in longaone intestino squibala, & sordida sunt intestini ulcera. Maluæ autem succus, aut decoctio ad diuturnos strophos, & feruores, uel tumores intestinorum, & ani compatientis indignationem adhibetur. Mulsa autem inijciatur, quando sine dolore & uitio manent loca intestinorum, stercore instituto molli. Vinum autem & oleum, aut succum ptisanæ miscemus cum iure maluæ & inijcimus, qui opium accipiunt. Vinum autem cum oleo roseo, & uitellis ouorum, aut certe sapa, & oleum tunc inijcitur, quando tenismum patiuntur in initio. Mulsam uero, aut lenticulæ decoctionem, & mel inijcimus, aut de herbo decoctione similiter, aut ptisanæ succos cum oleo roseo hijs, quibus apostema in stomacho aut colo ruptum est, inijcimus.

Adaxismus.

DE MENSVRA CLYSTERIS.

MEnsura autem iniectionis sunt heminæ tres, media, duæ: minima, una. Sæpius autem duas inijcimus heminas aut tres, quibus maximæ inflammationes & ulcerationes in intestino sunt longaonis, & reprimit quæ superposita sunt squibala.

DE CLYSTERIBVS ACRIBVS.

CLysteribus acribus utimur ad ischiadicos & suspirium patientes, & ut non ab stomacho sit oppressio uentositatis spiritus.

DE CLYSTERE IMAGOGOSO.

CLysteris imagogosus fit de styris, de garo siluri piscis insalati ex aqua maritima. Est autem confectio eius hæc, mellis hemina media, aquæ marinæ

C heminæ duæ, aut ſucci ſalis tres, & aquæ dulcis olei, cotylæ tres aut quatuor. Admiſcent autem aliqui oua duo.

CLYSTERIS AD MORTALES FVNGOS.

QVi fungos adulteros comedunt, iniiciendi ſunt de nitro & abſinthio & raphani ſucco, & rutæ decoctioni.

CLYSTERIS AD PARALYSIN inteſtini longaonis.

AD paralyſin inteſtini longaonis cum iniicitur, non continet medicamen: Quod ſi non contineatur, multi ſalmoriam iniecerunt. Alij autem ſalis amoniaci cochlearium minus admiſcuerunt iniectioni. Nos autem gomo & inſalatis oliuis albis quantum cyathi ſunt ſex iniicimus.

DE CLYSTERE AD LVMBRICOS aſcaridas.

QVibus autem nocent aſcaridæ, ſalmoria, aut centaureæ decoctio iniicitur, aut abſinthij, aut lupinorum, aut aloë, aut cydriæ, cum aliquibus prædictis decoctionibus. A me autem experimentatum eſt, ſuccus meotidos herbæ potatus per dies tres, quantum eſt quarta pars ſextarij, & ſæpius acceptus hijs quibus nocent aſcaridæ, eos elidet.

CLYSTERIS AD LVMBRICOS.

QVi à lumbricis moleſtantur, lupinorũ decoctionem iniicies, aut bregmæ ex hoc infundes, aut ros, aut ſalmoriam.

CLYSTERIS AD TENISMVM.

D QVibus delectatio adſellationis frequenter fit, ſalmoriam modice puram iniicies. Quod ſi ſanguinem fecerit, aut ulceratione̅ inteſtini, polygoniæ aut plantaginis ſuccum, aut myrtæ nigræ in uino decoctæ iniicies. Quibus etiam admiſcemus aut libanũ, aut acatiam, aut hypociſtidam, aut pſidia, aut ſtipteria.

CLYSTERIS AD VLCERA inteſtinorum in dyſenteria.

DYſentericis ergo ſi ulcerata ſunt inteſtina, ſi ſine reumate fuerit, cum lacte uaccino aut caprino admixtas licij ʒ II iniicimus, aut geſſamia ʒ IIII. Quod ſi cum reumate multo, aut nimia effuſio fuerit, chartæ combuſtæ cinerem, aut lentiſci uſti cinerem, aut diacarton trociſcum cum aqua, aut ex decoctione ſtipticarum ſpecierum iniicies.

DE BALANIS.

BAlanis enim utimur ſæpius propter ſquibala educenda, ad eos quibus clyſteres propter aliquas cauſas non educunt ſtercora. Finguntur autem balani cum ſale aſſo, & melle cocto, & nitro. De thymo aute̅ cum non cocto melle mixto. Fiunt etiã balani ex reſina terebinthina, & nitro: & cocognidium admixtum mediocriter facit, ſed inordinationem excitat, propter quod oportet loca ipſa oleo tangere. Adhuc autem & piretrum, aut piper admiſcendum eſt, & fiet utilis ad paralyticos, & hijs quibus ex frigore hypneomatoſis fit. Centaurea autem admiſcetur cum pice & cera, & fit utilis ad eos, quibus paralyſin uirga patitur. Infantes autem & granum ſalis ano impoſitũ iuuat. Fit autem & de fecibus cum nitro balanus, aut cum uua paſſa, & nitro, & cymino.

AD CAPVT PVRGANDVM.

IN capite reſidentes humores per ſputum educuntur. Siquidem parua fiat humectatio moleſta, piper admiſcebis cum maſtiche, & dabis ad maſticandum. Si

A dum. Si autem amplius caput uolueris euacuare, peretrum & ſtaphiſagrias cum maſtiche & liquiritia dabis ad maſticandum. Sed & aminonis herbæ utriuſque radices maſticatæ phlegma educunt, & capparis radicis cortice maſticata, ſi eſt aliqua ſuperfluitas educitur. Aquoſa enim ſuperfluitas ex hijs quæ dicta ſunt detrahitur. Pingue autem & glutinoſum phlegma per gargariſmũ extrahitur, id eſt, ſinapis cum oxymelle aut ſapa, & origani, aut hyſſopi, eorũ decoctio. Ego autem miſcui cum oxymelle ſinapem: nam gargariſmũ de ſinapi conficies ſic: Sinapis ℥ I infundes pridie in aceti hemina, & alia die ſublatũ de aceto teres diligenter, paulatim addendo ipſum acetum, & cum fortiter ad ſubtilitatem triueris, addes mellis deſpumati heminam, & ſimul totum teres, & poſt hæc ſingula quartaria per tres dies ad gargarizandum dabis. Aut certe hoc modo confectum: De origano, ſinapi, liquiriza, peretro, hyſſopo, thymo, ireo ana ℥ I. Staphidaſagria ℥ I, pulegio ℥ I, caricas numero quinq;, melle libram unam & ſemis, aceto ff I & ss. Sapa ff I & ss, coques & dabis ex hoc ad gargarizandum cantarum unum. Si autem per nares purgari oporteat, irritabis cerebrũ medicaminibus acribus, ex quibus aliqua ſternutamenta moueantur. Purgat uero per nares anagallidis herbæ ſuccus, & utriuſq; aminonis ſuccus, omnes ſucci infunduntur in nares, uel immittatur ipſi tantum per ſe uniuſcuiuſq; ſuccus. Sed & betarũ, & cucumeris agreſtis ſuccus de folijs in nares miſſus per ſeipſum, & cum betarum decoctione, aut ſucco ipſius. Ptharmia autem, id eſt, ſternutamenta crudis humoribus, qui circa thoracem & pulmones ſunt, & capitis continentur partibus, expediunt. Ideoq; inlinimenta oris fiunt: Ad hæc ſaponem reſolues cum ſucco betæ, & inlinies palatum & circa uuam, & bene purgabit, hoc inrinon dicitur, & cito inuenitur. De gitter autem ſæpius uſi ſumus inrinon in

B naribus cum aceto acri trito, aut oleo cum aceto acri uſi ſumus. Ante unum autem diem infundatur in acetũ acre, & ſic poſt tres dies tritum colabis in linteo, & in naribus mittes. Similiter autem & cum oleo infuſum, & tritum, uel colatũ in naribus mittimus. Cum oleo enim Arcigenes ea uſus eſt in conſtipatione narium. Cum aceto autem gitter uſus eſt Criton autor. *Arcigenes. Criton.*

DE CYCLAMINO AD ICTERICOS.

CYclamini ſuccus cum melle ictericos bene purgat æquali menſura. Fit autem inrinon puluis hoc modo confectum: Radicũ ſicci cyclamini puluere ℥ I, nitro eretro ℥ ss. Quod ſi pro nitro elaterium mittas, fortiorem facies. Mixtum igitur puluerem cum canna aut fiſtula inſufflabis in nares, & cum miſeris, ad ſe trahit ſpiritum, & cum in naribus miſeris puluerẽ, ſurſum deorſumq; eum caput ut attendat facias, & ſputet humores qui ſe in ore collegerint: Hæc enim purgatio ſine moleſtia fit. Item ad aurium cauſas, & ſurdos, hoc modo irinon facies: Cyclamini ſicci puluere ʒ XXI, ireos ʒ IIII, nitri ʒ I. Hæc enim euacuant caput, & aures in priſtinum reuocant auditum.

IRINON AD CAPVT PVRGANDVM.

GItter ℥ I. Salis amoniaci ʒ IIII. Elaterij ʒ IIII, tritis admiſcebis oleum ſicyonium, aut irinum, aut cyprinum, donec ceroti habeant ſpiſſitudinem, & repones medicamen in pyxide cornea, & cum opus fuerit inunge intrinſecus nares, & iube ut ſpiritum trahat ad ſe. Hoc autem irinon iuuat eos qui habent diuturnum capitis dolorem, & qui oculorum nimiam habent effuſionem, & epilepticos iuuat: Educit enim de capite glutinoſos & ſpiſſos fortiter humores de cerebro, qui ibidem ſunt, & ſani fiunt.

C AD MENSTRVA EDVCENDA.

MEnstrua enim educũt omnia quæcunq; sunt diuritica: Brassicæ radicis decoctio potata, & per se assa radix, & ruta, & aris, antimon, & diptamnus, & erucæ semen. Mouet autem menstrua apposita ori matricis ruta trita cum melle, aut anethi radices ustæ, aut cinis earum cum melle, aut porrorum succus, aut allium tritum appositum, aut smyrna trita cum uino, aut leporis coagulum.

AD SVDOREM PROVOCANDVM.

AD mouendum sudorem est camimola sicca trita cum oleo, si superficies corporis cum eodem fortiter defricetur. Sisileus, peretrũ, cacrius, anisus, similiter cum oleo adhibiti faciunt. Nitrum assum non satis tenue, tritum cum oleo facit, & alosantus cum cyprino oleo, & opium cyrenaicum aqua resolutũ, & in fricatione corporis assumptum, & potatum ad magnitudinem ciceris.

DE AERVM QVALITATE ex Galeno.

OPtimus aër est, si mundissimus est, & non sit in eo odor, neq; ex lacis, aut paludibus ascendens turbulentus, neq; ex aliquibus baratris uenenosa aurea percurrens appareat, aut ex cloacis quæ purgant ciuitatem. Turbati enim ex hijs aëres pessimi sunt, & qui nebulosi sunt similiter inutiles sunt. Quemadmodum & qui in cauo loco undique montibus altis circumuallatus, nullam in se excipit auram.

DE FOMENTATIONIBVS EX GALENO.

D LArgare consueuerunt omnes calefactionum fomentationes cutem corporis, & facile euentari faciunt loca quæ tument, & euentatione facta sanguis extenuatur, & si superfluitas multa quidem fuerit in toto corpore, amplius est ubi calefactus locus soluitur fomentando. Oportet ergo ante fomentationem euacuare totum corpus phlebotomo & catartico. Humidæ quidem calefactiones inflammationes iuuant, si ex cholerico humore sint generatæ. Siccæ autem fomentationes, quæ ex subtili & aquoso sanguine fiunt. Sine mordicatione uero calefactiones, quibus mordicant humores expediunt, mordicantes calefactiones, extenuant pingues & glutinosos humores. Calefacienda autem est hypocondria fomentatione & cataplasmate, sed non semper utile est: nam in hijs solis imbecillitatibus adhibetur, in quibus nulla superfluitas in toto habetur corpore. Alijs autem omnibus mala est in nouissimo: in initio autem adhibita in reumatica passione, quia in eis ut reprimatur stiptica adhiberi oportet, ut reprimatur quod desuper fluit, aut certe conspissatum reuma retineatur pinguius factum: & sic postea tempus esse iam perspiciendum est, ut laxetur quod continetur, & sic euacuetur, & maxime quando in epar, aut uentrem descendit superfluitas, stipticis utere proprie ad hæc loca, & sic postea tempus fiet, ut diaphoritica adhibeantur, ut ea quæ constricta fuerant, relaxata digerantur. Ad hæc autem ex decoctione absinthij in oleo fomentari oportet, aut milino oleo, aut sicyonio, aut mastichino. Simili autẽ modo & cataplasma compositum ad hæc similem habet uirtutem ex calasticis leptomeris, id est, extenuantium habentibus partes & amaras uel stipticas. Colum autem patientibus, aut aliorum intestinorum, aut in præcordijs musculorum, aut peritono à Græcis nominato, miscenda sunt nullatenus quæ stiptica esse probantur. Quemadmodum neque uesicæ, aut matricis, neque ut dictum est, ubi supercurrit adhuc humor. Adhuc etiam si plenitudo inest superfluitatis in toto corpore. Ventosis autem uti oportet, sed corpore euacuato, & non in initio passionis utimur.

A DE CATAPLASMATIBVS, EX LICO.

DIspergit quæ congregata sunt hoc cataplasma, & spinas, & cannas uel silicem extrahit, & sciros & duritias mollit, & contritiones in pedibus solarum sanat. Oportet autem fermentum acidum malaxari cum sufficiēte oleo, & sic illud impones. Fortius autem si id facere uolueris, nitrum admiscebis mediocriter. Si autem id cum aceto resoluas, & coquas ut impinguescat, utilissimum fiet ad splenis & epatis sciros. Si autem & thymum, & pulegium, & absinthium cum fermento admisceas, optimum fiet medicamentum. Ficus pingues fortiter in pila cum seminibus tunde, ita ut nihil ex eis non tusum inueniatur, nec aliqua portio, & hoc commisce cum irini olei modico. Facit autē hoc adiutorium ad neruorum ubi fuerint in articulis tumores, & remanserint, & ad sciros maxime splenis & epatis. Quod si addas & nitri modicum, rumpet uulnus, & extrahet scolopas. Quod si admisceas cum ficis sic factis pulegium, aut origanum, aut cimi comam, aut absinthiū tenuiter tritum, & tricocinatū, hydropicis expediens est. Nam & coctas sufficienter ficus, ita ut solui possint, resolutas iterum coquas cum aqua. In aqua coctis admiscebis hordei farinam aut tritici, & iterum coques, donec cōstitutio sit cataplasma uulnerū. Iuuat autem phimata, quæ non facile maturescunt. Quod si aliquid uncti uolueris adhibere, butyrum admiscebis. Si autē rutæ folia admisceas trita, in intestinis dolores ex uentositate generatos sanat, & cyminum similiter facit admixto oleo.

DE BALNEO.

LAudo in aquis frigidis lauari. Non existimo autē expedire hijs, qui quocunq; modo ad saturitatē cibos accipiūt, sed hijs qui in laboribus degunt, *Frigida balnea.*
B & cibis sicut competit utuntur: sufficit autem hijs qui multum opus habent infrigidari. Amplius in frigida natare debent æstatis tempore iuuenes, & maxime qui carne sunt repleti, ante calefacti fricatione. Sint autem neq; mulierum commixtione, neq; ciborum nimietate refecti, neq; indigesti, neq; uomitū, uel uentris habentes solutionē, neq; post uigilias. Periculosum est enim, si quis sic utatur aquarū frigidis lauationibus. Calida autē lauacra optima sunt, & sine periculo corporis.

DE CALIDIS BALNEIS

CAlidum uero balneū gratissimū est, & sine periculo hoc opus soluens, id est indigestiones & plethuras digerit, id est plenitudines euetat, & quæ calefacta sunt mitigat, & malaxat, & uentositatē spiritus diffusam, & ubicūq; inflata sunt relaxat, & somnum facit, & carnem replet. Est autem ad omnes causas sine periculo uiro & mulieri, puero, & seni, & idiotæ. *Calida lauacra.*

DE BALNEIS EXCOGITATIS, ex Antilio.

EXcogitatis igitur balneis calidā præparamus ad infrigidatum corpus, aut ad soluendum corpus, aut spasmos mitigandos, uel dolores, & perfricationes causarum. Fit autem ad calefaciendum lauacrū in aqua, qua decoquunt pulegiū, aut origanum, aut hyssopus, aut thymus, aut satureia, aut laurus, & petri radix, uel quæ sunt hijs similia. Addimus autē & oleū. Diaphoriticæ autē balneæ sunt, qbus subtiliari uolumus totū corpus. Fiunt autē diaphoriticæ balneæ, ubi sal fuerit in aqua missus, aut aqua ex mari, aut nitrū in aqua mixtum. Melle autem admixto in aqua diaphoritica fit hæc aqua. Sed & de sarmentorū cinere, aut de arceotide decoctione facta. Malaxationis autem causa fit lauacrum, ad inflammationes uel duritias permanentes. Inflammatis locis utimur

C malux decoctione, ubi admiscetur lini semen & fœnogræcum post multos labores dolentibus nodis, uel neruis, aut ossibus, & solent dare sanitatem.

Ad reumaticas uero passiones cum inflammatione existentes, ubi plantago & polygonia herba incoquãtur, aut sidia, aut rosæ, aut rubicinæ. Ad sperãtes autem spasmos utimur quidẽ uel eas quæ sine reumate sunt inflãmationes. Maxime iuuant ex hydroleo maluæ & fœnogræcũ decoctum. Ad duritias autẽ quæ sine inflãmatione sunt hijs ipsis utimur, quæ ad diaphoresin opus sunt ut exhibeantur. Infrigidari, & constringi per balneas, quæ frigida & stiptica sunt materia adhibeantur.

DE AQVIS NATVRALITER CALIDIS.

Aquæ calidæ. Est enim nitrosa, est & salsa, est stiptiriodis, & est sulphurea, est aspaltodis, est chalcantodis, est & siderizonta, id est ferrea, est etiã & cõposita ex hijs omnibus. Igĩ naturaliter aquæ calidæ, uirtute sunt calida & desiccatiua quamplurime, & maxime expediunt humidis & frigidis. *Nitrosæ.* Iam autẽ quæ nitrodis est, uel salsa, expedit capiti & thoraci reumatizanti, & stomachum humidũ & infusum habenti: faciũt & hydropicis, & tumores ex ægritudine patiẽtibus, uel phlegmaticis. *Stiptiriodes.* Stiptiriodes autẽ aquæ faciunt ad eos qui sanguinẽ reijciunt, & sanguineum stomachũ habent, & mulieres quæ nõ secundũ ordinem purgantur, & frequenter abortiunt. *Sulphureæ.* Sulphurea uero aqua calida, neruis malactica est & calefactoria, atq; dolores omnes mitigat, & stomachum dissoluit & euertit. *Aspaltodes.* Aspaltodis autem caput replet, & sensibilia loca lædit calefaciẽdo, & mollit. *Chalcantodes.* Chalcantodis enim ori, & tonsillis, & uuæ, & oculis præcipue utilis est. *Siderizontæ.* Siderizonta, id est ferrea, stomacho & spleni utilissima est. Oportet autẽ lente in aquã piscinæ D ingressum facere, ut uirtus reparato corpore accedens proueniat.

DE DROPACIBVS.

Dropaces igitur diuturnis maxime passionibus expediunt. Oportet autẽ admisceri, si calere uis super hijs, quæ calefaciunt amplius, peretrũ, cacrion, aspaltum. Si autẽ desiccare opus est, sulphur uiuũ, salem, & cinerem sarmentorum. Si autem aperire uis, limnice & euphorbium.

DE SINAPISMO.

Sinapismus uero fortior est dropacibus, & in diuturnis factis passionibus multum iuuat. Oportet autẽ sinapismo uti in pigris passionibus, & in partibus carnium, quæ non facile sentiunt, & insensibiles sunt. Mensura autem fortitudinis sit, quo molestentur fortiter patientes, ut liuida caro fiat, & altiora sint circa ea loca, & post balneum uesicæ in hijs leues mitius fiant in cute. Quæ autem sentiunt loca, mitius utere sinapismo cum mensura, ut sit rubicunda cutis corporis. Conficies autem sinapismum hoc modo: Ficus aut caricas oportet ante diem in aquã tepidã infundi, & post hæc alia fortiter teri, & exprimi & teri, donec diligẽter terantur, & sic postea acrem sinapem accipiens, qualis est syriacus & ægyptius, singillatim tritum admiscebis, & superfundes paulatim aquam ubi infusæ fuerint caricæ, & post bene collectas in unum caricas & sinapem simul permiscebis. Quod si nimis acrem uolueris facere sinapismum, duas partes sinapis, & unam partem ficuum admiscebis. Si autem mediam uolueris facere, æquales mittas partes, Si autem leniore uolueris uti, mittes sinapis tertiam partem, & duas partes de ficis addes, cum autem tolles medicamen iubes ad balneum, & in solio mittes, & postquam balneo usus fuerit, si dolores nimios, aut ruborem, uel uesicas fecerit, linteum infusum in aqua, & oleo

A oleo roseo mixto superpones. Aqua autẽ sit de maluis apozima, aut sambuco, ubi fœnogræcũ bullierit uel decoctum fuerit, & post hæc ceroto de oleo roseo cum psimithio utimur. Sciendum uero, quia in acetũ sinapi infuso imbecillius fit cataplasma. Ego experimentaui cum aceto, sed melius cum aqua ut dictũ est. Optime autem ischiadicis utilitatem facit.

DE SOLIO FACTO EX OLEO.

QVos debemus in oleo calente deponere? Hos qui diuturnis cum rigore febribus laborant, & hos qui copos patiuntur, id est quibus ex labore nimio ossa & nerui dolent, & qui febrientes dolores patiuntur, & eos qui spasmos neruorum patiuntur, & hos qui disuria uexãtur. Oportet autem quinq; partes olei ad ignem calefacere. Cæterum autem in balneo. In solio uero sufficienter calefieri balneis.

DE HYDROLEO.

QVi autem in hydroleũ dimittuntur? Qui imbecilles sunt cum sindone in solio deponantur, id est quibus ex labore nimio ossa & nerui dolent, aut febribus calent, debent deponi: admiscebis autem in oleo aquam sufficienter. Sit autem nihil minus ab eo.

DE RECVPERATIVIS ADIVTORIIS ex Galeno.

OMnes autem diuturnas passiones quamplurime patientes, cum nihil iuuare uidentur adiutoria recuperatiua, quæ Græci metasyncritica uocãt, quam methodicam nominant, quam etiã omnes methodici solent facere. Ego B autem in quibus distemperantia fuerit humida, aut frigida, aut utrinq; mixta in patientibus locis consistens, quæ de sinapi & tapsia sunt adhibeo medicamẽta, uel quæ sunt hijs similia. Nam siccis & calidis talia non adhibeo. Sæpius autem lædunt qui non cognoscunt passiones, quia multis hominibus frigidæ & humidæ passionis molestiæ generantur, pessima utentes dieta ciborum.

QVAE SINT QVAE RVBOREM inducant in corpore.

NAsturcij semen ruborem inducit in corpore, & calorem facit, quod Græci φοινιγμὸν appellant, quemadmodum & sinapis. Inulæ uero radix similiter facit. Nam stercore syluestrum columbarum satis frequẽter usus sum, & cũ nasturcij semine trito & creto pro sinapi usus sum ad ischiadicos, & hemicranicos, & scotomaticos, & cephalæas, & cata pleura, aut æmoplatas, aut tenontas, aut partidas, dolentes diu, & adhuc ad nephreticas & cœliacas passiones, & ad podagricas, & arteticas, cum nondum constitutio sit pororũ in articulis.

D. ORIBASII SARDIANI IVLIANI CAESARIS ARCHIATRI AD EVNAPIVM DE CVRATIONIBVS.

AD CAPITIS DIVERSOS DOLORES.

SI CAPITIS exnimio aëris calore dolor obuenerit, conuenit sine sale oleo roseo & non ueteri inungere cutem capitis, & partius erunt ungenda posteriora capitis loca, in initio: Neq; enim hoc sine ratiōe præcipimus, quia nō in initio medullæ spinali hæc passio accessit. Non inuento autem oleo roseo, de omphacino unges oleo. Si nec hoc adfuerit, camimolo. Pueris, infantibus, uel mulieribus, & quibus molles sunt uel solutæ carnes, quibus expediunt infrigidari loca nimis, hoc modo offerenda sunt adiutoria. Tunc necesse est uti aqua nimis frigida, & si niuata adfuerit, in ea uas in quo oleum est deponendum est. Quod si hæc non adsint, admisces aceti in oleo roseo quartam partem. Nimia autem accēsa ex æstu inflammatione, superaddes oleo roseo succum semperuiuæ herbæ, aut porcaclæ, aut lactucæ, aut oxylappacij: aut sillion, aut omphacion, id est succum uuæ acerbæ. Admisces interdum & de rasuris cucurbitæ succos.

SI DE FRIGORE CAPVT doleat.

D SI autem de frigore doluerit caput, fomentabis bregma capitis de oleo rutato aut laurino. Si autem opus habuerint nimis ut calefiant, euphorbij mittes in oleo modicum, & unges caput oleo nardino aut amaracino, & frontes inlinies de oleo ubi euphorbiū sit tritum, simul & nares, & auriū poros. Quidam autem & pedum plantas ungunt & anū, * & ad uesperum lauet, & sic cibis euchymis utatur non calidis, quales sunt ptisanæ succus, & sorbitiones de alica, & oua sorbilia sine liquamine, & lactucæ frigidæ, & calida brassica. Siccant enim uapores: similiter autem & lenticula. Bibat autem omni tempore aquam. Quod si euertat stomachū aqua, aquæ potioni mala granata immittes, aut malo aut piro ibidem coctis eam sumat. Post hoc autem factum sequenti die lauet calido lauacro, & aqua calida superfundatur sæpius.

DE DIVTVRNA PASSIONE.

DIuturna uero iam effecta passione ex calore aut frigore, & generatis doloribus ex distemperātia, radi oportet caput, & uti emplastris aut cerotarijs ex proprijs medicaminibus. Infrigidare enim, quæ calefiunt, Calidas uero infrigidare distemperātias per ea de quibus sanantur erysypilæ. Calefacere aūt quæ frigida sunt ꝑ ea quæ calefacere possunt, qualia sunt simplicia, de euphorbio unam quidem habens unciam, tres uero uncias ceræ, & olei libram unam.

DE ACRIBVS HVMORIBVS DOLORES capiti ingerentibus.

QVod si ex acribus humoribus capitis dolores fiant, qui in stomacho sunt cōgregati, & uaporibus suis caput inquietent trāsmittendo hos, magis per uomitū euacuari oportet eos qui lædunt humores. Quod si qui patitur, uomere non potest, nutririj eum uelocius oportet cibis bene digerētibus & aptis stomacho,

A stomacho, & hoc ipsum mediocri qualitate, & si post hæc absinthium ei dabis bibere, & cæteras dietas ei ministrabis digestarias, ita ut hora tertia aut quarta panis quid offeras, tantũ quantum sufficiat, & post datum spatiũ penè horarum quatuor lauet. Si autẽ aliquis solum panem edere uoluerit, oliuas aut uuam passam, aut dactylos, aut hijs simile dabis quod suauius est. Malas igitur passiões, ex malis in stomacho consistentibus humoribus, ut etiã in tunicis uentris imbibantur, has euacuari oportet per aloiticum pigra. Si autem calore similis & uentositate spiritus capitis dolor efficiatur, initio quidem ex hijs quæ infrigidant & reprimunt curatio est adhibenda. Post hæc admiscemus aliquid ei quod reprimere potest mitigatiuum, uel quod digerere potest, & sic addimus aliquid diaphoreticum, subducentes paulatim quæ reprimũt, aut amplius quod extenuat & digerit, modicum autem quod reprimit.

DE CONSTIPATIONE IN PORIS.

SAepius autem constipatio fit in poris uaporosis uentositate spiritus, sic & humor pinguis & glutinosus, sic ut uix in multo soluatur tempore facta sessione. Si autem supra mensuram febrientis capitis dolores extiterint, nõ manifestantes crisim, frigidis qualitatibus & uirtutibus sunt adhibenda adiutoria, qualia sunt oleum oxyrodinum, id est oleum roseum cum aceti quarta parte, & papauer coctum in oleo. A uino autem abstineant qui dolorem capitis patiuntur, & quæ infrigidant adhibe. Si enim calidi sint uapores qui caput lædunt, roseum oleum eis sufficit, & nõ satis frigidũ adhiberi debet. Expedit autẽ eis requiescere & dormire, & ad uesperũ lauare, & sic cibis euchymis utantur, non calidis, quales sunt ptisanæ succus, & sorbitiones de alica, & cæteri superius descripti. Post hæc iterum dormiant & requiescãt. Lauent autem alia uice, & sic
B accipiant cibos similes. Quod si non sufferunt aquæ potionem, uinum album aquosum bibere permittas, & manducẽt pisces aspratiles, molles carnes habentes, & pipiones coctos sine liquamine, & uinum aplozomum ex aqua sola & oleo & anetho, & porros modice coctos, & salem mediocriter supermittis. Remanentibus uero aliquibus in capite uaporibus humorum constrictis uel constipatis, dolorẽ generantibus, roseum oleum iam nõ adhibebis, sed carminolo oleo uteris calido mediocriter. Post hæc admiscebis ei interdum quidem amaracinum, interdum autem nardinum.

DE DOLORE CAPITIS EX PERCVSSVRA.

SI autẽ ex percussura caput doleat, uel ex aliqua ruina contigerit, cognoscendũ est si nulla est inflammatio, aut tumor in testa capitis. Quod si intus inflammata sunt loca, non sine periculo erit talis capitis dolor. Existimare autem oportet, ut prius à phlebotomo & clystere ad hæc in initio faciat curationes, & fomentationẽ cũ spongijs, & pilumitas molles lanarũ oleo calido infusarũ supponere, & alia facere, quæ ad inflammationes fieri expediunt.

DE CEPHALAEA DIVTVRNA, ET quæ difficilis est ad soluendum.

CEphalæam Græci uocant, quando commotiones accessionum nimiæ & paruæ occasiones incedunt, ut neq; sonũ, neq; clamorẽ sustineant. Oportet autem cõtemplari prius si plenitudo est quæ hãc facit, aut inphraxis, aut inflammatio aliqua. Cognoscitur enim sic. Hæ enim quæ cum grauitate doloris fiunt, ex plenitudine generantur. Quæ autẽ cum mordicatione, ex uapore acrium humorum. Quæ autem cum pulsu doloris fiunt, ex inflammatione membranarum capitis fieri.

C CVRATIO. Si cum grauitate ex plenitudine fiat dolor, interiores membranas inflammatio tenet. Si igitur plenitudinis causa humor inuenitur, aut uapor sit, totius corporis plenitudo est. Totum ergo corpus euacuandum est phlebotomo & catartico. Si autē ex imbecillitate capitis accessiones fiant, antispasin materiæ ex toto corpore facies, & sanabis caput. Antispasis autē fit per clysterē & ligaturas extremis partibus, & frictiones similiter. Sæpius uero etiā per uomitum sunt euacuandi. Curabis autem loca aquosa quidem unguentis antispasticis, id est quæ extrahant & non reprimant. Post hæc autem quæ euacuent, & sic quæ corroborent. Reprimit igitur omphacinū & roseum & oxyrodinum, & papaueris decoctio cum oleo: uel oliuæ folia cocta cum oleo & hedera, & de cimis mentæ uiridis confectum oleum. Adhibebis autem hæc tepida super frigidi & crudi humoris plenitudinē existentem. Frigidum autem adhibebis super calidum & cholericū: deferri autem calidum oleum & magis uetus, & anethinū & sicyonium. Quod si pinguior est plenitudo, spondilion & herpillon coquendæ sunt in oleo, aut pulegij comæ, aut calamentis, aut menta. Euacuant autē humorem pinguem hæc, & uirtutem imponunt locis ipsis, propter quod usq; ad integram sanitatem hijs uteris, & cum ex hijs iuuari cœperit, purgabis caput per nares, & palatum, & sternutamēta adhibebis, & in balneo fricari oportet caput cum sindone aspera, & superasperges salem, & nitrum, & sinapi sine oleo.

DE CEREBRI INFLAMMATIONE.

INflammatur cerebrum sæpius & inflatur intantum, ut distendatur & aperiatur sutura uel cōmissura testæ, & est ista passio pessima, ita ut in dies tres, D aut septem moriatur. Si autem hos euaserit, saluabitur. Cerebrum autem cū intumuerit ab inflammatione consurgūt tempora altiora, & aurium auditus obtunditur, & uenæ eriguntur, & pulsant febres. Interdum & rigor accidit, & dolores molestant. Nunc leuiores efficiuntur, nunc iterum consurgunt grauiores, & nunc nō sustinet uociferationes in dolore, & nunc surgit à lecto, & iterū mox ad lectum festinat se proijcere, & cum cœperit intumescere cerebrum, habet inflammationē. Rubor apparet nimius in uultu, & oculi foras propellunt, sicut strangulati proueniūt, & intumescit facies, & totum caput interdū, & collum, & thorax. Quibusdam autem & dorsum intumescit, ita ut ex ipso tumore crepet cutis. Alijs autem nō crepat, sed uesicæ fiunt similes uelut ab igne. Hæc autem passio fit, & non solum intrinsecus inflammat cerebrum, sed & in tunicis eius etiam extrinsecus meninga pertunditur & frangitur. Vocatur aūt testæ membrana, ubi tales pessimæ contingere solent passiones. *Meninga.*

CVRATIO CEREBRI INFLAMMATI.

MOx in primis phlebotomandus est de brachio, & maxime ut uena diuidatur incisura maiori, ut multo cum sanguine calor similis multus exeat. Post hæc aūt si gustus permittit, & secus nares & sub lingua uenas incides. Similis quidem & apopheresin facies inflammato cerebro: & hæc cum diligenter feceris, celerius ad alias curas, quas locales uocant, festinas succurrere. Erubrocas autem capiti de hydroleo aut uino & oleo, sicut & alijs membris inflammatis facies. Post hæc uteris & cataplasmate quod infundere possit paulatim. Rades autem caput, & sic pones cataplasma de pane & farina in hydroleo factum, aut de lini semine similiter factum. Nihil uero nimis calidum adhibendū est. Sed & clysteris in primis mollis aut lenis sub reumatisante uentre, ut escæ deponantur, & quæ latere uidētur in capite. Vrgente igitur malo expulso, melius

A lius fiet & ad uocis admissionem, & oppressionem uel suffocationem, & acredinem expurgat & deponit. Oportet autem & uentosas assumere, sicut consuetudo est facere in sinancicis. Vna enim est causa, sed locis differt. Quid enim distat inter gulam & cerebrum? Vti autem etiã medicamine, quod paulatim mitius soluere possit uentrẽ, & post hæc declinatione accedente, & causam inflammationis minuente, uomicam per os faciet quodlibet medicamen. Optimum autẽ & urinã prouocare, & ab initio, & in extremo, nõ acribus diureticis rebus.

DE ERYSYPILIS IN CEREBRO FACTIS.

FIunt autem & in cerebro erysypilæ, quemadmodum in extrinsecis membris, sic & in cerebro. Hoc enim patitur, cui fit dolor capitis totius, & uidetur in eo esse ardor, & non sustinet posito uno loco capite, sed mutat de loco in locum, non ferens straturæ calorem, & adhuc infrigidare illud desiderat, & uultus in eo frigidus est, & pallidus, & sitis nimia, & desiccatur os.

CVRATIO. In primis mox phlebotomabis eum de brachio, & maxime sub lingua, & adhibebis quæ infrigidãt, qualia sunt strychni succus cũ oleo roseo cataplasmate. Sed & de uasis quæ de terra facta sunt, luto facto, inlinies: hijs adhibitis euacuabis etiam uentrem forti medicamine, febre non existente. Sin minus, clystere: Sin uult uti uentosis, cum nimia flamma appones quæ possint extrahere erysypilas in summam cutem. Cibos autem dabis, qui neq; frigidi sint neq; calidi. Nam in capite adhibebis quæ infrigidẽt & humectent. Optimum autem est foris apparere erysypilas. Nam cognosces hoc ex rubore si uenerit in facie & collo, & non in primis, sed postea apparuerit.

B

DE HEMICRANIO.

MEdij igitur capitis dolorem aliqui patiuntur, qui desuper fluente uapore & humore, aut permixtis ambobus fit. Purgari ergo eos aut phlebotomari oportet in primis, aut catastico, & sic localibus curæ uteris adiutorijs. Fricabis autem loca de sindone, & digitis manuũ mediæ partis capitis & maxime temporum musculum ante accessionis horam, & post commotionis tempus hemicranicis adiutorijs. Si ex calore sit dolor, adhibebis quæ habẽt aliquid frigoris adiutoria. Sin uero ex frigore sit dolor, calidis uteris medicaminibus. Vtrisq; autem admiscenda sunt quæ corroborant, id est stipticam habentia uirtutem. Optima autem est inunctio calefaciens, quæ recipit euphorbij unciam unam, ceræ unc. III, olei libram unam, & aliquid de extenuantibus: Vngi autẽ oportet mediam frontem qui patitur, cum temporis musculo. Vtilissimũ enim est ad frigidã distemperantiam. Sæpius igitur illitus, & ante balneum semel illitus, dolorem amputabis. Iuuat autem patientes si sit cum oleo tritum euphorbium, & tepidũ in aurem infundatur: sit autem olei libra una, & euphorbij uncia semis. Ad sisocephalos, Sthoica iba dacũ aqua aut mulsa bibere, aut cataplasmari.

AD ALOPECIAS ET OPHIASEOS.

ALopecia & ophiaseos communis est, & cõmuni curatione opus habẽt. *Ophiasis.* Vocatur autẽ ophiasis propterea, quia schema simile est coloris serpentis. Alopecia autem, quia uulpis similat colorem. *Alopecia.* Hæc autem passio frequenter comprehenditur ex pessimis humoribus in capite consistentibus, & latine tinea nominatur. Vnde speciem malitiæ ipsius color cutis capitis ipsius ostendit. Albida enim existens, de phlegmate fieri significatur. Subnigra autem, ex melancholico humore fit, pallida & subrubea ex cholerico humore generatũ. Vnde in primis malos humores euacuari oportet de aloẽ & coloquintide catapo-

C tijs. Quæ recipiunt aloë patite ʒ VIII, coloquintidæ ʒ IIII, ſcamoniæ ʒ VII, abſinthij ſucci ʒ IIII. Cum ſucco autem braſſicæ facias catapotia, & dabis ſecundum uires uel ætatem, aut certe gira. Si autem melancholicus humor generat, helleborum nigrum eis admiſcebis, aut gira dabis. Si autem cholericus fuerit, ſcamoniam: purgabis autem totum corpus, & capiti adhibebis purgationem, deinde localibus adiutorijs ſubuenies eis, quæ diaphoreticæ, uel leptomeris ſunt ſubſtantiæ. Si autem ea ſunt quæ diaphoretica ſunt, & extrahere ſanguinem poſſunt, quemadmodum tapſia, optimum utiq; eſt adiutorium. Radi igitur oportet caput, & fricari conſiderando. Si enim cum modica fricatione rubuerit caput, cito ſanabitur. Si autem poſt diu, difficilius ſanabitur. Contemplari autem oportet poſt adhibitum medicamen, ne utiq; per nimietatẽ pluſquam oportet aut competit foris calefaciat cutem. Manifeſtum eſt autem hoc rubicundo colore apparente. Superuſtulari enim periculoſum eſt cutem ſæpius hoc ipſo utendo à nobis, ſed tranſire debemus ut molli utamur medicamento, ut reſoluamus uirtutem eius, cerotum aut adipem admiſcentes. Adhibenda ſunt autem hæc in aëre calido, omnino talia adiutoria ſine aura ad ſolem: in hyeme autem, in balneo. Quæ expediunt medicamenta in tales paſſiones, calidius eſt euphorbiũ, & poſt ipſum tapſia, & ſinapis, & cardamomus, ſecundum utrunque modum nec in ullo eſt minor liminiſtris, aut adarcis, & bernicarion, & ambo hellebori, & erucæ ſemen, & oleum laurinum, alcionia utraq; uſta, & radices calami, & cortices uſtæ, & pix, & cidria ſiue ſoricum ſtercus, & adeps anſerinus, & amaræ amygdalæ totæ uſtæ. Hijs ergo fortiſſimis medicaminibus liquidum cerotum admiſcendum eſt. Imbecilliora autem infundenda ſunt oleo laurino, aut liquida pice. Diuturnas autem paſſiones, & quæ difficile ſentiunt, fortioribus medicaminibus curabis. Moderatas autem, & eas quæ facile ſanantur imbecillioribus curabis adiutorijs.

D

AD DEFLVENTES CAPILLOS.

CAdere capillos facit raritas cutis in capite, & unde nutriuntur ſubſtantia non ſupercurrente. Contemplatio autem eſt ſanitatis ipſorum attrahendo ſanguinem, & conſtringere largam pellem per aliqua talia medicamenta, qualia ſunt ladanum, & lentiſcinũ oleum. Hæc per ſe faciunt: Helcicen enim, id eſt trahentem & continentem habent ambo uirtutem. Adinueniri excogitando poteſt utile quidem medicamen ad capillos cadentes. Mixtus ladanus cum oleo ſcinino, id eſt lentiſcino, manifeſtum eſt, raſo capiti pinguius oportet adhiberi medicamentũ, tonſo uero humidius. Multa autem exiſtente raritate cutis, exiſtimandum eſt plus utile eſſe, admiſceri pro ſcinino ſuper ladanum myrtite oleum, & ſi hoc defuerit, nardinum in frigidis ætatibus, & tempore calido, & in hyeme. Ante medicamenti autem unctionem, fricationem adhibe capiti. Contingit autem ut cadãt capilli ex ægritudine ſæpius: dieta autem ei opus eſt recuperatitia, abſq; medicamine enim multos ſanauit perfecte. Eſt autem & quando ſine ægritudine cadunt capilli, in quibus quæ dicta ſunt utimur. Aut corticẽ ſambuci incendes, & carbones eius cum cerote admiſcebis, & uteris, augmentat & ſpiſſat capillos. Quando iam non cadunt, githe in cenſo uteris, & cũ aqua teres, & impones hæc ubicunq; uolueris naſci pilos: maxime autem in ſupercilijs ſi non ſint, aut palpebris. Quod ſi ex igne uſtis locis capilli nõ fuerint, ficus folia uſta trita & impoſita cum oleo, faciunt naſci pilos.

A

QVAE CORRVMPANT PILOS aut capillos.

TRes sunt differentiæ, quæ corrumpendo tollunt pilos, & nudant cutem, & dicunt, Græce psylotra, quæ euellunt & rumpũt pilos ut omnino nõ appareant. Sed hæc quidem cautam inunctionem habent. Sæpius enim nõ solum si inliniantur loca nuda remanent pili, sed & cætera ex hijs conficiuntur ut nuda permaneant à pilis: alia uero uestiunt se, alia tenuiores pilos faciunt de grossis exire uel renasci, qualia sunt lixiuiũ à saponarijs. Vtilis est & arsenicus, & sandaracis, & calx uiua: fortiora scilicet hæc quæ corrumpunt imbecillioribus mixta. Tenuiores qui facit, proiectoriã habet uirtutem: horum autem mediocres sunt, hordei, & fabæ, & herbi farinæ, aphronitrum & nitrum. Vsti autem, ad grossos & longos uel duros pilos, uel capillos extenuandos. Vstum nitrum, & ciramidon & glibanum, & ossa ostrearum, & pumices non usti, & usti cirices, & porphyræ, uel aliæ ostreæ, uel cochleæ ustæ sippiorum, & nõ ustæ alcionum, & hellebori utriq;, & brioniæ radices. Volens autem hæc facere bene olere, admiscebis ciperum, & melilotum, & rosas, & amomum, & schinoantis, & cinici syluestris semen, terens cum oleo suprafricabis, & cadent capilli, & melle nõ cocto dropacizas qualem uolueris locum, & non iam renascentur, & nudum facient locũ. Item aliud. De calce uiua partes duas, & arsenici partem unam, hæc mitte in mortario plumbeo, & aquam supermitte aut ptisanæ succum, & cum plumbeo pistillo tere, donec nigrum fiat, & calefacito, & inline. Item aliud. Orizã aut fabam siccam purgatam, aut ptisanas coques in aqua, & succis exinde uteris pro aqua, & admiscens arsenicum & calcem, coques psylotrum

B

secũdum cõsuetudinem, & post hæc admisce smyrnæ ∻ I, mastiche ∻ I, pumice asso ∻ V. opobalsamo cochlearia duo, & uteris.

VT CANI NON NASCANTVR.

TOlle coloquintidam acrem, & pertunde eam, & de intus purga diligẽter, & ita imple eam de oleo laurino, & adde iusquiamum & arsenicũ, & non teras, sed stet sic die una, & unge exinde semel in anno, & pueris faciet pulchros & spissos capillos. De nucis uero cortice usta & trita cum uino inline, loti uero arboris, quam ros uocãt sutores, folia eius cum cameli stercore usta, & cũ oleo illita, rubeos faciũt capillos, lupini cortices infunde in oleo diebus VIII aut X, & postea inlinito balneo. Si fiat autẽ arboris ipsius quouis modo decoctio in nigros. Nigros autem capillos inline gallæ decoctione infusa, & chalcãti, & sidiæ, & ladani cum myrtis inunctio utilis sit. Oleum autem ex syluestribus oliuis quotidie illitum, & magis myrtite in hijs infusum, tardius facit augmẽtum ad crescendum capillos absq; pubertate: Illitum uitis lachrymum cum oleo, & uiridia sarmenta incensa sudantia humorẽ, cum fabæ farina ex eo cataplasmet.

DE FVRFVRICVLIS IN CAPITE.

FVrfuriculæ in capite de pessimis exurgũt humorum liquoribus. Consideratio autem est ut consumatur hoc ex hijs quæ proijciunt & digerunt medicaminibus, ut purgetur corpus repletum quadam cacochymia. De hinc uolentibus confortare caput, admiscenda sunt stiptica, qualia sunt hijs competentia, furfures cinicos mesa infundes in aquæ sextario uno, & post fricabis manibus & colabis, & ex hijs succum coques cum aceti media hemina, donec uini pinguedinis fiat, & ex hoc totum caput infundes, & sic postea lauabis in aqua ubi betæ fuerint decoctæ, aut fœnogræcũ, aut lupinũ. Vnges autem caput olei

C irini fecibus. Hæc uteris, quia utilissimum & operatiuũ medicamen est. Item aliud. De terra cymolia & sulphure uiuo æqualia pondera tere cum aceto, & in balneo inline, & calida lauabis aqua: hoc autem inungi oportet non solum in balneo, sed & absq; hoc. Nam uirtus eius est ad hanc passionem multum necessaria. Item aliud. De lithargyrio, ruta, oleo, aceto cotylas quatuor teres, & caput inlines. Videtur mihi hoc multum esse utile experimento nimio.

DE PEDICVLIS.

GEneratur sæpius in capite pediculorum multitudo de subito congregata in profunda cute, ex superfluitate humorum mediocriter calidorum surgentium. Oportet igitur adhibere desiccatiua medicamenta, & euacuare, & extrahere cõsueta, qualia sunt cydria, pediculos & lentes occidit, & hederæ gummi uel succus similiter facit. Sed & staphisagriæ duabus partibus, sandarace & nitri una parte, una cum aceto & oleo perungitur caput. Oxylappacij radices cũ oleo similiter faciũt, aut helleboro albo & staphisagria, & nitro æqualiter in balneo cũ oleo uteris, aut de aqua maritima, aut salmoria acri cũ aceto fomẽtabis.

DE ACORIS ET CIRIASI.

ILlæ uero quæ uocantur acoræ in capitis consistunt cute, tenues nimis pertusuras habentes, per quas fluit liquor, quod nos tabem existimamus esse: unde & acoræ nominantur. Humor autem qui exinde fluit glutinosus est mediocriter. Similis est etiam ei passio & ea quæ uocatur cyrion. Sed foramina maiora habet, humorẽ circuntenentia melli similẽ. Cõtemplatio ergo est ut euacuentur qui sunt in locis ipsis humores, & quæ desuper fluunt prohibẽda sunt. Euacuabis igitur caput, & ante omnia totum corpus, sicut in alopecijs dicta sunt. Parua enim existente passione, sufficiunt in tales passiones sæpius localia adiutoria adhibita, qualia sunt quæ extenuant & digerunt pingues humores. Aliqua autem medicamenta ad eas quæ incipiunt acoras, quando sine aliqua superfluitate est totum corpus, quæ sunt stiptica uirtute, qualia sunt mystæ, & piceæ cortices, & rubus. Aliqua autem resistentes augmentãt acoras, ubi quidem reprimitur quod supracurrit. Vbi digeruntur quæ continentur, miscendæ sunt eorum uirtutes, qualia sunt myrtite oleum, & roseum, & sciminum, id est lentiscinũ, capperi, & lenticula. Aliqua autem & mediocriter si sunt in summa cute adiutoria quæ digerant, & proijciant sine sensibilitate caloris, qualia sunt betæ, & usta cymolia. Aliqua autem istis fortiori sunt uirtute, ut etiã euacuare possint pingues satis & glutinosos humores, unde acoræ sunt generatæ, & durissima sunt, & dissoluunt eas, qualia sunt sal calcitheus, & fex uini usta, sandaraca, & calx uiua. Acetum autem utilissimũ est in omni tempore ad acoras. Extenuat enim eas, & digerit, & reprimit. Oportet autem acre acetum esse, & nullum in se habeat uini saporem. Cum hoc enim admiscebis aliud ex alio de metallicis, ut sanentur acoræ. Suscipere autem cõuenit ad imbecilliores, & maxime si cum doloresint, cymolia. Ergo in hijs utilis est & cidria, & samia, aut pompholix, & spodium, & lithargyrium. Nihil autem hijs peragentibus, diacasti puluis soluit, & linis infusam cum aceto acerrimo. Hijs, si tibi uisum fuerit, addes lithargyrij alterum tantum, & cum aceto miscebis. Non autem inuento diacasto, tũc incendes castam, & cinere illo cum aceto uteris. Hoc autem opus est illis fieri, qui scirosarci sunt, id est duras habent carnes, & non delicatas & molles. Quando autem inflammatæ acoræ cum dolore surgunt manifestæ, paragoritas eis prius quæ digerant, & malaxent absq; aliqua mordicatione, qualia etrica sunt, id est ad ani dolorem pertinentia.

Acora.

D

A

AD SCABIEM IN CAPITE, ET SYCODES, & ACORAS GENERATA.

IN capite scabies generata, rutam & stipteriam teres cum melle, & lines ablatis capillis, aut sulphur uiuum & staphisagriam teres, & cum pice liquida miscebis & inlines. Ad parua autem & spissa & rubra ulcera in capite utili simi lia ex quibus tabo fluit, rades caput, & lini semen teres, & cum melle cataplasma impones. Cōchylia ustulabis, & trita cum aqua cataplasmate impones. Fit autem & aliud ulcus in capite, quod sycas uocant, & curabis illud sic: Capita sardinarum incendes, & bulbis coctis cum cinere suprascripto aceto mixto uteris illitis. *Sycæ.*

AD OCVLORVM CAVSAS, DE TARAXI & SPLENDORE IN OCULIS.

TAraxis, id est cōturbatio de fumo facta uel de caumate, aut puluera ut intus uisui incidat, requiescit facilius si discedant à fumo, & caput cooperiant, & discedāt, & in umbra deambulent. Fomentent autē oculos de coctione chonion: In primis quidem tepida ex aqua dulci, frigida autem postea, & si splendorem fugiāt, & succludant oculos in aëre, hoc modo componentur. Nihil aliud opus habent, nisi solum ut minus accipiāt cibos, potione uero utantur amplius propter æstum. Si autem somnus accidat profundus, & oculorū aliqua causa suspecta sit, hijs ergo neq; à balneis remouendus est usus: cibentur autē cautius. Oculorum aliquibus accedentibus doloribus quiescere oportet, & superungere palpebras de rosis, aut croco medicamine confecto, & hijs non inuentis, tunc lippes & in nocte factæ glutinationes purgantur & leuigant bene de pusca loti, & cum ipsa aqua frigida, & siccatum aliquid in oculis ex lachry-

B mis mitius faciendum est: iuuat autem eos & uentris subductio.

DE PHLEGMONE OCVLORVM.

INflammatione cum dolore si oculi fuerint comprehensi, medici erit labor ut sanet. Quod si artifex præsens nō fuerit, interim subuenire eis quæ possibilia sunt beneficijs medicinæ p̄sentialibus, ut nō aliquid pessimius incurrāt. Cibis ergo abstinētia indicēda est, & requiē adhibere oportet, & ad caput altior fiat appositio, & lucorē uitare & sonitus uocis, & neq; alijs aliquibus motiōibus dolores augmentet, & pedes fricentur, & cōstringantur ligaturis extremæ partes. Mitigatis autē doloribus: facit enim ad inflammationes oculorū herba uiolæ superposita, & lac mulieris recens cum ouo & oleo roseo extrinsecus imposita. Reumate autē molestante, anacolimā talem facies in fronte: libanū tritum, & farinam tritici, & oui albumen mixtum, & altiorem habeat appositionē ad caput, & requiescat, & ligaturis utatur in extremis partibus. Causa aūt existente ex acrireumate, in chimatizas dulci lacte & oui liquore tenui: lippes autem absterges leniter & molli spongia. Magnis autem existentibus epiphoris, id est inflāmationibus cum doloribus nimijs, cataplasma impones tale. De opio ʒ I. rosis siccis ʒ IIII. Croco ʒ I. & supermittes melilotæ decoctionē aut sapam.

DE CALIGINE.

SEnioribus autē solet contingere caligo oculorū, & gubernare se debēt per frictiones & uectationes, & mediocriter uti cibis & acribus, & caput pectere, & absinthiū bibere anteq; cibos accipiat, & thymi & origani oxymelitos scilliticos, & inungi hijs quæ ad caligines expediūt. Cōuenit autē & sternutamenta mouere & caput purgare per apophlegmatismū: de melle autē per singulos dies inlinere palatum, ut abundantius projjciant phlegma.

C

DE ORDEOLIS IN OCVLIS.

ORdeoli autẽ in oculis nascentes in palpebris fomẽtandi sunt cera alba ad diaphoresin faciendã. Oportet autem remissam ceram calefactã cum spato melle apponere: digerit enim & galbanus, cum modico nitri appositus. Quidam autẽ de pane cataplasma imponũt, & cum soporati fuerint aperiunt.

DE NYCTILOPIS.

AD nyctilopas autẽ patentes epar hirci assume, & eas ex humore qui ex ipso defluit, dum assatur inunge, & ipsum epar dabis ad edendum, & asini recentem fimum per linteum colabis, & inunges. Viuus autẽ est, quando in die inculpabiliter uidet, & nocte ueniente peius non uidet.

AD PERCVSSVM OCVLI.

QVibus autẽ ex percussu oculi sanguinolenti fiunt, in initio adhuc inflammatione existente, oculum columbi sanguis calidus aut turturis inchimatizatus purgat, & fomentatio cũ spongia, salis modico cum aqua admixto, si non tunica oculi læsa est. Quod si aliquid tale contingat, aqua sola fomentabis. Bene utiq; fit, si cũ lana ouum cum oleo roseo mixtum leuiter superponis oculo, & stibij uiridis folia cataplasmate iuuant. Facit autẽ & oui uitellũ in foco duratũ, & cum uino tritum cataplasmate impositũ. Sed & de folijs brassicæ cataplasma impositũ similiter operatur. Diuturna autẽ eorum si permaneat causa hæmalops dicitur, hyssopi autẽ comam teres, & ligabis cum linteo, & depones eã in aquã feruentẽ, & leuabis, & appones oculis, & subsequẽt sanguis ipsum

D linteũ expressum. Consistentem autẽ tumorem ex percussura, fomẽtabis cum spongia frequẽter, & sic postea nouam spongiã in pusca infusam superpones. Inueterata uero passione facta, sinapẽ tritam cũ aqua appones sine intermissione, & auferes.

AD PILOS ADVLTEROS IN PALPEBRIS.

PIlos adulteros in palpebris nascẽtes quidã cum bursella tollũt, & post modicũ dolẽt amplius renascentibus pingis & pungẽtibus. Prius ergo quàm euellantur, utilius est glutinari eos ad ordinales pilos de pice & gummi. Optimum autẽ medicamen fiet hoc modo confectũ. Mastiche, & cera, & libanũ, & pix sicca in unũ adunata masticanẽ simul, donec se adunando permisceãt, & facies ex hoc trociscos, & repones, & cũ opus fuerit tolles spato melle calefactũ, ut resoluat medicamen, & tanges pilos ut glutinentur.

AD OCVLORVM DOLOREM EX NIVE.

SPatum melle mittẽtes in oleo ut coloretur, de succo eius inungimus. Triticum uero super laminam ferri igneam assantes, & terentes cum uino, inungimus palpebras.

AD EOS QVI IN PALPEBRIS PILOS non habent, aut quibus ceciderunt.

SOricum stercus, & de hirco stercus ure, & de calami græci cinere duplum cum melle miscens inunge. Hoc & melius iuuat, & reuocat pilos.

AD VLCERA OCVLORVM.

CRocum infunde in lac mulieris & tere, admiscens, & gummi albo mediocriter ut contineat crocũ, & conficiẽs collyria cum lacte mulieris utere.

AD CAVA VLCERA.

YStineos tere quàm tenuissime, & gummi alterum tantum adde, & cum aqua pluuiali tere, & faciens collyria cum lacte mulieris utere.

A

AD LEVCOMATA, ID est, albugines.

ALbugines cito sanat nitrum cum oleo tritum diligenter, & inunctum: aut sippiæ ossa trita & melle consperſa & usta, & trita inunge. Aliqui autem & de succo aminonis utriusque inungunt.

AD MAVROSIN ET HYPOCISIN, id est, cataractas.

MAurosis autem omnis, & inchota hypocisis, curantur ita: Vulturis felle partes duas, & prassij succo, & melle attico partem unam, aut maratri succo, & felle tauri recente æqualiter de succo cum duplo mellis, aut felle ursino cum aquæ duplo.

AD CALIGINEM OCVLORVM.

CApno herbæ succus caliginem oculorum abstergit, ad se trahens non modicas lachrymarũ effusiones. Libanotidus quoq; & radicis eius herbæ succus melli mixtus caliginem factam ex pinguedine humorum curat, facit autem & prassij succus cum melle. Lactucæ uero syluaticæ succus à reumate & nebula abstergit, & ad usturas facit cum lacte mulieris inunctus: Malogranati dulcis granorum succum exprime, & mitte in uase æreo, & linteo circunda & liga, & pone in sole, donec pinguedinem habeat mellis, & æqualiter ad ipsam mensurã mitte de melle, & cõmiscens in uase testeo serua. Inueteratum enim melius fiet. Cum autem dormitum ambulaueris, inlines oculos de hoc medicamine leuiter. Hoc autẽ utilissimũ est pictoribus, & aurificibus, & lectoribus, & scriptoribus.

B Item aliud: Geenæ felle cum melle attico mixto utere. Hoc enim caligines abstergit, & inchoantes cataractas reprimit. Inueteratũ igitur melius fit.

AD PTYRIGIAM.

PTyrigia, id est, unguicolum si inueteratum iam obduruerit, per chirurgiam curandum est. Parum uero existens, & adhuc molle, curari potest medicaminibus. Ignonoccos, id est, finicionis succus cum duplo mellis inunctus, & sippiæ ossa usta & mixta sali orictus, reliquat & sanat in oculis ptyrigia.

AD TINCTVRAM ALBVGINVM, id est, maculas.

PIngues igitur albugines hoc modo curabis: Malogranatorum dulces carnes teres addendo paulatim aquam, & facies ut sint bene tritæ, & ex hijs unges: nam & de iusquiami succo inunctæ, in XV diebus extinguunt, ita ut nec uestigium appareat in uno anno.

AD PVLCHROS REDDENDOS OCVLOS.

PVlchræ fiunt palpebræ, & maxime hoc fit pueris, & molles habentibus carnes. Stimeos ℥ XVI, plumbo usto ℥ VIII, lipidum calco ℥ I, croco ℥ I, rosarum floribus smyrnis, nardo indica, pipere albo, libano masculo, ana ℥ I, dactylorum ossa numero XXX. Omnia hæc mittens in olla rudi assabis nimis, & teres in mortario, quibus addent opobalsami cochlearia 2, teres simul, & sicco puluere utere.

AD REXIN OCVLORVM, id est, rupturam.

LYthon hæmatiten fricabis incude cum lacte mulieris, & ex hoc in die sæpius inunges. Item aliud: Agni folia teres cum aqua, & alphita, & cataplasma impones.

C AD PALPEBRAS PINGVES, ET SVB-sanguineas, & miligranij similia habentes.

IN uersas palpebras frica cum spato melle calido, aut cum folijs ficus, & cum melle inline, aut de uino austero cum melle mixto superinunge.

AD PSORAPHTHALMIAM, ID EST, scabiem in oculis.

MAlogranata dulcia & acydonica, succos eorum coques ad pinguedinem mellis, & linies. Distorticatas autem palpebras sanat fici humor illitus, & sale aut nitro utere.

AD DVRAS PALPEBRAS HABENtes, & difficile mouentes.

MEdullam uituli & cerui æquali pondere mixtas, cum oleo roseo cataplasmate superpones, aut terebinthinæ partes sex, & lithargyrij partem unam cum cera & oleo resolues, & in linteo induces, & superpones.

SI ALIQVID IN OCVlos incidat.

AQua aut lacte inchimatizas lauando, aut melle, aut oleo inunges, lachrymas mouendo, attendat in uino, aut aqua. Quæ autem infixa sunt, resina recenti tanges & tolles, aut capillus sit & maxime hominis, aut porcinus pilus. Quæ autem infixa sunt cum bursella leuabis, & cum lacte mulieris lauabis.

D AD PEDICVLOS IN PALpebris generatos.

SI autem pediculi in palpebris, aut supercilijs fuerint generati, curabis cum melle & uino, inuncta sandarace & staphisagria.

AD EGYLOPAS.

EGylopas curabis, quibus non in profundo ossis corruptio est, anthemis folia, id est, camimolæ, masticata & superposita bene faciunt, aut egylopæ herbæ quæ in frumentis fit, succus eius cum farina tritici cataplasmatus sanat. Plantaginis uero folia masticata, & superposita bene faciunt. Post autem si eruperit, nucum maiorum nucleus masticatus & superpositus, donec cicatricem inducat & sanet, ipse ponatur, aut propuleus, & terebinthina cum alica in linteo inducta, aut stipteria cistis sufficienter resinæ terebinthinæ admixta emplastris apposita sanabit.

AD CALIGIA.

CAligiati autem euentant digere caprifici cocti, & cataplasmati, aut fici folia, aut sagapinum superpositum resolutum cum aceto.

AD AVRIVM PASSIONES.

DE SVRDIS.

HVmor quidam in aurium poris constipatus, difficiliorem facit auditum, ita ut quidam nec audiant. Oportet ergo hos quotidie lauari cum auriculario clystere, eos quidem qui minus audiunt de aceto albo cum æquali mensura calefacto cum nitro trito: & post hæc iterum lauari aqua calida, & sic inchimatizari hijs quæ ad dyssicorias scripta sunt, qualia sunt hellebori nigri radices tritas cum aceto & melle in aurem mittes, & dimittes medicamen usque dies quinque intra aurem esse, aut cardamomo quod abundet, & nitro quod sufficiat, & confestim leuiabuntur.

AD DOLO-

A

AD DOLORES AVRIVM ex frigore.

DOlores in auribus si ex frigore fiant, quæ calefaciunt sunt adhibenda adiutoria. Curabit citius, si cepe, aut allia in oleo coquantur, & in aurem ipsum oleum mittatur: nam & euphorbij modicum in oleo tepido mixtum, aut piperis puluis diligenter tritus, & cum oleo calido in aurem missus, iuuat. Iuuat autem & amaricinum oleum, & optime nardinum, & rutatium de extenuantibus, & non de oleo stiptico.

SI AQVA IN AVREM INTRAVERIT.

SI autem intra aurem aqua introierit, frequenter oleum tepidum est in aurem mittendum, & sic cum lana molli detergendum, & iterum oleum mittendum est. Mitigat autem & oui albumen quod est lachrymum, & lac mulieris, si in aurem mittatur. Omnia autem quæ mittuntur in aurem calida esse oportet. Sed & adeps anserinus eos bene iuuat. Si autem aliquis in uno pede, qui ex ea parte est quæ patitur stet, & caput in parte ipsa inclinet, & sic cum illo pede saliat, multum iuuat: & si aliquis ipsam aurem in quam aqua intrauit, sugat alteri, liberabitur.

DE AVRIVM INFLAMMATIONIBVS.

INflammationes aurium oleum nardinum cum modico basilico resolutum, & in aurē missum, iuuat. Quod si nimij dolores surgunt, necesse est hijs uti quæ stuporem faciunt sensui. Muliebri ergo lacti admiscens oui lachrymum, opium miscebis. Misce autem & castoreum, ad nimios dolores æqualiter, ad le-
B niores autem duplum. Liquida autem sit sapa in qua soluantur. Præparari autē utile est ex multorū admixtione medicamen. Oportet autem nullo modo tangi aurium poros, quando dolores insistunt. Fouebis autem cum spato melle, ligatam habēs in summo lanam mollem, & sic cum eo medicamen in aurem fluere facies tepidum, illitum spato melle super initium auris porotenus, ut sic in profundum decurrat. Hoc frequenter & sine intermissione facies, & quod cucurrerit extrinsecus, in quantum possibile est non tangat, sed intro tantum penetret, quantum suscipit quod mittitur. Repleta autem aure medicamine, deforis lanam mollem super initium pori, & super totam aurem impones. Post fomentationem autem, sicut dictum est, cum nardino oleo mixto basilico, qui & tetrapharmacus dicitur, & extrinsecus cum molli lana appones. Aestatis autem tempore existente calore, pro oleo nardino roseum mittes oleū ad fomentandum. *Tetrapharmacum.*

SI EX PINGVI HVMORE sit dolor.

QVod si pinguis humoris, aut glutinosi, aut ex uentositate spiritus suspicaris esse aliquā mixturam & constipationem in aure, artificiose conijcere debes in tali causa quæ precesserint dolorem, & quæ sint præsentia, multa agente aërum uel ciborum qualitate. Ad frigora autem præcedentia, uentositas inflans consistit, & dieta cacochymia & phlegmatica, & signa sunt, grauitate capitis existente, pingues inesse humores. Hijs accedentibus, nitrum & aphronitrum ad aurium passiones mixtis medicaminibus, & album, & nigrum helleborum, & amygdalas amaras, & aristologiam, & cucumeres syluestres, & brioniæ radices, & asarum, & draconteam, & ireos, & centauream minorem. Hæc enim purgant poros aurium & extenuant, quæ ex spissis humoribus constipata sunt. Leues autem & non pulsantes inflammationes abundantes, sanantur oxyrodino adhibito tepido, & glaucion si in cute medicinali fricatur cum aceto. Quæ autem ex-

C trinsecus aurium apparent inflammationes, uel tumores, aut rubores, ex superfluentibus humoribus, aut ex percussura factæ, lenticulam in aqua coctam teres cum melle, aut cum adipe anserino, & butyro, & myrrha mixta superpones.

AD AVRIVM VLCERATIONES.

VVlneratæ aures uel ulceratæ, & pure ex eis fluente curantur glaucio cum aceto. Quando autem cum reumate fit passio, ex trociscis, id est, andronio, aut polido cum aceto uteris. Quod si pus currat absque dolore, non minus ipsis uteris. Nihil autem iuuantibus, quæ fortiora sunt adhibebis, ferri squamas subtiliter tritas, & in aceto acerrimo coctas, donec glyum, aut mellis spissitudinem habeant, & sic uteris.

AD PERCVSSAS AVRES.

VVlneratis auribus uel ulceratis panis calidi interiora eius teres cum melle & pones, aut smyrnam cum uino ueteri teres, & inlinies, aut de cochleis carnes teres, & cum smyrnæ miscebis medietate, & superpones. Oportet autem hæc non frequenter auferri, quæ superposita sunt.

AD FRACTAS AVRES.

AD fractas autem aures, smyrnis, mannis, libano, aut gessamia bene adunata cerotum facies pingue & impones, nullo modo turbantes locũ, aut sulphur uiuum, aut libanum cum pice liquida in linteo induces, & superpones.

AD AVRES INCLINATAS.

QVorum autem inclinauerint se aures, de terra unde figulus uasa facit intrinsecus eas implebis. Cum autem siccauerit, uuæ caninæ succo cum psy-
D mithio inlinies, donec resideat & componat se causa.

AD HAEMORRHOIDAS SANGVINIS fluxu de auribus factas.

* SI sanguis de auribus fluat, ut non thrumbos faciat, porri succo cum aceto inchimatizabis, deinde autem constringes sanguinem, rubum & gallas in aceto coquens, succum earum colabis & inchimatizabis, aut malogranata in aceto coquens, succum eius similiter miscebis, & inchimatizabis.

AD AVRIVM TINNITVM.

QVibus enim desubito sonus auriũ fit, aceto cum oleo roseo inchimatizabis, aut cymino & oleo ad mellis spissitudinẽ facto, aut de succo radicum syluestris cucumeris inchimatizabis. Si autem perseuerans sonus diu permanserit, inclinabis patientem in lecto, & nitri triti puluerem in ipsam aurem mittes, & acetum acre tepidum supermittes. Si autẽ ex ægritudine sonus aurium fuerit generatus, absinthij decoctione fomentabis, & oxyrodinũ miscens injcies in aurem, aut ex succo foliorũ raphani cum oleo roseo, aut porrorũ succo cũ lacte muliebri, aut cum oleo roseo, aut succo foliorũ agrestis cucumeris inchimatizabis.

SI IN AVREM ALIQVID fuerit ingressum.

QVod si in aurem lithargyrium, aut faba, aut fœnum, aut aliquid hijs simile fuerit ingressum, inuolues spato melle summũ de lana, & ligabis, & sic in terebinthina intinctum in aurem mittes, & leuiter quod in aure est adglutinatum trahes. Non autem obaudienti, omnino sternutamenta mouebis, in naribus adhibito puluere. Hoc autem frequenter facies donec exeat: Donec autẽ intus est in aure, si inflammatio, aut spasmi accedant, & si animal fuerit quod ingreditur in aurem, scamoniã resolues cum aceto, aut absinthij succo, aut peucidano: aut sulphur & nitrum cum succo raphani, & immittes.

A AD VERMES IN AVRE GENERATOS, aut in poris, aut in cæteris locis.

AVrium uermes innatos mittes aut capparis succum, aut calamentis succum, aut helleborum album cum uino multo inquimatizatos. Ad sordes uero factas in auribus nitri assi puluerem mittes in aurẽ, & acetum non mittes, & cum lana claudes, & tota nocte sic permittes. Post triduum uero lauabis cum aqua & oleo calido.

AD AVRES HVMIDAS.

MYssæ os assum in linteo ligabis, & teres, & insufflabis, aut gallas teres assas similiter, & uteris: aut stipteria assabis, & teres, & oleo suffundes, & insufflabis. Si autẽ supercreuerit caro in auribus, auferet hoc citius fex uini cũ calce uiua, & lixiuiã de saponarijs tritã diodis modo cum lana & spato melle appones.

AD PAROTIDAS.

NOn sicut in alijs membris inflammationes habentibus utimur in parotidis quæ supprimunt: contrario autem ad parotidas adhibenda est curatio, sed ea quæ adtrahat, quod Græci electicium uocant. Festinamus igitur qui molestant humores ex profundo trahere ad cutem, & cooperari consentiendo naturæ ut apostema fiat, & erumpat foras, ut febris amputetur quæ molesta erat, ut requiescant: permittentes mitigantes tantũ & digerentes humores in pus uersos, & euacuare festinantes. Duritia autem si uidetur esse, permiscemus malactica electicis. Mediocres autẽ parotidas, quibus neq; plenitudo est quæ supercurrat, neq; dolores sunt uiolenti, neq; puris apparitio certat, sanamus fomentationibus de salibus, & cataplasmate, & medicamentis diaphoriticis, qualia sunt
B siue pnaseos, aut diachylon, & eorũ quæ sunt malactica cerota de butyro & hyssopo confecta, ciricis ustæ, & porphyrarum cochleæ, & ostreæ in tales duritias & diuturnas parotidas superpositæ iuuant: Fiunt enim sine putrefactione & sine mordicatione medicamenta, & non solum ipse cinis ipsarum, sed multo magis si uetus adeps porcinus absque sale admisceatur. Sine molestia enim digerit hoc omnes diuturnas inflammationes, utique reumaticas existentes sanat. Iuuant autem & scirominas parotidas caricæ coctæ in aqua maritima, aut salmoria, similiter & lupinorum farinæ coctæ cum mellis modico calcem uiuam admiscentes cataplasma imponimus.

AD NARIVM PASSIONES.

COmmunis curatio ozinæ & polyporum est, desiccare prius, & corroborare caput oportet. Superponenda sunt ergo aut dianimonis emplastrum, aut de cochleis, quod hoc modo conficitur: Smyrnis & lybano, ana ÷ I, cochleas minutas & albas de petris diacosias, id est, ducentas, & collectas seruabis eas die una, ut euacuentur stercora, & postea ouorum albumina duo mittes in pilam, & miscebis omnia simul, & inlinies caput, & pones linteum super, & sic sit usque dies VIIII, & postea localibus curis uteris.

AD POLYPOS.

POlypo igitur medicamen de succo malogranati utimur. Satis enim magnifice iuuat. Mittes autem æqualiter secundum magnitudinem, & numerum de austeris, & acidis, & dulcibus malogranatis recenter maturis, & confringuntur tota in pila, & exprimes succum eorũ, & colatum mittes in uas stanneũ. In primis modicum bulliat, ut appareat competens liquor. Illa uero quæ remanserint ex eis tundes diligenter, & teres iterum in mortario totũ, & facies collyria similia qualia nares recipere possint eius qui patitur ubi polypus est. Sine mordicatione

C dicatione enim, & absq; passione eius operabitur: siquidem humidior & infusior esse uidetur, tantum malogranata austera amplius mittes. Si autem durius fuerit & acidum, & si grauamen fecerit collyrium adhibitum, aut semper accendatur, incidere oportet secundum usum, & in quo tempore non mittitur collyrium, expresso succo utere in patientibus locis. Inlinies interius in ore palatum per uuam, si illic ipse apparebit polypus cum lana, aut cum penna. De lana uero inuolues spatum melli, & sic in succo intinctum adhibebis, & diaphrigis confectum medicamen consumit polypum, quamuis spissus sit, diuturnis adhibitus temporibus. Si autem alicui nimis spissus est, & hæc mordicationem facit, rosæ tritæ puluis adhibitus mirabiliter iuuat. Qui molles & humidas habent carnes, manifestum quia frequenter oportet talia omnia adhiberi. Leuari autẽ ex ipsis liquidos humores necesse est. Quod si in poris narium ulceratio fuerit fact, acurabuntur andronio trocisco, aut poliodore solutis cum uino, quandoquidem cum dulci, aliquando autem cum austero, sæpius autem cum aceto. Siquando ergo acer humor supercurrit in narium poros, difficilius ad sanandum ulcus existit, etiamsi sine odore malo sit. Si autem cum acredine & putredine sit quod supercurrit, ozinæ fiunt. Curabuntur autem hæc calamentis succo frequenter adhibito, aut ex ipsa calamenti sicca puluerem cum fistula insufflabis, aut puluerem cum melle in naribus adhibebis, & sternutamenta mouebis, ut crustæ ex ulceribus cadant, hellebori albi puluerem, ut sternutet, facies ad se naribus trahere patientem, & post hæc tanges de fecibus cum melle, & linies poros de calcitheo, & calcanto cum melle. Si autem uetusta sint ulcera, & acetum acre mittes.

D

AD FLVXVM SANGVINIS de naribus.

QVod si ex plenitudine sanguinis adaperiuntur uenæ narium, mouetur fluxus sanguinis mortem interminando: Hoc ergo tempore, uocant simpliciter anagogen. Si igitur fluxus & facile ferat patiens, & sufficiat uirtus: Sin minus, & defectio, & angustia fiat, iuuandus est. Quod si accedat fluxus sanguinis, & sæpius releuatur ex fluxu sanguinis, & conturbatur, nulla est assumenda materia quæ reprimat. Si autem nimia sit effusio sanguinis, & angustietur, & frigidus fiat, & deficiat subtractus pulsus, & citatus fiat, oportet festinare ut adiuuetur infirmus celerius. In primis leuius agendi sunt à fortioribus adiutorijs, interdũ & prohibenda aliqua. Non enim similiter pulsant in passione meningæ, sicut non patientibus. Si igitur passio augmentetur frequenter, & nihil sit quod prohibeat, phlebotomus adhibendus est, ut obtundatur uiolentia frequens effusionis sanguinis, consentiẽte natura ex consuetis locis. Quod si aliquid sit quod prohibeat, & quædam plenitudo effusionis sit, multa cum spongia tentandum est reprimere sanguinem. In primis igitur cum aqua frigida, postea autem cum aceto admixto adhibeatur, & post hæc cataplasmabis de rebus stipticis nares, & facies de samsuco & aceto mixto, aut de uua, & libano, & mannis illita ea loca quæ circa patiuntur, & in naribus adhibebis succum porrorum, aut ceparum cum ouo, aut libanum cum uino tritum, aut mannam in naribus mittes, aut leporis pilos, habentes aliquot limnias, aut calcitheos assos, aut stipteria scistis, aut miseum assum singillatim admixtum. Quando autem adinuicem omnia sunt adhibenda, & membranam ouorum assabis, & sardinarum capita ures, & cinis earum cerebro imponatur, id est, in bregma & coopertura ollæ capillis subleuatis de uertice: Vel ante, iuschiamo ℨ I, castoreo ℨ III, gummi ℨ II utere. Sanguisugas quoque ures, & cinerem earum cum aceto teres, & inlinies.

AD CATAR-

A

AD CATARRVM DE CAPITE FLUENTEM.

CAtarrus neglectus multas causas malas facit: Inflammantur enim gargareon & antiadæ de hijs mediocriter, & tusses accedunt diuturnæ, & passiones non paruæ. Aliqui etiam ex hoc sanguinem expuunt, multi ex catarro & pus iactant, & ptisici fiunt, & uoce turbantur. Oportet ergo curari omnes qui catarrum patiuntur, mox minus sunt accipiendi cibi, & potio minus est ministranda, & oleo irino facies inungi bregma, & infundi ex decoctione rutæ & oleo laurino. Componit enim hoc & impinguat quod liquidum fluit. Iuuat autem ut inuoluatur caput, & cooperiatur, & supinus non dormiat. Supinis autem iacentibus facile in arterias liquidus humor descendit, & ad pulmonem uadit. Oportet autem eum gargarizare, quæ sunt stiptica, aut rosis in aqua coctis, aut lentisco, aut certe pusca. Non est autem malum in nares deriuare catarrum odoribus de gitter & aniso, & in nares infundere gitter cum aceto tritum, & betarũ & anagallidis succos: Fluet enim ex hijs humor, qui in pulmonem fluens generare habebat passionem. Coryza autem modice molestante, componitur facile oleo irino, aut laurino illita, & lygij semen in oleo coctum, & rutæ semen, & uelamen, & inedia.

AD STERNVTVS FREQVENTES, & coryza.

GItter teres, & puluerem in linteo raro ligabis, & fricabis manibus, & naribus ut odoret appones, & ad se ducat odorẽ: Iuuat thymus in sinu inuo-
B lutus, & in cineribus coopertus, & cum se assauerint teres, & uidebis odorem ad se ducere naribus, aut smyrnam in uino odorato resolues, & inlinies nares pinguissime.

AD LIVORES MAXIME IN OCVLIS.

HYpopiã, id est, liuores fomentari oportet de mellilotæ & fœnogræci decoctione. Post fomentationem uero resolutum collyrium nilo diarodon ex fomentatione suprascripta, aut certe collyriũ diasmyrnis, de uno ex eis collyrio inunges. Sic enim curabis hypopiam in oculis, si non fuerit diuturna omnino. Quod si nimis diuturna fuerit, oportet fortioribus diaphoriticis curari quæ inscripta sunt.

AD INITIANTEM HYPOPIAM CVRATIO.

INitiantem hypopiam recens caseus superpositus cataplasmate curat, aut fabæ farina cum melle mixta, & oui uitellum similiter cum melle facit. Quæ autem diuturna, & iam nigra, aut liuida sunt, de raphanis cataplasma impones, & tolles liuorem: nam si quando incipiunt hypopiæ imponas, mordicationem facit. Qui autem cum inflammatione sunt liuores, fomentabis aqua calida, & cataplasma impones de lenticula cocta, & trita cum melle. Si autẽ cum incisura sint liuores dieresi facta, quæ cruentis mulieribus adhibentur appones, & maxime si pus mouere uis, tetrapharmacum, & deforis cataplasmate impones ea, quæ sine uulneratione imponi diximus.

AD IONTOS.

TVmores duri & spissi qui uocantur ionti in faciei cute consistentes, curandi sunt ex hijs quæ molliunt & digerunt. Mellis igitur attici cyathum unũ, & aceti acris cyathum unũ miscebis, & inunges diligẽter iontos, & cum digito fricabis, aut stipteria scistis teres diligẽter, & supermittes terebinthinam, & ma-

C laxabis, & ſic ſuperpones. Ad diururnos autem iontos, & calloſos factos ſaponis gallici ʒ IIII, amoniaci ʒ I, libani ʒ I, aqua reſolues, & facies ad ſpiſſitudinẽ ceroti, & inlines iontos, & una hora tranſacta lauabis cum aqua tepida.

Item aliud: Nitrum & gummi album æquali pondere cum aceto reſolues, & terens diligenter facies trociſcos, & ſiccabis in umbra, & cum opus fuerit cum aceto reſolues & inlines. Cum autem ſiccauerint, cum ſapone lauabis, facit hoc & ad octodes paſſiones, & ad pruritum in facie. Item aliud:

Libani ℥ II, Lithargyri ℥ IIII, Salis triti ℥ II, Sandaracæ ℥ II, Solues & pones cataplaſma.

AD EOS QVIBVS IN BARBA ſycoſes conſurgunt.

Lithargyrum & miſeum crudum æqualiter teres, & inlines, ut glutinet, hic tunica ſola inlinies caput, nimis ualidum elaterium ſalis orictus miſcebis, & cataplaſma impones, cum ſpato melle liquidũ medicamen. Poſt medicamen autem ſuperponi opus eſt lini ſemen tritum cum aqua: Liquido autẽ exiſtente ulcere, à quo aqua munda currat, utere andronio trociſco. Exantimata autem in facie, ferro calefacto ſuperpones lignum paliuri, & quod ex illo defluet tolles & inlines, aut myrtũ teres cum uino, & inlines, aut calcantũ aceto ſolues & inlines.

AD EPHELIDAS, ET PILOS, & lentigines.

Ampeluagias & ephelidas, id eſt, maculas & pilos, & quæcunq; talia ſunt in cute ſumma, curat amygdala amara: maculas purgant & radices ipſius arboris coctæ, & cataplaſmate impoſitæ. Coſtũ ad maculas facit cum hydromelle, uitis ſyluaticæ botri, ephelidas & pilos, & quæcunque hijs ſimilia ſunt in cutis
D ſummitate facta ſanant. Braſſica maculas & lentigines, & quæcunq; hijs ſimilia ſunt mediocria purgat. Os ſippiæ uſtum, ad maculas & lentigines facit.

AD ILLVMINATIONEM ET CLARITAtem, & bonum colorem in facie præſtandum.

Cucumeris domeſticus & maturus illuminat corpus, & maxime ſi ſiccentur ſementes eius, & poſtea tundantur & cernantur, & ſic utaris. Crocodili terrei ſtercus lucidam & tenſam ſine rugis facit faciem. Similis eſt autẽ ei & de ſturnis ſtercus, quando ſolam oryzam manducat. Proijciunt igitur & maculas cucumeris agreſtis radices contuſæ, & coctæ cum aqua, & tritæ, & cataplaſmatæ extenſam faciunt cutem faciei & albã. Similiter autẽ & brioniæ radices in oleo coctæ & illitæ, lucidum uultũ: de herbo farina cum uino odorato trita, cataplaſma impones. Item de ſimila ſuccos facies & colabis, & infundes liquorem, & ipſa menſura admiſcebis oui albumen donec fiat mellis craſſitudo, & ex hoc lines faciem ſi uolueris in ſole. Quod ſi ad ſolem feceris lauari facies aqua frigida multum, facit autem & terra alba illita, & maxime maſtiche cum ipſa.

AD BONVM COLOREM FACIENDVM in facie, uel in tota corporis pelle.

Cinere cupreſſi & ilicis ſimul feruefacto, inlines totum corpus.

SI A SOLE VRATVR.

Et ſi à caumate uſtus fuerit, ſanat bulbus albus cum melle tritus & illitus.

AD SVBASCELLAS MALE olentes & ſudantes.

De ſtipteria ſciſtis ʒ I, ſmyrnis ʒ II, acacia ʒ III, maſtiche ʒ I, teres cum aqua & leuabis in attico uaſe, & cum opus fuerit deterges locum, & uteris.

A uteris: nam si smyrnion cum stipteria & uino odorato teras & inlinas, sanabit.

AD ORIS BONVM ODOREM FACIENDVM.

Tollit malum odorem oris uinum cum smyrnio solutum, & ex eo uino os lauetur frequenter, & hynantius tritus & masticatus similiter. Masticant autem alij ireus, aut anisum.

AD LABIA SCISSA AVT FISSA.

Gallæ asianæ tritæ puluerem superpones, terebinthina, aut ysopo, aut melle inlines. Quod si profundæ fuerint scissuræ, inlines caprino seuo curato, aut bouino, aut adipe anserino.

CEROTVM AD LABIA QVANDO A uento aut frigore scinduntur aut finduntur.

De cera ℔ I, medulla ceruina ʒ IIII, oleo roseo & nardino ana ʒ V, remittes & utere. Item ut neq; labia, neq; facies ab hyeme scindatur, & exanthimata, dicitur enim hygiraton, terebinthina ℔ IIII, cera terrenica ℔ I & ß, oleo roseo ℥ II. Conficies hæc omnia & utere.

AD DENTIVM PASSIONES.

Qvando ex senectute dentes laxicant, parua est ad hæc curatio per stipticas species, quæ gingiuas possint constringere circa dentes. Quando autem ex alia aliqua causa mouentur, contemplari oportet, si humectationes multæ laxent neruos qui continent radices eorum, & si hoc est, oportet medicamen adhibere quod desiccet. Stipteria ergo rotunda cum salis duplo asperges super dentes, aut pteleas arboris folia in uino coques, & facies teneri in ore.

B PVLVIS AD DENTES LAXOS.

Galla asiana ℥ II, smyrni ℥ I, malogranati corticibus ℥ II, acedonicæ ℥ II, facies puluerem & utere. Item alius puluis:
Ossibus sippiæ ℥ IIII, stipteria scistis ℥ I, acoris radice, libano, smyrnio ireus, ana ℥ I. Hæc puluerabis & utere.

AD DENTES LAXOS ET NIGROS factos, & ad reumatismum.

Galla asiana ℥ II, stipteria scistis ʒ I, ireus ʒ I Terens puluerē facies & uteris.

PVLVIS AD DENTES LAXOS & gingiuas commixtas.

Cvm digitis appones salis amoniaci ʒ II, stipteria scistis ʒ II, smyrnij ʒ I, facies puluerem & uteris.

AD DENTES COMESTOS VEL FORATOS.

De super currente humore acre in dentibus efficitur. Manifeste igitur & hijs hoc expedit, quod eis desiccet cacochymū humorem. Plurimū enim existente tali humore, in primis capitis prouidenda est curatio, deinde corporis totius. Minuata igitur cacochymia localibus subuenimus adiutorijs. In initio ergo stipticis quæ reprimant utimur super currentem humorem. Sæpius enim ante inflammationem hoc si adhibeatur, sanus fit patiens. Inflāmatione autem remota, quæ sine mordicatione calefaciunt & euacuant utimur. Doloribus autē neq; remotis ab eis, ea quæ nimis calefaciunt adhibemus, qualia sunt piper, fex uini usta, peretrum & euphorbium. Imponere autem aliquid ex hijs oportet in cauaturā dentis, & aliquoties narcoticis eis, qui insomnietatem per nimios patiuntur dolores uteris. Gallam quoq; tritam cum licio, aut terebinthinam supermittes, faciens quod possit in cauatura teneri, & ante purgabis foramen, aut cacrius cum opio miscebis, & pones in foramine dentis, aut peretrum cum smyrnio,

C nio, aut opio cyrenaico, & pipere æqualiter cum galbano. Ad commixtos uero molares dentes gitter friges, & terens cum aceto acri cataplasma impones in foramine. Et si non adhuc cõmixtus est nimis, helleborũ nigrum ad herbi magnitudinem cum melle cocto superpones. Iam autem nigris uel liuidis factis dentibus, ex desuper fluente humore, pessimũ hoc uitium est. Sed hoc patientem similiter curabis, sicut & commixtos dentes. Dolore uero dentium cõmixtorum existente, caraxabis, & postquã caraxaueris dentes, sic apophlegmatizabis bene dentem dolentem ex hijs de quibus conluitur dens tepidis, & post hæc in balneo cidriam facies in ore tenere donec perlauet, & cum se deterserit, sic expuat medicamen, & mox sine dolore efficietur. Manifestum est enim.

PVLVIS AD DENTES COMMIXTOS.

DE cornu ceruino usto libram I, salis amoniaci librã I, mastiche ℥ II, squinoanto ℥ II, pipere ℥ I, costo ʒ IIII, folio ʒ IIII. Conficies omnia simul, & utere.

AD DENTIVM DOLOREM.

DOlent igitur dentes sine inflammatione gingiuarum, quando quidem ipsum corpus dolorem habet. Quando autem nerui, qui dentes constringunt, uel ligant dolent, hij fortiori opus habent medicamine, seu quod reprimat, siue quod digerat causam, siue humores, siue uentositatẽ spiritus ex speciebus: & quamplurimæ earum cum aceto conficiuntur acri, quàm cum uino aut aqua coquuntur. Plantaginis radix, & masticata, & cocta, & in ore tenta, & myrtæ cymæ cum aceto coctæ, aut quinq; folij radices coctæ in uino, aut galla asiana in

D aceto cocta, & in ore tenta, sed abundantius cocta, & helleborus niger cum aceto non satis coctus, & in ore tentus in parte ipsa, aut capparis de radicibus cortex. Quibus autem ex frigore dolent dentes, peretri radix, uini fex, pini cortex, hyssopus, staphisagria, pulegium cum oxymelle coctum, iusquiami semen & folia cum aceto, aut asinæ lacte in ore tentum, hoc & laxos dentes confirmat. Fomentatio autem extrinsecus fiat de salis sacellis aut milij, aut panitij, calefactis sacellis. Ipsum autem dentem fomentabis cum origano sicco in oleo feruente intincto, & super dolentem posito, aut origani triti cum nitro superasperges puluerem gingiuis & dentibus qui dolent, & mox omnem auferet dolorem. Purgari etiam oportet caput de staphisagria masticata cum pulegio, aut allij spicis quinq;. Mystæ nigræ folia modico cum aceto agitabis cum spatula tedæ, & coques usque ad medietatem, & dabis ut gargarizet, & sic expuat ore aperto phlegma, & peretrum masticatum similiter faciet.

AD DENTIVM DOLOREM.

DE pipere ʒ III, stipteria scisti ʒ III, peretro sicco ʒ II, iusquiami semine ʒ I, teres, & mittes acetum, & facies trociscos. Purgabis autem dentem, & trociscum tritum cum aceto dabis ad lauandum os tepidum. Probatum enim est.

AD MOLARIVM DENTIVM DOLORES.

AD molares dentes, de tritici farina ʒ II, cum succo titimali miscebis, & super dentes pones, & superpones hederæ folia, & permittes una hora stare & tolles. Sponte enim componitur aut minutatur. Item aliud ad molariũ dolores dentiũ, si sponte à seipsis cadant. De peretro & staphisagria ana ʒ I, cidria ʒ III, sulphure uiuo ʒ IIII, pipere grana XII. Hæc simul teres in sole, & mittes in pyxide lignea, & cum opus fuerit caraxabis dentem & superpones, & alleuabitur.

A AD IMBECILLOS DENTES uel molares.

MEl & ceram æquali pondere in sole calido cum aqua resolues, & picis mediam partem admiscebis, & dabis ad masticandum. Si autem minuetur medicamen, & siccum sit uel durum, modicum admiscebis olei. Bene autẽ facit & mastiche, qui illud masticat. Quibus autem terunt se dentes uel ut mollescant, indurandi sunt de stipticis medicaminibus & confortandi: Quod si dentes expauescant, sanat andragnis masticata, aut succus eius in ore tentus.

AD INFANTES QVIBVS nascuntur dentes.

INfantibus quibus dentes nascuntur & dolent, lacte catulæ inlines gingiuas, aut de leporis cerebro inlines. Facit etiam & si manducetur. Si autem cum difficultate dentes nascuntur, cipero cum oleo rosino & butyro inlines ubi nasci habent dentes.

AD DENTES DENTIFRIcium ne doleant.

TItimali radices coques in uino, ut ad medietatem reuertatur, & bis in mense ex hoc lauabis os & dentes, & nunquam dolebunt. Optimum autem est, & ad conseruandos ut non doleant, & confirmentur, & honesti fiant, quod subter scriptum continetur smegma. Caput leporis ustum teres, & ex puluere ipso fricabis dentes: aut salem cum melle teres, donec ceroti habeat qualitatem, & in linteo mundo ligabis, & ustulabis, & sic admiscebis ireus modicũ, & utere.

AD CLARIFICANDOS DENTES.

B OStrearum ossa, & ciricon, & porphyron ures, & cinere earum uteris non satis trito. Pumices autem, libanũ, & ostreæ similiter cum sale ustæ faciũt. Facit autem & ad dentes hic puluis, & est multum operatiuus, et humidas & infusas gingiuas desiccat. Ossa sippiæ non usta trita, similiter illuminant dentes.

PVLVIS AD NIGROS DENTES ILLVMInandos, & putridos dentes, & gingiuas reumaticas condensat & desiccat.

DE marmore cocto ℈ II, ossibus sippiæ ℈ II, pumice albo ℈ II, staphisagria ℈ I, sulphure uiuo ℈ I, folio smyrni ana ʒ IIII. Teres diligenter & utere.

AD GINGIVAS REVMATIZANTES, ET cõmixtos & laxos dentes, & ad cancros in ore facit.

DE calcitheus ʒ XII, cathmia ʒ VIII. Calcitheus quidem in carbonibus assabis. Cum autem cœperit rubere, tolles, & miscebis cum cathmia, & addens acetum teres diligenter, & cum siccauerit, facies puluerem & utere.

Item cornu ceruinũ & caprinũ illuminat dentes, & infusas gingiuas desiccat.

Item ad dentes smegma, quod illuminat & bene nitidos facit, & infusas gingiuas extenuat, & comestas replet. De cornu ceruino usto libras II. Salis amoniaci libram I, & ℈ III costo, mastiche, libano, ana ℈ II. Squinoanto ℈ III, folio, smyrni, ana ℈ II, rosis siccis ℈ I, cipero ʒ IIII, & utere.

AD GINGIVAS INFLAMMATAS.

AD gingiuarũ inflammationem cum dolore existentem, optimũ est oleum scyminũ, id est, lentiscinũ in calida aqua calefactum & in ore tentum. Sit autẽ oleum nouellũ, & duplici uase calefactũ: Reprimit enim sine asperitate, & digerit sine mordicatione. Horũ maximus usus est ad inflãmationes. Facit autẽ

C & ad dentiũ dolorem, ut supra, proprie acetũ, in quo cocta est iusquiami radix.

AD REVMATIZANTES GINGIVAS.

AD reumatizantes autem & comestas gingiuas, cum tumore & dolore, & putredine, optime facit fomentatio hæc: in spato melle lanã in capite eius circunuolutam ligabis, & in feruente oleo intinges, & appones gingiuis donec foris æquetur, & albedo circa in gyro fiat. Sic enim caro quæ comesta erat nutritur. Post hæc autem uteris puluere dentifricio, quem conficies sic: Galla asiana trita ℥ I. Cui addens mirrhæ ad fabæ magnitudinem, teres & puluere utere. Ad gingiuas autem adpones calcantũ & smyrnis æqualiter cum melle & modico scistis. Comestis autẽ gingiuis optime facit stipteria humida cum duplo salis mixta & apposita: Scistin & stipteriam & myrtam teres cum melle & inlines.

AD ORIS DIVERSAS PASSIONES.

SI in ore inflammatio fiat, & totũ corpus uideatur esse plethoricum, hoc est, repletum sanguine, aut cacochymum, id est, repletum diuersis humoribus. Si plethoricus est, phlebotomandus est. Si cacochymus, catarticum secundum humorum qualitatem adhibebis: Sed & per clysterem uentrem subduces, & abstinentiam ciborũ indices. Quod si nihil humorum fuerit aliquid tale, localium curarũ adhibebimus medicamenta. In initio quidem quæ reprimant de stipticis & frigidis speciebus, qualia sunt diamoron, quod accipit omphacion, aut rosarum flores, aut ipsas rosas siccas, balaustiã & cytisum, & gallam asianam, & stipteria, & rorem, & glaucion, & decoctionem myrtæ, & cistum, & rubum. Post hæc autem initiante cura, cum iam restat quod supercurrebat, solum sufficit diamoron, croco & smyrni admixtis, quod digerat inflãmationem. Digesta autem
D iam inflãmatione, diaphoritica admiscenda sunt, qualia sunt nitrum, & aphronitrum, & sulphur uiuum, quod est omnibus fortius. Interdum autem sapam, aut mulsam ei admiscebis, aut in pusca ubi coquatur origanum, aut hyssopus, aut pulegium, aut thymus, aut satureia, aut calamentis. Considerabis autem quæ media sunt uirtute medicamenta, aut in unũ miscebis ea quæ expediunt. In statu autem inflammationis, modicũ uti oportet ad os pertinentibus medicamentis, ad lauandum uel gargarizandum mitigatorijs, quæ digerant inflammationem: Qualia sunt quæ fiunt de caricis, & furfurum decoctione, & lentiscino oleo in duplici uase tepefacto. Sed & ea quæ stomachica sunt. In statu causa posita, quæ gargarizari possunt, quædam admiscenda sunt: Qualia sunt aquosa mulsa, & calida sapa. Non autem hoc inuento, calidam aquam admiscebis. Hoc ergo memoraui, ut facilius de præsenti quæ inueniũtur materiæ faciliores, conficere ipse tibi possis medicamenta.

AD VLCERA IN ORE FACTA.

SI autem ulcera in ore, aut ex inflammatione, aut sine hac facta fuerint, si fuerint infixa, quæ fortiter desiccent medicamenta sunt adhibenda: Quale est defrigis, & per se siccum, & cum melle adhibitum, cuius confectio hæc est. Confectio enim defrigis quod dicitur medicamen, non est proprie species una, sed mixtũ ex quatuor speciebus fit metallicis. Chalcanthũ, chalcitheum, chalcucecaumenũ & miseum, æquali pondere singillatim trita cum aceto, & siccata pensabis, & miscebis in unum, & iterum teres cum uino donec glutinetur, hoc est, pingue fiat ut mel, & sic in ollam nouam mittes, & cooperculo claudes, & creta superlines ipsum cooperculum, & in furnum mittes, & assabis donec carbones fiant, & tolles foras, & iterum teres cum uino, & facies magdalia: & iterum secunda uice similiter assabis, & sic teres, & uteris puluere ubi necesse fuerit:

Optimus

A Optimus autem est & Musæ trociscus, cum uino mulso adhibitus, & rosarum succus & omphacium. Simplicia enim ad oris ulcera hæc sunt sufficientia, qualia sunt diamoron, & rubi, & hijs similia, quæ liquida sunt. Puluis autem ad hæc anthiras sic per se siccus, aut mixtus cum melle, sicut defrigis.

AD HAPTAS.

QVæ autē in summitate in ore ulcera generant, quæ Græci haptas uocāt, fiunt autē hæc maxime infantibus, sanantur ex hijs quæ mediocriter reprimunt. Quamplurimæ tamen diuturnæ effectæ computrescentes cancrum faciunt. Infantibus ergo si iam cibos comedunt lenticulas dabis cum modico pane, & medullā uitulinam, aut ceruinam dabis. Oportet autē admisceri cibis & mala cydonia, & alia quæ sunt stiptica, pira, sorbas & mespilas, interdum & lactucas dabis mixtas cibis; lines autē infantibus si rubra fuerint ulcera, in initio quidem quæ mediocriter stiptica sunt, & frigida: deinde quæ digerant sine mordicatione. Si aūt subrubea sint ulcera, choleræ ingerentia molestias, hoc ipsum adhibebis, sed magis ea quæ infrigidant. Si autē subalbida sunt, phlegmate molestante, quæ magis proijciant uteris. Si autem nigra fuerint, ea expediunt quæ diaphorisin faciunt. Maioribus autem, & qui duris membris sunt, sufficit per omnia miseus aut chalcitheus, cum uino stiptico tritus. Si autē sordida sunt ulcera, cum uino mulso tritis lauet. Hæc enim fortia sunt, & nimis operatiua. Mediocria autem sunt, & maxime faciūt ad inchoantes haptas, omphacium cum uino, aut uinum, & mel, & ros, similiter faciunt. Ad infantes autem sufficit rosa sicca, aut flos eius cum uino.

AD CANCRVM ORIS.

B EX hijs & alijs ulceribus, ex humectatione & calore in ore cito putrescentibus cancer generatr: pro qua re fortioribus medicamētis uti oportet sæpius. Ex hijs fortiora sunt, quæ scaras faciunt similiter cauterijs: Qualia sunt ex cartha combusta partes tres, ex arsenico partē unam teres, & utere. Supra autē linteū pones intinctū in oleo roseo & expressum. Sanat enim protegēdo partē.

Item aliud. Ad magnas putredines in ore factas, & quæcunq; in alio membro corporis fiunt. Chalcithei partem unam, & calcis alterum tantum, & arsenici partem mediam teres, miscebis & utere. Si autem desiccatur os, & saliuam non potest transglutire, ficus coques in uino austero, & purum dabis calidum sorbere, & si non potest, paulatim urge.

AD VVAE PASSIONES.

QVod si gargalio fuerit inflammatus, quæ reprimunt adiutorijs uteris: stiptica ergo ea uirtute oportet esse, mediocri quidem existente superfluente humore, mediocres stipticas species adhibebis. Nimio autem supercurrente humore, stipticis utere. Mediocria autē sunt, gargarismata de dactylis cocta, interdum quidem in aqua sola, interdū & modico mellis admixto, & rosis, & uitis palmitibus teneris, & rubi cymis, & lētisci, & thermento, & cipero, & hypocistide. Fortiora autem hijs sunt, myrtæ decoctio, & stiptici mali cydonij cymæ, & pruni, & roboris glādes, & castaneæ, & mespilæ. Fortiora autem ex hijs sunt, galla asiana, & ros syriacus, & balaustia, & malogranati tunicæ. Hæc unaquæque singillatim, aut cum alijs mixta coquantur, & exinde gargarizetur. Oportet aūt post hæc puluere leuari uuam, lente educēdo manu foras. Cum ergo desiccata fuerit uua, & pallida fit, & botro similis diu, post inflammationē transactam tūc erit incidēda. Post incisionē autē oportet defrigi medicamine solo, & usq; dum cicatricet uti, ut ipsa incisura eo tangat. Cicatricē enim diligēter con-

C strictam facit, & totum membrum ipsum, & omnia quæ ulcerata fuerint.

AD TONSILLARVM IN flammationes.

QVæ autem circa gulam sunt tonsillæ si fuerint inflãmatæ, & induruerint, faciunt antiadas. Quas exprimi oportet medicamine aliquo quod iuuare possit inliniri digitis. Maxime tamen adenas inflammatas hoc modo curatio adhibita paristhmias, quas nos tõsillas dicimus, iuuat. Molles enim existẽtes & humidæ uel stringodes, facile suscipiunt reuma, & pendẽtes fiunt & inflantur. Quando autem competenti tempore inflammatio iam digeritur, & aliquis humor glutinosus replet loca, admiscebis quæ ad oris uitia sunt, medicamenta nitrum aut salem, aut aliquid aliud tale quod euacuet phlegma admiscemus. Faucibus igitur inflammatis, neq; medicamine ad hæc tali utimur, neq; premimus propter molliciem carnis. Iuuant autem paristhmias, id est tonsillas inflãmatas, seu indurescant, liquiritia simul, & tracacantũ in sapa cocta, & ex ipsa sapa gargarizet bis aut ter in die. Gaudẽt enim loca tam ex hoc mitigata, quàm ex hijs quæ exasperãt, qualia sunt diaphoritica. Exacerbata enim interdum ab acribus adiutorijs malitiosa fit inflãmatio. Duræ factæ tonsillæ fiunt difficiles ad sanandum, & dicunt eas antiadas, ad quas fit Aegyptia, quod recipe de melle libram unam, oleo ℥ VIII, terebinthina ℥ VIII, croco ʒ VIII, in duplici uase resolues, & ex hoc lines antiadas. Et si caninũ stercus album cum Aegyptia addas, mirabiliter antiadas iuuabis. Sed & humanum stercus admisceas. Magnas ergo eius passiones magnifice sanat. Quod si trociscis bisasa simul admisceas, melius facies: Ad scarodes uero antiadas, ex omphacio puluerẽ factũ appones.

D Item puluis ad antiadas. De galla asiana ʒ VIII, stipteria scisti ʒ VIII, sale amoniaco ʒ VIII, puluerabis & utere. Item alius puluis. De galla asiana ʒ VIII, miseus, salis assi ana ʒ II, facies puluerem & utere.

AD SYNANGES.

QVando autem synanges suffocantur alicui, cognosci debet si periculum habeat passio. Nam si intrinsecus maior inflammatio sit, ita ut extrinsecus nullus appareat tumor, & adhuc magis periculum est, si utriusque partis tonsillæ tument, & si gargalio simul patitur. Expedit ergo, si ista signa appareant, quam citius mox euacuari per phlebotomum corpus. Quod si non sit qui phlebotomare possit, gersos dabis in tibijs. Subuenit enim quamplurime decurrens. Vteris autem & clysteri acri, & à cibo abstinebis ipsum qui patitur hominem, & post hæc circundabis collum medicamine heloticæ uirtutis, hoc est quod extrahat humorem. Constipata uero loca, uel constricta materia ad se tracta ut etiam intumescant extrinsecus loca, spes est quod euadat qui patitur. Dabis etiam ad gargarizandum ptisanæ succum tenuem, cum melle & caricarum decoctione, & hyssopo, & origano, & prassio. Digerũt enim in ipsis suffocatis & glutinosis pinguium humorum congregationem. Facit autem mirabiliter ad synanges stercus de cane album desiccatum, & tritum cum melle illitum. Generaliter hoc medicamen ad synanges inuentum est. Oportet autem canem ipsum ossa comedere, & ex hoc album fiet stercus, & magnum ad hoc est si luna plena colligatur, & nulla apparet insuauitas, & maxime ad hæc ualentissimæ sunt cochleæ, circundatæ serpentis collo, aut ipsa serpens si hanc appendas ad collum, mirabiliter iuuat tonsillas, & quicquid circa collum molestia accidit.

A

AD EOS QVIBVS OS AVT SPINA in gutture hæserit.

QVæ autẽ glutiuntur, si inhæserint gutturi, siue os, siue spina, & infixa maneant, spongiã hydroleo infusam, aut carnem mollem incisam, quantũ glutiri potest ligabis cum lino, & coges ut glutiat, & cum glutierit extrahes de subito linum in quo ligata est: Solet enim infigere se, & sic extrahi. Oportet autem & panem mollem interius ablatũ dare ad glutiendum, aut ficus siccas ad masticandum ut glutiantur.

AD DIAMORON CONFICIENDVM simplicem ad oris uitia.

DIamoron simplicẽ ac de mororũ succo heminis v, & ipse succus ante coquendus est ad clios spissitudinẽ, & sic addes mellis heminã unam, & coques donec ad mellis spissitudinẽ fiat. Cum autẽ opus fuerit admiscebis in initio, quemadmodũ dictum est, ea quæ reprimãt. In statu autẽ, ea quæ digerãt & mitigant. In declinatione uero inflãmationis, quæ digerẽdo extrahãt. Hoc ipso autem modo & de succo uiridium nucum corticum facies ad oris medicamen, & de sapa, & de malogranatis, & alijs quæ austera sunt. Eis uero quæ habent pinguem succũ, mel minus mittes. Si autẽ aquosior fuerit, ante decoques. De piris autẽ aut malis succos, adhuc autẽ & cæterorũ pomorũ æquales cum melle facies. Stipticis autẽ nimiũ existentibus, qualia sunt corna, interdũ quidẽ dupliciter, interdũ autẽ & tripliciter mittendum est, qui nõ ferunt medicaminis qualitatẽ. Si autẽ mediocris fuerit inflãmatio in tonsillis, aut in uua, aut in alio aliquo loco, p̃dicti succi & ros marinus, qđ rhomen dicũt Græci, aut libanotitũ uocant. Ad maiores autẽ inflãmationes, malogranati austeris succus oportet, aut mala cydonia, aut utrũq;, secundũ prædictã rationem admiscebis mel, & fiet mediocris. Optimus autẽ & fortissimus fiet, si tota tundas malogranata, & coquas in sapa. Oportet autẽ non solũ ad reprimendũ fiat medicamen, sed & diaphoriticũ est, & forte esse uidetur, si in prædictis dum coquuntur addas pulegium, aut hyssopum, aut origanũ, aut thymum, aut calamẽtim. Colatũ enim utile medicamen est.

B

AD EOS QVI IN ASPERA ARTERIA quæ dicitur gargala, ulcus habuerint,

QVi in aspera arteria ulcus habuerit, intrinsecus tunicæ gargalæ curanẽ si extrinsecus aliqd desiccatiuũ adhibeaẽ medicamen, & supinus iaceat in lecto. Dabitur aliquod liquidũ medicamen, qđ ad ulcera oris proficere potest, & in ore tentet dum supinus iacuerit, & exinde fluens in gargalã descẽdat, & sanentur ulcera.

AD VOCEM ABSCISSAM.

SVccos brassicæ cum melle coques, & dabis ut electariũ. Item aliud quod ad tussim facit: Lini semen contritũ & cretũ, & uuam passam cretã sine semine, nucleos pineos frixos, auellanas purgatas æquali pondere teres, & mel non coctũ admiscebis, & dabis exinde cochleariũ unum. Item ad uocẽ sub lingua tenendã. Arteriaca ad uocẽ raucam, liquiricia ʒ VIII, smyrni ʒ XXIIII, terebinthina ʒ XXVI, tracacanto ʒ XXXVIII: unamquãq; siccã teres singillatim & cernes. Resinã uero in pilam mittes & tundes, & supasperges pulueres, & mixtas colliges, & fingens collyria ad fabæ magnitudinẽ Aegyptiæ, & siccabis in umbra, & cũ opus fuerit dabis unũ aut duos sub lingua tenendos, & dum resoluentur liquores glutiri facies. Oportet autem hoc medicamen ut citius contundatur, quia dum contunditur, cito siccatur.

AD TVSSIM.

C

TVssis est uitium humoris qui descēdit de capite per palatum intra arteriā, quam nos asperā arteriam appellamus, & rustici gargalam uocant, & mouet tussim, sicut in pletoricis, aut in peripleumonicis. Fit autem & si fauces fuerint exasperatæ, uel arteria trachea tussis initiū, aut si in ea aliquid cibi uel potus fuerit ingressum, mouet tussim. Sed & distemperātia frigida facit tussim, simul & organica per quam spiramus. Tussiunt autē mediocriter, qui ex distēperantia tussiunt, & nihil proijciūt, & sic proijciūt absq; uiolentia ut nō reprimant, & sic cōtinent spiritū, sed etiā stare faciunt tussim cum spiritu intra se diutius si tenuerit. Nā & calefacta quæ infrigidata sunt loca amputant tussim. Signū autē taliter tussientibus est respiratio subito nimia, irritante scilicet frigore extenso. Nam mitius respirāt in domo manentes calida, & aut parue, aut certe nullo modo tussiunt. In gargalio uero existente tussi, sic cognoscitur: quia manifeste de capite descēdit reuma in arteriā, & ad pulmones peruenit, non satis expuunt, & qđ expuūt tenue est. Oportet autē cognoscere qđ expuūt, ab hijs q spissum & glutinosum expuūt. Sanamus aūt eos q ex tenui reumate tussiūt, quæ exaspata sunt mitigādo uel impinguādo, diacodion dabis, aut aliqđ anodinū antidotū. Quibus aūt ex pinguibus & glutinosis humoribus tusses generant, quæ extenuāt & incidūt dāda sunt medicamēta: Qualia sunt, centaureæ maioris radices. Difficilius anhelātibus, & ad inueteratas tusses expediēs est gitter. Catarrhos sanat calidū in linteo ligatū, & naribus appositū, ut odoret. Ex thorace uero tussim, & catarrhū; & coryzā, & branchū curat decoctio hyssopi, & ireus uel pinus, iuuat frequēter data. Electariū uero facies, pinum pinguē tolles, maxime quādo ppria resina circūuoluta est, coques in aqua cū prassio recēte, & sic postea aquæ ipsius decoctioni addes mediocriter mel, & coques iterū donec ad mellis spissitudinē reuertat, & uteris ad eos q de thorace & pulmonibus tussiunt. Et si pinus non adsit, de solo prassio coques aquā, & cū melle electariū facies, & iuuabis. Itē ad tussim Diacalamētis, Aniso ℥ III, fœniculi semine ℥ III, calamēti ℥ I, cymini ℥ II, pipere ℥ I, & 6, gingibere ℥ I, ruta uiridi ℥ I, nitro ℥ I, melle qđ sufficiat. Dabis cochleariū I, aut II. Item aliud: Diabutyrū, De melle ℥ III, butyro recente ℥ III, cymino ʒ IIII, addes melli despumato butyrum, & iterū coques, & sic cyminū addes. Itē antidotū Philoxenis autoris ad tussim. Facit eñ ad tusses diuturnissimas, & ad oīa quæ de thorace nō facile pijciunt, facit & ad impijcos: purgat eñ uulnus & cicatricat, & ad sanitatē pducit: facit & ad uiscerū infraxin. De aristolochia longa & rotunda ana ʒ XII, gentiana ʒ XXI, lauri baccis siccis ʒ XIX, rutæ semine, prassio ʒ XII, smyrnis trochlitæ ʒ XXVIII, melle quod sufficit. Dabis autem ad auellanæ magnitudinem cum mulsa, aut cum oxymellito.

Trachea arteria.

D

AD SANGVINEM REIICIENTES.

MOx in primis periculosissima est sanguinis nimia reiectatio, si sit absq; possibilitate euacuatio. Iuuari ergo statim qui patiuntur possunt de hijs quæ infra scripta tenent. Tota enim passione medicorū est operatio ad sanādū, si portulaca māducet. Est enim ad hæc multū opatiua si succus eius bibat, aut balaustion, aut rubi mora, & flores roboris, & secunda cortex prini, & membranæ quæ sunt in glande interiores. Coquentes ea maxime utantur. Ficus autem ad primum multum operatiua est. Euisci radix, menta, ad recentes est eruptiones, facit & centaurea maior ʒ I I, data febrientibus cum aqua, sine febribus cum crine. Malogranata, lentisci foliorum succus, samnios, aster, ad omnes

A omnes. Similiter & lemnia sphragis, ad thrombos autẽ factos de sanguine coagulus potatus soluit, & maxime si de lepore fuerit. Soluit etiã thrombos de ficu facta lixiuia cum aqua potata, & thymus, aut satureia cum aceto cocta.

AD ASMATICOS.

ARistolochia rotunda cum aqua potata asmaticos iuuat. Centaureæ maioris radices, spondilion fructus & radix, calamentis, hyssopus, ireus, git teroũ quæ sub situla sunt, ubi cũ aqua stant inueniuntur unum mittes ff in uase testeo & friges super carbones. Albos autẽ factos teres, & mel coctum superpones, & dabis cochleariũ unum ieiuno & post cœnam. Item aliud: Squillæ crudæ succos colabis, & addes mellis alterum tantũ, & coques super carbones, & dabis unum cochleariũ ante cibum & post cibum.

AD PLEVRETICOS.

PLeureticis ex calefacientibus rebus nõ soluuntur dolores, euacuas totum corpus: fomentationibus uero uteris absq; periculo, & mordicatione, & quæcũq; sunt humida, siue aquã dulcẽ & oleum in uesicã bouis mittes, & sic fomẽtabis. Dabimus aũt ad hãc passionẽ medicamẽta quæ extenuãdi habẽt uirtutẽ, qui mediocriter inflãmationes patiunt, & qui fortiter inflãmationes patiuntur, in declinatiõe inflãmationis, aut iam ꝑfectius quietis. Mediocres ex hijs sunt ptisanæ succus & mulsa. Fortia aũt sunt acaliphis semẽ, & quãdo admiscet paululũ mel acribus herbis, quales sunt hyssopus, origanũ, calamentis, pulegiũ, & ireus.

AD LATERIS DOLORES.

LAteris dolores si sine febre sint bdelliũ & costũ in potione datũ sanat, brassicæ caulis ustæ cinis mixtus cũ adipe porcino ueteri & appositus ubi dolet, tollit dolorem. Diaphoriticum enim fortiter hoc medicamen.

B

AD DOLORES DIVTVRNOS IN THOrace consistentes sine febre.

SImul coques fœnogræcum & pingues dactylos, & cum cocti fuerint colabis, & cum succo ipsorum mittes mel abundãtius, & coques ad carbones, ut sit mediocriter pinguis, & uteris multo ante cibum.

AD MAMMILLARVM PASSIONES.

INflammatæ mãmillæ sanant mirabiliter si spathos de palæstra, & si duriores esse uideris, cũ oleo ciprino, aut roseo adponas. Quod si lac coagulatũ fuerit in mãmillis, & inflãmationẽ fecerit, utilissimũ est si ouo integro utamur admixto oleo roseo. Non solũ autẽ hæc ad mãmillas inflãmatas, sed in alijs plurimis locis læsis in palæstra sanitas est inflãmatis locis & mãmillarũ: etenim ignita eius extinguitur uiolentia, & qui superfluunt reprimit humores, & qui intus residẽt corrupti digerit. Fabæ etiã farina ad mãmillas & testiculos optimũ est cataplasma. Aufert enim ab hijs locis indignationes, & mediocriter infrigidat inflãmatiões, & maxime quãdo coagulat lac in mãmillis. Noxiũ uero agonis apostema mãmillas puellarũ ꝓhibet crescere, aut ad horã inflãmat & puerorũ: testiculis porci incisis, de sanguine ipso illitæ mãmillæ nõ crescunt. Si de lacte turgescunt mãmillæ, ad spargosas mãmillas adhibebis lenticulã coctã in aqua maritima, & cataplasma impones de menta, uel cum alphita & sale fomẽtabis. Aut crocũ cum lacte teres, & inlines, farinã fabæ per se cũ alphita cataplasma impones. Aut mala cydonia cocta, & cũ melle trita impones. Item aliud: Si de lacte turgescũt mammillæ, aut quolibet modo inflantur, columbarum stercus terens cum melle, superaddito modico de cera remissa ut emplastrodis fiat, & inductum in linteo superpones, & mox subuenies.

VT NON COAGVLETVR LAC.

C

NOn dimittet in mamillis lac coagulari, si de cera alba ad milij aut phasioli magnitudinem numero X, per singulos dies transglutiat.

AD COLVM, CVRATIO.

IN coli intestino, seu in alijs intestinis acer & mordicãs insidet humor: lædũtur igitur sub calidis cibis uel medicamentis, & à cibis abstinentes irritantur dolores. Cõstituendi sunt ergo, melius temperatis utantur. Oportet ergo in primis clysterẽ adhiberi ex mulsa, aut ex succo ptisanæ, & cibos euchymos, & qui non facile corrumpantur accipiant. Fugienda autem sunt quæ extenuant, & calefaciunt. Oportet autẽ & euacuari humores, aut temperari. Neutrũ enim hoc fieri poterit: Fugiendũ est & narcoticũ medicamen in talibus passionibus cõstitutis, quia non solum qui stuporem sensui faciunt releuant dolorem, sed impinguant qui extenuari habebant humores, & infrigidari calida magnifice iuuat: pinguibus autem existentibus & glutinosis humoribus, doloris causa nullo modo adhiberi debent narcotica medicamenta, id est, quæ opium recipiũt. Releuari quidem uidentur hoc dato stupefacto sensu, & postea peius patiuntur, & impinguati amplius humores difficile absterguntur. Curantur autem tales passiones neq; nimium calidis: Augmentãt enim dolores subardentes, & fusis humoribus spiritus uentositatis augmentatur. Sed quæ sine nimio sunt calore, extenuantia & absq; inflatione sunt. Nam alijs omnibus, & speciebus primis absq; inflammatione si nullo modo sit febris hoc offerimus, & tiriaca medicamen fortiter iuuat tales passiones, quibus febres nõ accedunt. Quibus sunt, nõ de milio, aut panico ad fomentandũ saccelli, & in oleo coques extenuandi partem habentia & nõ inflantia medicamina, & sic colatis admiscebis in oleo adipes pullinos, aut anserinos absq; sale & inijcies. Non autẽ mitigatis ex hijs doloribus iterum inijcimus, admiscentes oleo ipsi castorei aliquantũ & opij, ad magnitudinem uniuscuiusq; nõ plus quàm fabæ in una hemina olei. Oportet autẽ in ipso oleo lanæ floccos infusos ad anum imponere: oportet autem ligari fortiter lanam ad anum appositam, ut facilius teneatur. Lycon, id est lupi stercus datum in potione, & maxime quod album est, cùm aqua aut uino tenui secundũ consuetudinem, bene iuuat colicos, nõ solum in accessione, sed etiam in declinatione. Si enim mitigata nõ fuerit passio perfectius aut mitius, & diuturna efficiatur, dato stercore, melius & ualentius est si nõ terram tangat, sed super cespitem cadat, & exinde colligatur stercus super cespitibus uel herbis inuentũ. Sed & ossa quæ cum ipso stercore inueniunt data in potione, iuuant colicos.

Narcotica.

D

Stercus lupinum.

AD LVMBRICOS.

LVmbricos igitur rotundos sufficiens est ad occidẽdum absinthium, abrotanum, calamẽtis, cardamomũ, brassicæ semẽ, menta, lupini puluis ex hijs in potione, aut cum melle in electario, aut in pusca potatus. Gitter autem non solũ comestus, sed & cataplasmatus uenter extrinsecus: persici quoq; folia, ad uentrem apposita. Ascaridis autem inuectioni de calamentis succum adhibebis, aut cidria. Latos autem lumbricos occidunt mori radicis cortices. Ptereus, quam nos filicem dicimus, radicis ℥ IIII in mulsa acceptæ, & camæleontis arboris radix, oxyphanum cum uino austero datum: Occidit autẽ eos & costum. Ego uero ex magistrorũ experimento, & nostro longo probato iam tempore, hoc catartico in hijs semper utor. Scamonia scrupulo I, euphorbio scrupulo I, & 6, combustarũ pennarum puluere scrupulo I. Nitro penso siliquæ unius, in mulsa, aut cum uino dulci dabis bibenda. Salubrius autẽ continget, si ante allia

A uel cætera acrimonia edat. Injcies autem ad lumbricos molestantes aquã, ubi coquat̃ abrotanũ cum melle & nitro & oleo. Item alterius autoris emplastrũ ad lumbricos latos & rotũdos, & ascaridas, & serpẽtes in uentre: Lupinos, lauri baccas, & fel taurinum supermittes, & pones ad umbilicum, & fasciabis una die & nocte, aut certe duabus aut tribus. Item alterius autoris ad latos lumbricos: Abrotanum, cornu ceruini rasuram, coconidij, & sisami ana ʒ I, cardamomum triobolon dabis cũ hydromellito bibere. Item ad lumbricos electariũ. Cornu ceruinum urens facies cum melle electarium, dabis ut accipiat. Item aliud: Malogranata acida, & radicis cortice mediana, ana ʒ IIII, piperis ʒ IIII, cardamomo ʒ VI, prassio ʒ II, dabis postea cum aliquo cibo comedere. Itẽ ad ascaridas. Axungiam ueterem intra anum mittes. Item aliud electariũ: ad latos lumbricos: Gummi arabico ʒ I, pterea ʒ III, cardamomo ʒ I, nitro ʒ III, dabis in hydromelle aut cizico. Item ad serpẽtes in uentre & lumbricos. Myrrha, cardamomo ʒ IIII, nitro ʒ I, scamonia tres obolos, aqua ℔ I, ut toti exeant, una est datio. Item ad latos lumbricos: Antidotũ diaptereon, pterea ʒ VIII, scamonia, gitter, cardamomo, sale, nitro, ana ʒ II, dabis bibere in hydromelle aut cizico. Item aliud: Pterea ʒ IIII, dabis similiter sicut dictũ est, ante dabis omnino acres res manducare. Addes autem cardamomi ʒ II, nitri ʒ II, polypodij ʒ IIII.

AD EOS QVI MVLTVM VOMVNT, & non continent cibos.

ROrem & cyminum teres, & dabis ʒ I in oxymelle cyathis duobus bibere, B aut foliorũ uitis, aut palmitũ tenerarum succo calicẽ unũ colabis, & cum alphita dabis bibere.

AD ANI PASSIONES.

COques gallam rubeam & teres, & cataplasma in ani inflammatione appones, & ad foras exiens intestinum, si fortius opus fuerit fieri adiutorium, in uino: Si autem leuius, cum aqua coques. Succus autẽ scinus, id est lenti scinus, facit appositus & ad ani, & ad matricis proruinam. Item aliud: Pini cortice ʒ VIII, cyparissi pilis siccis ʒ II, molipdinis ʒ II, ante lauabis in uino stiptico, & tritas supersparges.

AD IGNITAS INFLAMMATIONES cum dolore ani.

OVi assi uitellum teres cum uino albo, & de oleo roseo cerotum supermittes, & superlines. Item aliud: Panem mundum tritum & coctum in aqua, & rodinum oleum superpones cum oui uitello asso. Item aliud: Rosis siccis ʒ IIII, ouorum in igne coctorum uitella duo cum uino albo teres, & de oleo roseo cerotum supermittes, & uteris.

AD ANI PRVRITVM.

Cretam cimoliam teres, & supermittes cerotum de oleo myrtite, & utere.

AD RAGADAS IN ANO VEL IN ueretro.

IN ano aut ueretro scissuris membri factis quas Græci ragadas uocant, cineris de rasura lintei facti & usti, & amili æquales partes teres, & foliorum oliuæ succos miscebis & lines.

AD HAEMORRHOIDAS.

HAemorrhoidas multũ effundentes sanguinẽ reprimit aloës superaspersa, aut ferri squama, aut plumbi usti puluis ex aceti aut uini decoctione fotus. Reprimit autẽ hæmorrhoidas myrta, quæ cõmiscet̃ oleo amaracino aut

C irino illitas. Reprimũt autẽ confestim de acacia rubea 2 IIII, tracacanto 2 III, singillatim teres & miscebis cũ aqua, & induces in linteo, & impones. Item aliud. Tollit enim hæmorrhoidas mirabiliter, cocnio sicco 2 II, iusquiami succo 2 IIII, stipteria scistis 2 II, calcanto 2 II, sinopide, psimithio, ana 2 I, cerotum roseum supfundes. Si autem interiores fuerint hæmorrhoidæ, ex medicamine interius lines: faciunt autem & ad hoc mirabiliter sandaracæ, & arsenicũ, & scistis, ana 2 VIII: Superlines, & præparatus ponitur donec moriatur, & cadit in media hora desiccatus, & ab ipso base dissoluitur, inlines autem in circuitu. Resoluit autem ista stacte, & lixiuium in circuitu lines ceroto, & hoc facies ad solem, aut ad ignem.

AD MATRICIS ET VERETRI VLCERA.

IN ueretro ulcera, uel in matrice, aut in ano sine inflãmatione cõsistentia, desiccatiuis opus habẽt nimis medicamẽtis: Qualia sunt de cartha usta, & anetho usto, & de sicca cucurbita usta. Ad sicca autẽ, & quæ recẽtia sunt ulcera, & aloës medicamen bonum est. Ad hæc omnia autem eorum adynon est ad sicca ulcera, & in nullo minus operatiuus est pompholix. Si autem humectius fuerit ulcus, piceæ cortex per se ipsam, sed & lithus hæmatites. Si autẽ profundũ fuerit ulcus, prædictis manna admiscetur: facit aũt ad ueretri ulcera panchristi ygron. Si autem in matrice aut uesica ulcus fuerit, hoc ipso opus habent medicamẽto. Nam & ferramenta opus sunt intus, effectus est & quæ resoluunt medicamẽta, & utiliora sunt siccioribus, qualia sunt crocus & pompholix, & aloës mixta oleo roseo, aut plantaginis, aut alicuius alterius succus.

AD TESTICVLORVM ET SCROton passiones.

D AD scroton & testiculorum dolores, butyro, resina terebinthina, æquali pondere mixtis uteris, aut lini seminis farina cum aqua cocta. Cui admiscebis smyrnæ decimã partem, & resinæ similiter, & cataplasma impones.

AD TVMENS VERETRVM.

VItis folia numero XXX, psimithio 2 V, libano 2 I, teres & cataplasma impones. Vteris uero & fomentatione de aqua maritima frigida, & mitigabitur si ueretrum sursum ad uentrem suspendas.

AD VLCERA SI EX SVDORE IN testiculis fiant.

QVod si de sudore ulcera in scroto fiant, gallas tritas, aut stipteria superasperges.

SI IN VERETRO NAscantur tymi.

EX eo cadio melaterio superpones, aut piri semẽtes superpones tritas, aut sardinarũ capita trita superpones, aut hirci fel superpones.

AD RAGADAS, ID EST FISSVRAS in ueretro.

RAgadas in ueretro iuuat resina frixa cum oleo roseo trita, donec mellis crassitudo sit, admixto oui uitello cocto. Item aliud: Hederæ folia sicca & usta terens cum oleo in mortario plumbeo, ex hoc illita scissura sanabitur.

AD TESTICVLORVM INFLAMMATIONES.

VVam passam exossatam cum cymino teres & impones, aut ordei farinã coques in mulsa & suppones, aut cyminũ cum butyro aut resina æquali pondere remissa impones. Ad testiculorũ uero ruborem terra cymolia cum aqua ante inlines, & dimittes siccari, ante fomentatas aqua calida, aut resinam

siccam

A siccam teres, & smyrnion paruo teres, & cataplasma impones. Si autē discorticati fuerint testiculi, cinis de sarmentis cum nitro & aqua admixtus sanat cataplasmate.

AD PRIAPISMVM.

PRiapismus est augmentatio ueretri, permanēs in longitudine & latitudine circūdatus sine aliqua cōmotione libidinis. Inflatur autem uentositate spiritus, scilicet de quo inflatur ueretrū. Generatur ex humorū glutinosorū & pinguium submediocri calore. Prouidendū est ergo ut non possit calefieri ueretrum, sed ut infrigidetur leuiter cum oleo roseo, & aqua facto ceroto cōtuso, & de oleo camimolo ueretro, & lumbis superpones. Dieta autē & medicamenta adhibenda sunt extenuantia uirtutē absq; calefacientia manifesta. Adhibenda sunt autē quæ naturæ sunt congrua, experimēto inuenta, & herbā nympheā bibat & agni semen, & rutam uiridem cum pane mixtam comedat. Hoc ergo initio nō dabis, calefacit enim multū. Sed postq; usus extenuantibus euacuationibus fueris p uomitū, & hoc oportet fieri: Etenim uētris reuma natū proximū est ueretro.

QVAE SINT QVAE VENEREOS actus excitent ad libidinem.

ACaliphis semen & bulbi, rapæ semē, dauci radices, & mediocriter semen eius, menta & costum incitat cum uino & melle datum. Satyrion, eruca, cicer, faba, polypodiū, nucleus pineus, ornimi semē, anisus, asari radix cocta & comesta, & scincus qui & crocodilus quæ ei circa renes sunt, si bibātur, fortiter irritant libidinē. Sed & oua perdicis excitant. Porri uero semē in uino puro potum. Vulpis autē testiculis siccatis, & pulueris inde facti unum cochlear in potione cum uino datum, sine læsione absq; siti tensionem ueretri facit.

B

QVAE SINT QVAE PROHIBEANT libidinis impetum.

AGni semen frixum & nō frixū, & folia eius, & flores: quia libidinē extinguūt prohibita sunt, & non solū comestū, sed & in potione datū, siue etiā substratū in lecto. Ruta uero similiter prohibet, & lenticulæ decoctio potata mitigat tensionē ueretri, & porcacla comesta, & lactucæ semen potatum.

AD EOS QVIBVS SEMEN FLVIT, aut per somnum patiuntur.

LActucæ semē potū prohibet semen, unde & hijs quibus in somnis cōtingit datur hoc, & canapos syluestris semē datur, & si frequēter fuerit potatum, desiccat generandi facultatē. Plumbi lamina lumbis supposita seminis lapsum retinet. Nympheæ uero radix & semē prohibet semē uel fluxum seminis, uel hijs quibus per somnū molestat exuberās plus quàm oportet, cum nigro uino & austero potatum amputat anethi semen.

AD EOS QVI VRINAM NON CONTINENT.

VEsicam capræ aut ouis ustam bibat in pusca, ad uesperū uero sitiens se collocet. Facit autē & aquilæ cerebrū ad magnitudinē ciceris cum adipe anserino æquali mensura & gummi tantundē contritū, si totū glutiat facta catapotia aut mixta alphita comestum. Item leporis testones miscebis cū uino odorato, & dabis bibere anteq; dormitū uadat, & liberabit. Herbā quoq; calamētis, & smyrnā, & mentā dabis bibere anteq; dormitū uadat: lines uero ueretrum cymolia cum succo uitraginis.

AD MATRICIS PASSIONES, ID EST suffocationes.

AD suffocationē matricis iuuat potata de agarico ℥ I, in allio ℥ IIII, cum uino. Plantaginis semen aut succus cum uino. Onex, id est ungula de

C cochlea potata: acetum squilliticum sorbeat. Odorationes autem uel suffocationes excitant aspaltum, castoreum, galbanum, pix liquida, lucernæ stuppa, aut licinius extinctus, capillus ustus, ruta syluestris, silphiũ, allium. Suffumigatio autẽ fit ad hæc gagate lapide, onyche quæ est in purpura, aspalto, castoreo, galbano, silphio, cornu ceruino. Apponitur autem ad ueretrum ruta cum melle trita & in lana suscepta.

AD MENSTRVA PROVOCANDA.

EDucere si uolueris menstrua ante dies tres aut quatuor uenam incides in talo, aut in tibijs gersis dabis, aut de ambobus talis uenas incides, ita ut post unũ diem de alio tollas talo, & iterum post hæc tenues dabis cibos, nunc & ante V, aut VI dies curationis incipies. Post suffraginis autem euacuationem, aut tali, dabis castoreũ cum pulegio, aut cum calamente bibere. Euacuat enim fortiter. Educit autẽ menstrua bene pulegiũ & calamentis, id est mentastrũ cocta in mulsa & potata, & sicca quidẽ trita & tenuis puluis in mulsa datus. Calamentis autem fortiter operatiua est. Harum autẽ potionũ tempus est utile post balneũ in sabanis. Sic enim data potio multo plus operatiua est. Diptamnus & herba sabina similiter datæ. Vtiliter autẽ ad hæc datur & pigra quod aloë recipit ℥ C, & de alijs speciebus ana ℥ VI. Deducit mẽstrua & ampilon prasson, quãdo ex frigidis & pinguibus continetũ humoribus. Cicer uero & lupinorũ decoctio cum myrrha & melle admixta appositio. Suffumigatio autẽ & de capparis radicis corticibus & cassia. Quãdo aũt ex plenitudine simul & pingui superfluitate constricta excludunt menstrua, centaureæ maioris & minoris radicũ succus apponetur, & maratrũ, & gitter. Quando autẽ glutinosi & pingues humores

D constringunt, & prohibẽt menstrua, petroselinũ, porrũ, apium, allia, smyrnion, storax potata & apposita, raphani comesti, adiantus, amomũ. Incatismata autem educũt mẽstrua aqua ubi decoquunt sambuci folia, artemisia, diptamnus, laurus, coniza. Cataplasma autẽ ad secundas & menstrua educẽda de artemesia adhibitũ in hypocõdria, fortius autẽ educit, ita ut pecus educat, lolij farina cum porri succo mixta & imposita, & cyclamini succus cũ melaterio & lolij farina. Medullã ceruinã, galbanum, amoniacũ, & oleum æquali pondere teres, & uteris. Opopanaci obolo uno collyriũ faciens superpones: hoc enim sine periculo est experimentatũ. Educit autẽ mensibus tribus aut quatuor hæc. Bulliat autẽ herba sabina, & uiuum pecus corrumpet, sed & mortuũ extrahet. Et centaureæ maioris radicũ succus idem operatũ, & calamentis succus potatus & appositus. Smyrna & cidria apposita, & ipsis si in cõmixtione linas ueretrũ, non concipit. Hoc medicamine utentibus nihil secundo uti opus est lupinorũ decoctione cũ myrta & melle apposita, & ex lupinorũ farina cataplasmata. Cui addes centaureæ minoris succũ & appositus ejcit: cyclamini succus illitus, sub uẽtrali: Etenĩ est corruptio fortissima in pesso cũ melle appositus. Elateriũ aũt appositũ quæ cõcepta sunt corrumpit. Castoreũ aũt cum pulegio, aut calamẽti experimẽtatũ est ad educendũ pecus, uel secũdas obligatas brassicæ succus cũ lolij farina appositus.

AD FLVXVM SANGVINIS mulierum.

NOn propria passio est aut similis matricis, quæ uocatũ fluxus sanguinis, sed ex omni corpore ista euacuatio. Contingit autẽ hoc hijs quibus molles sunt carnes, & phlegmatica est natura quamplurime. Fluit autẽ interdũ quidem rubrũ, qđ est sanguinis liquor. Interdũ autẽ albũ, qđ fit à phlegmate. Hoc non autẽ à phlegmate est. Sed rubeus si sit, ex cholerico humore augmẽtatus & aquosus, interdũ ex rubeis fit choleribus, & sæpius sufficit ad sanitatẽ ex toto corpore

A pore facta purgatio desuper augmentato humore. Contemplatio aliqua est totius curationis ad desiccandũ, sine nimia aliqua calefactione totius corporis, & circa matricis loca, si utatur ex interuallo ex hijs quæ stiptica sunt. Purgari ergo totum corpus cõuenit per uentrẽ, & urinas, ut digerat. Rarefaciendum est totũ corpus fricando superficiem, & ungere utilius ea quæ expediunt. Faciunt autẽ ad sanguinis fœminarũ fluxum, porcacla si edatur, aut succus eius potatus, rubi semen, & flores eius, & de roboris uel castaneæ pomis, secũda quæ adhæret glandibus cortex. Similiter quæ fiunt inter utrunq; mediæ, maxime coques eas, & sic uteris, facit autem & ilicis. Operatiua autẽ amplius est hipporis, & maxime quibus rubor fluit sanguinis, iuuat potatus cum aqua aut uino, schini semẽ frictum potatum cum uino: Rubra uero prohibet menstrua, gesasteras, aut lemnia sphragidis. Schinon, id est, lentisci radicis decoctionem cum cornu ceruino usto cum pusca dabis. Fimus caprinus cum libano appositus reprimit: Oportet autem inuolui in lanis hæc & apponi. Licion cum lacte apponere oportet. Gallæ quæ intrinsecus sunt cum libano & aqua similiter, & sunt hæc incatismata & epitimata super uentrale imponenda. Quæ sunt stiptica incatismata fiunt ex decoctione plantaginis, & polygonis, & sidia, & rosis, & rubo, & hijs similibus.

AD MATRICIS INFLAMMATIONES & dolores.

INcatismata ex decoctione facta iuuant ubi decoquantur artemisia utraq;, laurus, ireus, cassia, centaureæ maioris radices, uiolæ flores sicci, maxime in diuturnis, malua, mellilotum, lilij flores, ficus siccæ cum fœnogræco, aut ptisanæ B cum fœnogræco & lini semine. Suffumigationes autẽ expediũtur agni semine, cassia, bdellio, ladano, smyrni. Apponuntur etiã hybisci radices coctæ in mulsa & malaxatæ cum adipe porcino, & terebinthina, & fœnogræci succo, & cum adipe porcino, & butyro recente. Lilij radices assæ cum oleo roseo, & flores eius cũ ceroto, & medulla, & axungia, & hyssopo cum butyro & mellicrato.

AD VLCERA MATRICIS ET MORDICATIONES.

AD ulcera matricis expedit amurca circumlita, & cocta cum ceroto, aut licium similiter cum succo acaciæ. Mordicationes autẽ, quas Græci odaxismos uocant, quod nos pruritũ uel mordicationem appellamus, mitigat porcaclæ succus inquimatizatus. Iuuat lini seminis coctus succus in mulsa: fœnogræci similiter succus. Tracacantum autem cum aqua adhibitum.

AD PRÆRVINAM IN MATRICE.

MAtricis præruinã reprimit acaciæ succus, aut rubi succus, aut lentisci, aut malogranati rubei succus illitus. Violæ uero folia cataplasmate imposita aristolochiæ in pesso cũ aliqbus stipticis succus, sed & decoctio ex eis facta incatismate, & fomentationes, gallæ, aut sidiæ, id est, malogranati, aut lentisci decoctione uteris.

AD CONCEPTIONEM.

IVuat autẽ ad concipiendũ pastinacæ semen potatũ, & radix data ad manducandum, & appositũ cum medulla ante cõmixtionem leporis coagulum, cũ butyro. Vulpis fimus cũ oleo roseo in pesso appositus, & sublinitus ut sic commisceatur. Artemisiam appones tritã & concipiet. De adipe anserino & terebinthina circũlines per duos dies, tertio die cõmisceant, & concipiet puerũ. Herbæ mercurialis semen, aut succus pro pesso ad puerũ concipiendũ semine post commixtionẽ mox apposito, puerũ concipiet apparatũ. Puellam aut fœminã mercurialis herba concipi facit, sic traditum est ab antiquis quia concipit. Continetur autem conceptio, appositus, & si in terra summa lapis inuentus fuerit, qui iaspis

 dicitur,

C dicitur, & appensus, & maluæ syluestris radix similiter facit. Seruat autem conceptionem syderitis herba appensa, & infantem non permittit abortiri.

AD PARTVM IVVANDVM.

LApidem iaspidem coxis appende, & mox pariet: cyclamini radix sicca similiter facit. Adiantus tritus, & cum uino & oleo potatus iuuat, & sternutum factum in naribus, & diptamnus cum uino, aut aqua potatus, aut bulbus amarus cum sapa, aut scrophinum lac potatum in mulsa. Pulegij autem fasciculos in aqua mitti facies, & supersedeat mulier.

VT NON CONCIPIAT MVLIER.

FIlicis radices si dederis cum uino bibere, aut cum sapa non concipiet fœmina. Similiter faciunt flores salicis, & brassicæ folia, & flores cum uino post conceptionem appositi: Apponũt autem ut non concipiat ante cõmixtionem, mentam teres & ueretrum de succo eius inlines. Brassicæ flores tritos in pisso post commixtionem appone, & non permittent condensari pellicino semen, ante cõmixtionem si se subleuet dicatur.

AD VENTRIS RVGAS ET MAMMILLARVM.

COchleas maritimas diuturnas ustas teres cum oui albumine, aut lacte asinino, & unges. Item aliud: Speculare tundes & cernes cum aceto & in balneum eunti cui inlines, antea lines per dies uiginti & curabis. Vt autem uenter & hypocondria non faciant rugas, cymolia & mannis æquali penso cum albumine oui inlines cum ceroto cyprino.

AD COXARVM INFLATIONES.

D Panis interiora & melanteria consperge, & superpone, & cũ aqua ponatur.

AD VMBILICOS PROMINENTES.

GAllam ustam teres cum aqua, & cataplasmate superpones. Item aliud ad umbilicũ prominentem: Imponendum est super umbilicum id quod ex hijs cõstat, cicutæ & mannæ ana ʒ I, cerosæ lotæ ʒ VI, plumbi loti ʒ VIII, oua duo, quibus herbæ soldanæ succus adijcitur. Hoc etiã diutius impositũ esse oportet. Sed antea hijs uenter per clysterẽ euacuandus est, & medicamine posito cõquiescere hominẽ oportet, cibo modico utat̃, & uitanda sunt oĩa quæ inflant.

AD PODAGRICOS, ET ARTETICOS, & ischiadicos.

AD podagricos, & ad omnes reumaticas passiones per omnia imbecillia existentia loca oportet fieri quæ suscipiunt reuma. Quæ autem superfluitas si nõ sit corporis, nullo modo nocet ubi nulla est superfluitas, propter quod oportet natiuitatem, quæ in illis offeruntur locis considerari: Quod si nullo modo superfluit humor, neq; passio consistere potest. De qua re prohibendum est, quod superministratur de toto corpore, & exercitatio sit mediocriter, & cibi digestionibus apti, fugientes ociositatem, insuper & facietatem, augmẽtationem medullarũ & inrationabiles uini potiones, & maxime ante cibos: Lædit enim neruos uinosa nimis potio ministrata, quemadmodum & actio Veneris importuna, quia in podagricis natiuitatibus mediocriter conuenit luxuriæ usus. In antiquo uero tempore paucos omnino à podagra tactos, abstinentes ab hijs fuisse curatos cognouimus. Quibus etiam oportet euacuari augmentatos humores, & si plethorici sunt, id est, abundantes sanguine, euacuabis primũ, & sic localia impones adiutoria hæc, quibus reprimi pedum & manuũ reuma possit: In coxæ autem articulis nodo reumatizante, cauendum est quod reprimit medicamen. In profundum enim descendens humor comminatur insanabilem fieri passionem,

A nem,faciliusq́; intus nocet superfluitas facta, si nō potest digestionem accipere. Mitigatiuis ergo sunt ab initio adiutorijs releuandi hij qui ischiam patiuntur. Quādo ergo ex plenitudine sanguinis sola causa fiunt dolores in coxa, uena est incidenda in talo, aut in suffragine, uel planta. Sufficit hoc ad cito sanandā ischiam: Nam si quis ante euacuationē totius corporis acribus utatur medicaminibus, plenitudine constricta, insanibilis fit passio impinguata, & quodammodo concocta materia. In qua re per culpam tali facta constipatione uentosæ in coxæ ipsius loco figendæ sunt maiores, & purgatio per clysterem est facienda de coloquintidis, & hijs similibus. Cognoscendi autē sunt hij qui caste uiuunt, & continent se in dietis, & nimiū sunt remorantes in potionibus uini, podagricas passiones possunt quidem habere passim, sed facile releuantur à passione. Euacuandus in primo uere per phlebotomum, aut catarticum, frequentius tamen catartico bis in anno: Nam hij qui nimis sunt uinolenti uel comestores, nihil ab hijs euacuationibus iuuantur, quia mox iterum replentur humoribus congregatis, incontinenter dieta utentes, de qua re generantur circa articulos pori: & si in antiquam qualitatem uenire articulorū non potest sanitatis curatio, uulpes uiuas, aut mortuas coquunt in oleo, aliqui autē hienas, & faciunt diaphoriticū oleum, & sic in tinam mittunt, & ibi deponūt arteticum totū ibidem corpus cooperientes, & diutius ibidem residentes, magnifice iuuati sunt euacuantes omnem morbum facientem ægritudinem. Materia quampessimæ dietæ si iterum eos repleuerit, fabæ farina in aqua cocta cataplasmabis. Cui addes coctos adipes porcinos, & bene faciet ad inflammationes, uiolæ herbæ albæ radices cum aceto, induratos articulos, & inflammationes sanant diuturnas, & poros habentibus decoctioni carnis porcinæ infundes caseum uetustum, & in mortario teres, & cōmix-
B tum bene super articulos impositum poros soluet & digeret, & currens reuma absq́; incisione, & sine molestia desiccabit ipsa loca per singulos dies & poros. Platani folia uiridia trita, & cataplasmate imposita in genibus, inflammationes tollunt podagricis & arteticis. Anodina sunt autem sine dolore reddentia epithimata, quæ in accessionibus utenda sunt. Opio myconio & croco ana ℨ IIII, teres cum lacte uaccino, aut caprino, & interiora panis admiscebis & teres fortiter, ut æqualis & mollis sit permixtus, & admixto oleo roseo uteris cataplasmate, & extrinsecus custodiæ causa betæ, aut lactucæ folia superpones. Est autem quando opium & crocum cum lactucis tritum cum ceroto oleo roseo mixto in linteo inductum superpones.

AD ISCHIAE DOLORES.

ISchiadicis autē de farina lupinorū cataplasma impones cum aceto, aut oxymelle, aut pusca coquens. Calamentis autē trita & cataplasmate imposita, quamfortissimū fit adiutorium. Capparis radicis cortices coxæ dolores iuuant extrinsecus appositæ, cū hijs quæ ad hæc expedire possunt admixtæ. Intrinsecus autē inijciendus est garum ex insalitis piscibus, ut molestantes humores extrahat, & de intestinis euacuet. Maxime autē hoc facit de insalitis piscibus silurus, & de sardinis factū garum. Talpheū uero semen per clysterem ministratū iuuat, sanguineū euacuans humorē. Similiter autē & centaurea tenuis decocta facit.

DE QVIBVS MEDICO SVGGERITVR, sollicite tractanda sunt.

HAec omnia in tantum quæ diximus sanari possint, secundum medicinæ rationem non ignoro. Oportet igitur & de cæteris sollicitudinem præbere, & quæ significantur medico, quæ contingunt & antequam fiant, magnas & insanibiles

C insanabiles passiones futuras præuideat, quod ante delongius manifestantur. Sonitus igitur aurium, & inter se diuersi motus turbantes, & spasmi per aliqua membra facti, & si labium inferius subinde tremat, & sine uoce fiat, & si sit obliuiosus & odorem perdat, & somni profundi contra consuetudinem sint, profundi aut leues sint & phantastici, & in cibo subinde se opprimi querelentur, & actu uenereo plus à consuetudine frequentius compellentur, ita ut non semel, aut bis, sed maior eis motus contingat, hijs hoc patientibus, apoplexiam aliquã fieri necesse esse significat, & epilepsiam, aut apoplexiam, aut melancholiam, aut maniam. Oportet ergo scire medicum, ut cum rogatus fuerit, quamcelerrime succurrat: Forsitan enim necesse est phlebotomari, aut catarticum dari, aut utrunque fieri, aut alia quædam expedire. Oportet ut prohibeantur nascentia mala: nam & hypocissis præcedunt signa, & ante oculos apparent caliginosa quædam uolare, qualia sunt cynicellæ, aut muscæ, uel capilli, & hijs similia cum capitis dolore. Hæc ergo omnia scire oportet medicum, & quæ oportet adhibere catartica, & cibos competentes, uel quæ aliter iuuare possunt. Labores autem spontanei, aut somnia profunda, aut phantastica, aut uigiliæ extra consuetudinem, & sudores post somnum, & sitis contra consuetudinem, & ciborum fastidium cum febricula. Omnia hæc scire oportet medicum, ut facere sciat, quæ ad hæc cõueniunt, & quæ circa thoracem contingunt. Si non suggerantur medico, ad hæc signa pericula eueniunt hæmoptoicæ passionis & impijci. Nigra autem urina nephrotica est, & interdum passio prosequitur, & magis si hæc senibus contingat. Sed medici est discere, atque inuenienda custodia, quæ per urinas purget.
D Renes debent exercere caballicationes, & uectationes non multum existentes. Oportet autem neque in doloribus, quando in articulis fiunt pedum negligenter habere. Si enim semel cessauerit, & neglectum fuerit, reuertitur iterum: utique frequenter molestans, & maius malum mouens, insanabile efficitur. In initio autem melius est curationem adhibere, ut sanitatis remedium consequatur facilius: Frequẽter enim factas indigestiones, & carrias ex ipsa indigestione generatas, uel habere debet suspectas & in pneumatosis. Indicanda sunt enim medico, & non sunt tacenda, quia sunt pessima quæ sunt inflationis, quas Græci physiodes appellant passiones, id est, hypocondrica fit: passio quæ fit cum timore & tristitia inrationabili accidente menti melancholia uocatur. Multa autem & alia per neglectũ inuictum malum antecedunt. Propter quod oportet nullo modo, neque parua, neque grandia, quæ contingunt contra consuetudinem tacere.

AD DENTES NE A LACTE LAEDANTVR.

LAc lædit dentes, si frequenter in usu fuerit, & gingiuas similiter. Hoc ergo infusas & molles reddit, & nigros facit dentes, & infusas gingiuas, & comestas. Oportet ergo post comestum lac de uino temperato cum calida os lauari. Melius autem fiet, si & mel mittatur in uino, & sic lauet.

PVLVIS QVI FACIT AD RANVLAM SVB lingua, ad ulcera in ore, & ad dentes, & gingiuas reumatizantes.

PVmice asso ʒ VIII, nitro usto, sale usto, ficis siccis ustis ana ʒ VIII. Omnia æqualiter cum melle miscebis, & uteris.

AD EOS QVI NIMIO SVDORE fatigantur.

REprimũtur sudores superspersi corpore gessamia, lithargyro, gipso, galla, cisto, myrta, oleo inantino, oleo roseo, oleo melino, oleo lentiscino, oleo myrtitis inuncti. Item illita mannis, & amilo cum uino, & oui albumine.

AD CARDIACOS.

CArdiacos autem iuuat cataplasma in stomacho de rubi folijs cum ceroti modico, aut pane, aut myrtæ folio, aut uitium palmites teneræ, aut folia plantaginis cum pane, aut ceroti modico, aut mala cydonia, aut dactyli, & enemata iuuant adhibita de ptysanæ succo. Alligentur autem extremæ partes: iuuat & cerotum humidum cum sinapi tritum.

PROGNOSTICVM DE AEGROTIS.

AD omnes ægrotantes trochiscos facies de camimola herba trita & siccabis. Quando autem opus habebis terẽs cum oleo trochiscum perunges caput & totum corpus, & inuolues pannis, & dabis bibere calidam aquam, & ita expectabis modice. Reuertens enim si inueneris eum sudantem, sanum fieri sperabis: Sin minus, morietur, & andragni succos da ei bibere.

CONTRA SINGVLA VENENA.

DE uenenis quando sine discretione scribitur, aut quando dicuntur quæ sequuntur læsiones, scribere quidem curabo. Præstat enim hæc ipsa didascalia pessimis occasionibus chirurgiam. Quanta autem communia adiutoria credita sunt quæ mortales accipiunt:

POTIONES QVIBVS BENE habeant qui uenenum accipiunt.

OPortet eos mox uomere, absq; aliqua dilatione. Ante ergo quàm uomãt bibant hydroleum, & iterum diuersos cibos dabis ad saturitatem, & iterũ uomant. Quod si adhuc nec sic euacuantur, aut quod biberint retineatur, tardiorem uel obtusam habent uirtutem. Si autem & uenter incendatur post uo-
B mitum, oleum roseum cum aqua dabis bibere, & iterum uomere iubebis. Dabis autem & tyriacam cum uino potantibus: nam ipsa sola resistit uenenis. Non autem inuenta tyriaca, arceotidæ nouæ & rutæ folia XXI teres & dabis bibere, aut herbam camipitheus cum uino dabis. Somnus autẽ omnino prohibendus est, fricationes in extremis partibus utendæ sunt utiq; palpationibus. Subducendum uenenũ approbatur per mordicationem, & irritandus est & prouocandus usu uenter per clysterem acrem, & unguendus melle abundanter, aut aliquid alio modo subducendis miscebis. Cõmune est ad omne uenenum medicamen hoc, quod recipit galbani mundi ℥ IIII, smyrni ℥ IIII, teres & dabis bibere cum dulci uino. Item Rutæ folia numero XX, nuces duas, salis acinum unũ, caricas duas. Hæc si ante acceperit, & postea acceperit uenenũ, nullo modo nocebitur: Facit autem & origanũ cum gallina simul cocta, & conditũ ius bibat.

AD CANIS ET HOMINIS ac simiæ morsum.

CInerem cum aceto distemperabis, & cataplasmate impones. Cepas tritas cum melle cataplasmate impones, aut ficus, aut amygdalas amaras teres, & superpones. Qui autem amplius habent herbum, quod Græci orobon dicũt, cum melle quàm pinguissimo superpones, aut yrin illyricam tritam cum melle impones. Quæ autem fuerint inflammata ex morsibus lithargyrum teres cum aqua, & lines loca inflammata.

AD CANIS RABIDI MORSVM.

QVos canis rabidus momorderit, gambaros uiuos in olla rudi mittes, & in igne pones, & donec ex eis cinis fiat ardeant, ut facilius terantur. Incenduntur uero in cynocaumata signo leonis luna XVIII, & facies medicamen. De gambarorum cinere mittes partes X. Gentiana autem partes V, libano

C partem unam, & cõmiſcens in uinum dabis bibere eis quos canis momorderit rabioſus per ſingulos dies, uſq; ad dies quadraginta cũ aquæ cochleari maiori uno. Si autem poſt paucos dies aliquis tranſactos poſtq; momorderit canis cœperit bibere, duo cochlearia dabis. In plaga autem impones medicamen, quod recipit, pice brucia librã unam, aceti acerrimi ℔ I italicum, opopanacis ∞ III. Hoc medicamine ſi quis utatur ſanabitur ſi à cane rabido fuerit uulneratus.

Ad arthreticos autẽ & podagricos addo ego medicamini de gambaris ſuperius facto. Rare quidem petroſelino partes octo addidi. Sæpius autem decẽ, aut duodecim miſi, interdum autẽ amplius, ut per urinas plus deduceret humores. Plus uero iuuat arthreticos, & maxime eos q molles & albas habẽt carnes. Das uero menſurã ſupraſcripto mediocrẽ, interdum cum aqua, interdũ cum mulſa.

AD SERPENTIVM MORSVM.

SIcca calamentis ad ſerpentium percuſſum cito ſuccurrit, & ex profundo trahit ad ſe omnem adiectum humorem, & ceſtrũ herba contuſa ſuper plagam impoſita adiuuat omnium ſerpentium morſus inlata uenena linteo inducta. In potionibus autem, dabis rutæ agreſtis ſemen, & ſpolion, & coagulum ceruinũ, & leporinũ, & betæ radicis ſuccos. Hæc cum uino ſunt danda: ſed & dragonteæ herbæ radicibus ſi aliquis perungat manus ſuas, & teneat ſerpẽtes non eum lædunt. Hæc omnia ſcribimus, quia experimentata ſunt. Ad hæc habemus de ſerpentibus factam theriacã, & cognoſcas manifeſte celeriter liberari qui à ſerpẽtibus fuerint percuſſi, & eos qui accipiunt uenenũ ſi utiliter ſit confecta cum diligentia multa: Quia plurimi ut uendant faciunt inutilẽ non exquiſitis pigmẽtis.

Item antidotum quod facit ad ſerpentiũ morſus & ſcorpionis, & ad canis ra-
D bidi morſum, & ad ſuſpirium, ad colum, ad hominis morſum, & ſimiæ. Ante autem quàm bibat, lines morſuram, & dabis ei bibere ℈ I, ſi febrierit, in calida aqua, & ſi ſine febre fuerit, cum uino. Recipe autẽ hæc: piperis ℈ VIII, apij ſeminis ℈ VI, aniſi ℈ III, opij ℈ I & ſ, caſtoreo ℈ I & ſ, mellis non deſpumati ℔ I, & ſ, conficies & uteris. Extrinſecus uero ſuper morſuras uel puncturas ſerpentiũ ſuperponenda ſunt quæ extrahant uenena. Vtilia autem ſunt ad hæc folia ficus trita & ſuperpoſita, & furfures cum acri coctæ aceto: & picula impoſita bene facit.

AD EOS QVI DE FVNGIS malis ſuffocantur.

OPobalſamo cum lacte muliebri aut aqua, qui à fungis ſtrangulãtur, leuigantur, aut oxymel cum nitro bibat, & gallinarũ domeſticarum ſtercora cum oxymelle dabis, et raphanos quàm plurimũ manducet, aut feces uini uſtas & tritas cum aqua dabis bibere.

AD LAC COAGVLATVM ET caſeatum in uentre.

ACetum, aut ſapam, aut coagulum quàm plurime cum aqua fontiua potũ dabis, aut ſilphiũ, & ſulphur æquali pondere terẽs in puſca dabis bibere.

AD SANGVISVGAS POTATAS.

AD ſanguiſugas potatas acetũ acerrimũ potum dabis, aut oxyalum, id eſt, acetum cum ſale. Vtere autem & ea quæ uentrem ſoluant. Simul enim exire ſolent cum ſtercore & ſanguiſugæ. Facit enim ſuccus anagallidæ herbæ potatus. Nos autem allium manducare dedimus, & proiecimus eas, & nihil de prædictis uſi ſumus.

AD VESPARVM VEL APIVM MORSVRAS.

AD uesparũ uel apium morsuras maluæ folia trita superpones, aut sisami folia, aut ipsum sisamum teres, & cataplasmate impones.

AD SCOLOPENDRAE CVRAM.

CVm sale & aceto acerrimo calidis fomentabis, & facies cataplasma, & superimpones.

AD MVSTELARVM MORSVM.

ALlium teres cum sua cortice masticatum & cyminum, & superlines morsuram, & circa plagam quæ sunt loca. Si autem post pastum mustela momorderit & plagam fecerit, cum sale & aceto calidis foue, & hordeum ustum superspa rge super plagam, & circa ipsam plagam loca tumentia inlines.

AD CANIS ET HOMINIS MORsum, & simiæ.

Cinerem aceto cõmiscens, cataplasmate superpones.

D. ORIBASII SARDIANI IVLIANI CAESARIS ARCHIATRI MEDICAMINVM LIBER.

ELECTARIVM DIASPOLETI.

HOC medicamen non inutile exponam repertum in Aegyptia Iouis ciuitate, atq; inde ob hoc Diaspoleti dictum diapeganũ.
B Cymini in aceto per triduum infusi, & iterũ siccati & triti subtilissime pulueris ℥ I, piperis lõgi, aut albi, uel si hij defuerint nigri ℥ I, rutæ uiridis folia ante unam diem collecta ℥ I * semuncia. Quod si uenter fuerit strictus ℥ I conficies, & utere. Stomachum enim excitat, uentositatẽ mitigat, digestionem accõmodat, aluum mollit, phlegma & bilem educit & extenuat: uitia quoq; pectoris, lateris, epatis, splenis, ac renum curat, & mitigat. Interdum enim cum melle facies electarium, & proficiet phlegmaticis. Interdum autem cum succo ptisanæ confice pro melle, & faciet cholericis & melancholicis. Accipitur enim mane & sero cochlearibus singulis.

CONFECTIO OXYMELLIS.

MEllis optimi heminam unam, & aceti in gustu nõ satis acuti, nec satis dulcis heminam unam, coques simul donec reuertãtur ad mellis crassitudinem, ita ut in gustu mel non uideatur esse crudum. Dabitur autẽ cum aqua calida temperatũ. Melius ergo est, accipientis sensu iudicari mediocritatem ipsius: Temperantia autem eius quamplurimis expediens est: Sed hoc modo oportet eius temperantiã fieri, ut aceti sit una pars, & duæ partes mellis despumati sint, & sic coquatur: Aut hoc modo conficitur cum aqua oxymellis: Mellis miscebis duas partes, & unam aceti, & aquæ quartã partem. Hæc uero coques, ut ad tertiam aut quartã reuertantur portionem, & spumam dum coquitur auferes. Fortius autẽ si uolueris facere oxymellẽ, æquales partes aceti & mellis miscebis.

CATARTICVM COPTARION.

SImila ℥ IIII, nucleis pineis ʒ IIII, pipere ʒ II, diagridio ʒ IIII, melle despumato quod sufficit. Perfecta autẽ dosis ʒ II datur maxime ictericis ad deponendum.

C COPTARION CATARTICVM.

Simila, ſcamonia ℈ I, nucleis pineis grana XL, pipere grana XX, melle quod ſufficit: doſis autem eſt ℈ I.

PASTELIVS CATARTICVS.

Diagridio, euphorbio, ana ℈ IIII, pipere folio, ana ℈ II, melle libra I. Doſis autem eſt ℥ I. Item paſtellus catarticus: Diagridio ℈ IIII, pipere grana XL, nucleis pineis grana XL, melle deſpumato ℥ VI, facies autem paſtellos IIII, aut VI, & dabis unum manducare.

PANIS CATARTICVS.

Scamoniæ ℈ V, ſalis amoniaci ℥ I & ſ, ſparſi de ſimila libras II, de ſalmoria amoniaci ſalis conficiens ſparſum & ſcamoniam, facies buccellatos numero X. Item panis catarticus: Aniſo, ſale cõmuni, pipere, ana ℈ IIII, diagridio ℥ I & ſ, ſparſo de ſimila confecto in uino & melle, hoc eſt, in uino mulſo libras II, facies autem buccellatos XII, & dabis unũ in dulci.

Item panis catarticus: Gariophilo I per I, cymino folio, aniſo, fœniculi ſemine, ſpicanardi, ana I per I, ſcamonia ℥ II, de ſimila facto ſparſo libras II, conficies cum ſero lactis, & ſpeciebus tritis puluerem earum admiſcebis, & facies panes habentes ſingulas uncias, & dabis exinde unum in dulci: Quod ſi bene uolueris purgare facies panes XVI, aut XIX, & dabis ut ſupra.

BVCCELLATI CATARTICI.

Sparſo libram I, ſcamonia ℥ I, apij ſemine ʒ I & I, epithymo ʒ I & ſ, agarico ℥ & ſ, pipere grana XV, facies autem buccellatos VII, conficiens eos cum uino & melle, aut cum hydromelle, & utere.

D Item paſtellus catarticus: Flore farinæ, nucleis pineis, ana ℥ VI, diagridio ℈ IIII, mellis lib I.

SALIS CONFECTIO AD choleram deponendam.

Scamonia ℥ I, pipere ℈ IIII. ſale cõmuni frixo ℥ I, dabis aut in ouo, aut iure gallinæ, aut ubi uolueris dabis ſine periculo.

Item Sal catarticus faciens cephalargicis, & hemicranicis, & ſcotomaticis, & quibus in auribus ſit ſonus, & oculorum uiſionem acutiorem reddit, & hæmorroidas mouet, & menſtrua prouocat, & paralyticos curat, & hydropicos iuuat, & ad epilepticos, & arthreticos, & podagricos, & ad phlegmatis abundantiã facit mirabiliter. Euphorbij, piperis, ana ℥ I, ſalis amoniaci ℥ II, dabis autem cum mulſa ℈ I, & iuuabit ad omnia quæ prædicta ſunt, & cibum non corrumpet. Item ſal catarticum, ad omnes longas paſſiones quæ ſunt in meninga cerebri, & ad epilepticos, ſcotomaticos, cephalargicos, hemicranicos, & ad aurium tinnitus, uel ſonitum diuturnum. Satis etiam iuuat & ad oculorũ dolores, & caliginem tollit, & eos quos ſanguis lædit multum iuuat: Sed & typicos iuuat. Mouet etiã menſtrua in quibus conſtricta ſunt, ſed & hæmorthoidas mouet ſimiliter. Dabis autem ſemel in menſe eis qui ſupraſcriptas patiuntur ægritudines. Cauendum uero eſt ne ipſa die detur, in qua ante acceperat. Dandus eſt etiam in declinatione paſſionis, dabis & in quarto menſe. Recipit autem hæc, euphorbij ℈ IIII, piperis ℈ II, ſalis amoniaci ℈ I, cymini ℈ I. Integra autem doſis ℈ I eſt, dandus eſt in mulſa, & quamdiu purgat uentrem, bibat calidam aquam.

APOZIMA CATARTICA.

AQuæ phialas III, aneti fasciculum unum, cymini quantũ digitis semel leuare potueris, diagridij scrupulos IIII, coques ad tertias & dabis ad bibendum. Item apozima catartica, absinthij fasciculum unũ, aquæ phialas III, coques ad tertias, & colabis, & terens aloẽ ʒ IIII, & diagridij ʒ II, dabis cum apozima suprascripta. Alia apozima catartica, ad eos qui colum patiuntur, ut in pedibus deponatur interius. Epithymi, ana ʒ IIII, hellebori nigri, diagridij ana ʒ I, coques in aqua phialis tribus, ut ad unam reuertatur, & dabis bibere. Hoc autẽ subinde accipiat, ita ut in omni mense, aut in alio, aut satis ut in tertio mense transponat, ut in anno quatuor bibat potiones.

CATARTICVM DIACYDONIVM.

DE cydonijs coctis libram I diagridio ℥ II, pipere, gingibre, ana ℈ V, conficies & utere. Aliud catarticum peculiare Oribasij, quod simbiocarion nominauit: Diagridio ℥ II, pipere, gingibere, sale frixo, petroselino, ana ℥ I, faciens puluerem, dabis in potione ℈ II cum mulsa.

CATARTICVM AD PHLEGMA deponendum.

LIquiritia, cocco cnidio purgato, ruta uiridi, ana ℥ I, melle quod sufficit. Aliud. Aneti semine, opio, ameo, pipere, cocco cnidio, croco, lacteridis, ana ℈ IIII, apij semine ℈ I, cassia ℈ III, melle quod sufficit. Dosis autem est cochleare unum aut duo.

CATARTCVM AD CHOLERAM.

B APij semine, pulegio, pipere, ana ℈ IIII, diagridio ℈ XII, melle quod sufficit. Dabis autem de electario cochleare unũ, aut duo, aut tria, secundum accipientiũ uirtutem. Aliud catarticum ad cholerã deducendã: Aloẽ ʒ II, diagridio ℥ I, mastiche, absinthij succo, ana ℈ II cum succo cydri quod sufficit. Sin minus, cum melle dabis, ut supra.

CATARTICVM MELANCHOLICIS.

ANiso ʒ IIII, petroselino ʒ II, pipere ʒ II, epithymo ʒ VII, melle quod sufficit. Dabis autẽ cochleare unũ, aut duo, secundum accipientiũ uirtutem. Item aliud: Epithymo ʒ VIII, menta ʒ II, ruta uiridi ʒ II, Cum optimo uino dabis per dies tres bibere. Aliud: Epithymo ʒ VIII, isin ʒ III. Dabis autẽ in potione una cum mulsa tepida. Item ad melancholiam: Aloẽ ℈ II, epithymi ʒ II, diagridij obulum unum dabis bibere.

Aliud: Aloẽ ʒ II, epithymo ℈ I, diagridio triobolon, dabis in mulsa, aut cum calida aqua bibere.

CATARTCVM ELEPHANTIOSIS.

COloquintidas duas mediocres caute desuper aperies, ita ut ex ipsis coopercula facias, & semine omni euacuabis, lanuginẽ uero intro remittes, & implebis oleo dulci, & coopercula sua superpones, & permanebis nocte tota. Alia autem die euacuabis coloquintidas de oleo, & coques coloquintidas in cacabo cum aqua, donec excoquantur, & sic eas tolles & proijcies, & in illa aqua remittes oleum quod fuerat in coloquintidis, & addes ibi hellebori nigri triobolon & scamoniæ ℈ IIII, & ibidem in ipso cacabo pultarium de simila facias, ex quo patiẽti ante pridie leuiter cibato ad magnitudinẽ auellanæ dabis XXIIII pilulas glutire, aut si potuerit manducare, & bibat aquã. Aliud catar: elephantiosis.

Accipiens unã coloquintidam maiorem, implebis eam de oleo, & stet plena nocte & die una, & ablato oleo coques coloquintidam in olla noua cum aqua,

G donec remaneat pars tertia,& sublata coloquintida in aqua ipsa mittes similam quantum sufficiat, cui admiscebis hellebori nigri ʒ I, scamoniæ ʒ I, & agitabis cum surculo aneti, & cum fuerit coctum, faciens pilulas ad auellanæ magnitudinē, dabis ut glutiat. Catarticus de iure galli senis: Occidens gallum uetustum, omnia interiora eius tolles, & lauans implebis sale, & cum acu & filo consues, & coques cum aqua abundante, & olei modicū habēte. Anetum uero & porros mittes ex pleno, ut ibidem simul discoquantur. Cum enim perdiscoctus fuerit gallus, tunc ius fit suaue ad bibēdum, & est aptum stomacho, & purgatiuum fit ipsum ius, & non sit minus ad bibendum duabus heminis. Mirabiliter enim facit ad diuturnissimos reumatismos.

INVNCTIO ANI AD EDVCENDAM uentositatem cum stercore.

RVta uiridis teratur, & cum melle coquatur, ut unus succus fiat, & exinde interius anus perungatur, & bene faciet. Melius enim operabitur si admisceas cyminum & modicum nitri. Aliud: Cyclaminis succus in flocco lanæ inuolutus iniiciat, aut succus cyclamini coquatur cum melle, & balanus inde factus iniiciatur, aut certe ex ipso cyclamino pastellus factus iniiciat. Ventositates enim exeunt abundanter & releuantur.

CVRATIO RVFI.

COloquintidæ interionis ʒ XX, camidrij, agarica, ana ʒ X, sagapini ʒ VIII, popanacis ʒ VIII, petroselini, aristolochiæ rotundæ, piperis albi ana ʒ V, Cynamomi aut cassiæ fistulæ duplo, spicænardi, croci, smyrtij polij, ana ʒ IIII. Omnia enim trita & tricocinata cum melle miscens, dabis exinde quamplurime ʒ IIII in mulsa.

D CATARTICVS LICI AVTORIS, dulce ad accipiendum.

SCamoniam cum sale quam albissimo teres diutissime, & sic eam in pyxide plumbea duplici uase coques. Modus autem coctionis hoc modo fiet: Pones in pyxide plumbea fistulam, aut cannam, per quam super aquam respiret. In qua pyxide mittes scamoniam, quæ cum sale trita est, & mittes pyxidem in uase aqua pleno, ita ut fistula caput foras teneat, quæ fixa fuerit in pyxidem. In aqua autem ubi bullierit mittes erum, id est, herbum, & quando herbū coctum fuerit, tolles desuper focum, & sublata pyxide cum se refrigerauerit tolles, & iterum teres ipsam solam, aut cum albo pipere tantum admixto, quo suauior sit ad accipiendum. Si enim sic confecta detur scamonia, neq; in ore, neque in stomacho insuaue erit catarticum, & nihil minus purgabit.

VNGENTVM CATARTICVM AD VNGENdum anum quod mouet abundanter uentrem.

STipteriam cum melle teres, & coques donec rubeat, & ex hoc perlines anum. Vocatur autem hoc medicamen cezanagaci: Facile enim educit uentrem, & sine dolore protrahit.

CATAPOTIARVM CONFECTIONES ad uentrem laxandum.

SCamonia, coloquintida, euphorbio, aloē, bdellio, ana ʒ IIII, cum succo caulis ea colliges, dosis est III, aut V noctu. Item aliæ.

Aloē ʒ IIII, diagridio ʒ I, cum succo cauli colliges: Dabis autem III, aut V, aut VII, noctu. Item catapotia ad typos, faciunt enim ad sanitatem stomachi, & apta sunt stomacho, & uentrem purgant quammaxime, &

typos

A typos amputant. Aloë ℥ II. absinthij succo ℥ III. squillæ interioris ℥ I. Squillam autem in pane mittēs coques ut bene sit cocta, & post tollens pensabis & mittes in pila, & fortiter tundes, & supermittens succos absinthij, supersparges tritam aloë, & facies spassum, ex quo faciens catapotia ad ciceris magnitudinē, dabis tarde conualescentibus ex ægritudine, & non cito recuperantibus, secundum uirtutem.

Item aliud catapotium, ad quod supra. scamonia ℥ I. aloë ℥ I. coloquintidæ interiōis ℥ IIII. bdellio ʒ III. mastiche, absinthij succo, brassicæ succo, ana ʒ III. facies autem catapotia orobicas, & dabis XIII. aut XV. aut XIX. aut XXI. Sin uero qui typos patiunt̄ dederis, dabis VII. aut IX. aut XI. aut XIII. aut satis XV. per dies V. aut VI. aut IX. Si autem uolueris ut phlegmaticū humorem educant, aut citius soluent, addes euphorbij ʒ I. in tota massa.

Item catapotia, ad typos coactos, Agarico ʒ II. euphorbio ʒ II. helleboro ʒ IIII. mitro ʒ II. bdellio ʒ I. diagridio ʒ II. epithymo, coloquintida, aloë ana ʒ II. facies autem catapotia.

Item alia catapotia. Scamonia ℥ I. aloë, euphorbio ana ℥ IIII. cum aqua autem pluuiali facies catapotia, & dabis VII. aut IX. aut XI. aut XIII. aut XV. aut XIX. aut XXI.

OXYMELLIS CATARTICVS.

ACeti ℔ III. pulegij plenam manum, hyssopi plenam manū, hæc autem coquens cum aceto ad tertias, post hæc colabis & addes anisi ℥ I. & ſ. polypodij ℥ I. agarici ℥ I. & ſ. folij —) III. I spicæ nardi —) V. petroselini, epithymi, diagridij ana ℥ I. tenuem autem puluerem supermittes, & coques cum mellis ſſ uno ad lenes prunas ad mellis spissitudinem, & postquam de foco tuleris, mittes diagridium, dabis autem cochlearia tria.

B

CONFECTIONES DIVERSORVM trochiscorum. Andronius.

CHalcantho, smyrni ana ʒ II. libano, stipteria cisti ana ʒ IIII. galla asiana ʒ VI. sidia, aristolochia ana ʒ VIII. uino austero quod sufficiat, facies trochiscos & utere, cum aceto autem teres, & inlines.

TROCHISCVS MVSAE.

STipteria scisti, aloë, smyrni ana ʒ VI. crocomagnato ʒ III. chalcanto ʒ VI. cortice mali granati ʒ VI. cum uino & melle mixtis conficies & utere. Trochiscus Vari autoris. facit ad hypopias, ad impetigines, ad maculas, & ad carnes supercrescentes, & syringia sanat, facit & ad alia multa, sinopide, iu, xistu, libano, areno, stipteria scisti, æquali pondere cum aceto facies trochiscos

Trochiscus eris, facit ad omnes nomas, maxime autem ad ueretrum, & oris cancros. Croco ʒ VIII. stipteria ʒ c. smyrni ʒ VIII. resolues cum aceto, & melle mixtis & facies trochiscos. Ptisanæ autem infusa teres.

Trochiscus diacartu ad nomas, id est, cancros, carta combusta ʒ XXXII. calce uiua, arsenico, sandaraca ana ℈ I. cū succo plantaginis facies trochiscos.

Trochiscus andronius. scisti, smyrni ana ʒ IIII. chalcantho ʒ II. libano ʒ VIII. cetino ʒ X. aristolochia ʒ XII. aliqui ʒ VIII. galla asiana ʒ VIII. sapa quod sufficiat.

Trochiscus

C Trochiscus pollidos phragis. Sidia, smirni, aloë, ana 2 VIII. scisti 2 V. libano 2 5. chalcanto 2 V III. felle taurino 1 VI. uino dulci quod sufficiat.

Trochiscus melas. Sidia 2 X. aristolochia, galla asiana, scisti, ana 2 VIII. aloë, libano, ana 2 IIII. smyrni, chalcanto, ana 2 II. uino bono quod sufficiat, facies trochiscos, & uteris cum sapa.

Trochiscus ad lepras, & impetigines. helleboro albo, pipere longo, cacreo alcionio, sulphure uiuo, calamo aromatico, adarce, æqualia pondera teres & cernes, & cum aceto facies trochiscos: fricabis autem partem ipsam cum aspero panno, & unges cum digito, & in sole facies stare.

Trochiscus crocodis. Smyrni, cistoreo, ana 2 II. croco 2 III. opomico no 2 III. aniso, apij semine, dauci semine, storace, ana 2 IIII. iusquiami semine 2 VI. cum aqua facies trochiscos triobolos, id est siliquas octo aureas pensantes. Trochiscus diaspermatus. facit ad dysentericos & cœliacos, & ad uentris fluxum, & ad tussim, & ad profluuium sanguinis, apij semine ℥ III. fœniculi semine, aniso, ameo, papaueris albi semine, iusquiami semine, opio, sidus, id est, floribus mali granati, quod si flores non habueris, mittes corticem, ana ℥ I. croco, floribus rosarum, galla asiana, ana 2 IIII. Omnia semina in puluerem redigens, & opium in aqua infundens facies trochiscos habentes —) I. & 5. Dabis autem ad tussim in mulsa, ad uentris fluxum, cum succo oryzæ. Qui cum tusse reijciunt, cum pusca. Ad profluuium sanguinis, cũ aqua de lentisco. Ad nauseam, cum aqua absinthij. Ad interraneorum dolorẽ, uel inflammationem stomachi, in mulsa. Ad dysentericos, in apozima rosarum dabis uinum trochiscum mane & sero.

D Trochiscus ad dysentericos, & hæmoptoicos, & ad fluxum sanguinis mulierum. hypocistide, gessamia, galla asiana, acacia, cirro, ana ℥ VIII. & cum aqua pluuiali facies trochiscos. Vteris autem ad dysentericos inijciens cum succo oryzæ aut lentisci. Ad hæmoptoicos autem, in uino cyatho frigidæ aquæ mittes medicaminis 2 I. & dabis bibere. Ad fluxum sanguinis mulierum similiter inijcies cum aliquo succo arnoglossæ, aut poligoni, aut strigni, aut appones in crocide die lanam, & adijcies ad os matricis resolutum cum succo strigni, aut poligoni, aut arnoglossæ.

Trochiscus ad impetigines. Chalcitheo, miseo, sulphure uiuo, calcantho, libano, ana 2 IIII. fici folijs uiridibus 2 VI. cum aceto facies trochiscos, & cum aceto resolues & uteris.

Trochiscus passionus. Lippidus chalco 2 XII. chalcucicaumeno, salis amoniaci, stipteria, strangili, iu, xistu, ana 2 VIII. libano 2 VIII. teres chalcucicaumenum, alias cernes, lippidũ & stipteria teres cum aceto ad solem. Cum autem omnia triueris, mittes libanũ & teres diu, quando autem se collegerit, facies trochiscos ad omnes, ubi autẽ opus fuerit, cum aceto resolues & lines.

Trochiscus proculi podagricis. Sanat autem podagras, ischiadicos, & est uniuersalis ad omnes arthreticos, & omnes dolores, ita ut anno uertente bibatur, & omnem sensibilitatem acutiorem reddit, purgat mitius per urinas, & totum corpus sanius præparat, sanat & epilepsias, & sciros epatis & splenis. Conficitur autem sic. Camitrius ℥ IX. centaurea tenui in carpo ℥ VIII. aristolochia longa de montibus collecta ℥ VI. gentiana non pertusa ℥ VI. hypirico ℥ V. petroselino ℥ III. fu .S. I. agarico ℥ I. in alio agarico ℥ I. melle ff I. Singillatim autem tundes & cernes, & admiscebis

A ſçebis cum melle, & tundes bene, & facies trochiſcos. Vſus autem ut bibantur ſit bene digeſtus, & bibat hora tertia, poſtea uentrem faciet reſolutũ cum aquæ calidæ cyathis duobus, & cum acceperit deambulet uel exercitet. Si autem inchoare uult potionem, non in æſtate accipiat, ſed in alio aliquo tempore. Interuallum ad balneum aut ad cibum poſtquam acceperit, trium horarum ſit. Digeſtionem autem & potionem uitet donec impleat totius anni dierum numerum. Sit autem dieta, boni ſucci, digeſtibiles. Non ſupra menſuram accipiat, ut indigeſtio ſentiat. Braſſicam enim comedere arthreticis non ſuadeo. Habet autem aliquid contrarium, uinum uero mediocriter bibant uti oportet, & mediocriter temperato cum cibo.

Trochiſcus Dia electro, id eſt, de ſuccino. Facit enim ad hæmoptoicos, & ad tuſſim lõginquã & recentẽ, & phthiſicos, & anaphreticos, empiycos, cœliacos, dyſentericos, in pneumatominos. Eſt aũt ad auriũ cauſas bonus. Pſillio purgato ʒ XL. quidã ʒ XX. yreo illyrico, maſtice, electro, id eſt ſuccini limatura, croco, ana ʒ XXX. opio ʒ XV. pſillia, id eſt, herbæ pollicaris ſemẽ in aqua calida infundes, & quãdo glutinoſa fiet aqua, exprimes eã, & ex liq̃re ipſo cõficies medicamẽ, finges trochiſcos, & dabis tres obolos dormitũ eunti. Sint aũt aquæ ℔ III.

Trochiſcus Diaagatia, ad podagricos, arthreticos, & ad inflãmatiões, & ad omnes pruritus initio illitus. Agatia nigra & rubea ana ∻ IIII. colli ſtrictonico perlucido ∻ III. ichehyocollis ∻ IIII. amoniaco amato ∻ II. glaucio, aloẽ, anã ∻ II. libano areno ∻ I. helleboro albo & nigro anã. ∻ I. acetũ ſquillliticũ ſupermittes, & facies trochiſcos, & cum opus fuerit teres cũ ſupraſcripto aceto trochiſcũ, & lines locũ, & cum ſe ſiccauerit, iubebis eum ad balneũ ambulare,
C & cum ſe lauerit, iterum ſuperunges de ipſo medicamine.

Trochiſcus hemicranicus. cardamomi ſemine ʒ IIII. rutæ uiridis folijs ʒ IIII. opio ʒ I. aceto quod ſufficiat.

Trochiſcus, diaalicacauus, qui & cirrus uocatur, qui facit ad eryſypilas, & trimata, & ad nariũ tumores reſolutus cũ aceto aut puſca aut aqua frigida. lythargyrio ʒ XXIIII. pſimithio ʒ XII. ſtipteria ſciſti ʒ IIII. calcanto ʒ IIII. alicacaui cortice uiridi, aut pro alicacauo ſtrigno ʒ VIII. ſinopidem ſi uolueris ad colorem faciẽdũ mittes, & facies trochiſcos cũ aqua, & uteris interdũ cũ uino aut aqua.

Trochiſcus diarnogloſſus, faciens ad rhagadas, & ſicodas, & ad ſyringia & polipos: Hypociſtidos cilo ∻ III. licio, balauſtio anã. ∻ III. opio, roſis ſiccis, ana ∻ II. gallis ∻ II. acatia ∻ III. plantaginis ſucco, guminis, ſulphure uiuo, roſis, floribus, cornu ceruino uſto ana ∻ II. facies trochiſcos, ſiccabis in umbra, & uteris cum uino & melle mulſato, reſoluẽs in cote ocularia. Ad polipos autem cum ſtuppa intus mittes, & in die una tertio mutabis.

Trochiſcus ad ſcabiem. lithargyrio ∻ II. calce uiua, pſimithio, uermicario, ana ʒ IIII. uino quod ſufficiat.

Trochiſcus diacaſtoreus, qui facit ad oris & ueretri ulcera, & ad dẽtes laxos, & gingiuas purgat, ſmyrni, caſtoreo, ſtipteria ſciſti, ſidia, iu, xiſto, ana ∻ II. multo ſynopico, miſeu ana lib. I. uino quod ſufficiat.

Trochiſcus ad capitis dolorẽ & oculorũ, inlines tẽpora & oculos iuuabis, & caput, libano, yreo, gumeo, ana ʒ IIII. ſmyrni ʒ I. ouorũ duorũ album ſimul teres & facies trochiſcos, & cum opus fuerit cum aqua reſolues & lines.

Trochiſcus ad capitis diuerſos dolores. Mox ut linieris frontem, amputabis dolorem, utique & ſi febrierint aut phreneſim patiantur, mirabiliter faciet, lauri baccis & uua uiridi, ana ʒ VIII. yreus ʒ II. opopanace ʒ I. & ſ.

C cum aceto facies trochiscos, & cum opus fuerit cũ aceto & oleo roseo induces.

Trochiscus licinicus ad impetigines. Facit enim ad impetigines pessimas. Re: de staphisagria, id est pera, folijs fici uiridi ʒ II. miseo ʒ IIII. calcanto ʒ II. calcitheo, calce uiua, ana ʒ VIII. libano ʒ IIII. sulphure uiuo ʒ X. aceto q᷑ suffi(ciat.

TROCHISCVS AD QVARTANAS.

OPio, ruta, iusquiamo, ana ʒ I. croco ʒ IIII. cassia ʒ III. sulphure uiuo ʒ IIII. cum aqua facies trochiscos pensantes ℈ II. & dabis in pusca ante duas horas accessionis.

TROCHISCVS ISCIADICIS ET HYdropicis faciens mirabiliter, & per urinas deponens.

COloquintida ʒ VII. peretro ʒ IIII. pipere albo ʒ II. smyrni ʒ II. facies trochiscos pensantes ʒ I. & s. aut duas, & dabis cum dulci, aut in mulsæ cyathis duobus, in dies quinque singulas potiones, sanant educendo phlegma.

Trochiscus ad uniuersas passiones, ad insomnietatem, dabis cum aqua calida ad faucium tumorem: prodest cardiacis, colicis, epaticis, spleneticis, similiter in aqua calida. Ad mulieres quæ phantasiã patiunt̃, & quæ iactũ frequenter faciunt, in mulsa dabis, Ad phthisicos in prima potione incidit frigus, in secunda incidit febrem, tertia potio tamdiu sudat, quamdiu incidat omnem typũ. Ad percussum serpentis, ad morsum canis rabiosi, dabis in uino calente temperato. Ad reumatismum stomachi, ad reuma pulmonis, ad pectoris dolorem, ad tussim, & qui excreant sanguinem, si sine febre sunt, in uino calido, si febricitãtes, in aqua calida. Ad ulcerationem uesicæ, ad stranguriam, curat tumorẽ per omne corpus. Arthreticis & podagricis in uino temperato dabis. Rec. LL. papauer album ℥ IIII. opium thebaicum ℥ IIII. iusquiamũ ℥ II. liquiritiã ℥ I.
D crocũ ℥ I. storacẽ calamitẽ ℥ I. litium ℥ II castoreũ ℥ I. mandragoræ cortices ℥ I. hypocistidæ succũ ℥ II. Has species tundis & cribellas, & facies trochiscos in modum pond. fabæ cappadociæ, & dabis in temperata.

Trochiscus Galeni, ad reuma, ad hæmoptoicos, adidentes reumatizatos & stranguriam patientibus, & uesicã dolẽtibus, ad omnes reumaticas passiones. Colicis, spleneticis, phthisicis, & ad multas alias passiões. Re. LL. myrrhæ ℥ I. libanum ℥ I. opium ℥ I. iusquiami ℥ s. gariophilæ ℥ s. cinnamomum ℥ s. cuphitæ ℥ s. liquiritiæ ℥ s. Opium uero in aqua nfun dis, & fac trochiscos pensantes d. I. dabis cum aqua tepida aut cum mulsa.

Trochiscus laxatiuus, febrem tollit & omnem molestiam, cinnamomũ, gariophilum, crocum, aloë, casiam, amoniacum, squinantum, diagrid. spicam, libanum, ana ℥ I. mel quod sufficit.

Trochiscus Diamuseos, cardiacis, scotomaticis, abrotanũ siccum, castoreũ, oppopanacẽ, ana ℥ I. s. myrrha, crocum orientale, rutæ agrestis semẽ, piper tinapirum, lithos magnetis, cuphita ana ʒ I. trita cernis, cõficis cum aceto, & facis trochiscos ana ʒ I. & das ieiuno in oxymelle.

Trochiscus Nimson. dysentericis, pleureticis, ad mẽstrua deponẽda. Rec. H. iusquiami s. selinus sperma s. anisi s. hypocistidis s. opij s. colligis cum succo poligoni, aut cum succo plantaginis, aut cum uino stiptico, fac trochiscos ana ʒ I. & utere.

Trochiscus ad omnem tussim. Rec. H. myrrha trochliten ʒ VI. libanũ ʒ V. opium ʒ IIII. iusquiamũ ʒ IIII. cynoglossæ herbæ de radicibus cortices ad solem siccatos ʒ IIII. tundis, cernis, & opium in aqua infundis, & fac trochiscos pensantes ʒ I.

A Trochiscus ad uomitum restringendũ, & stomachum confortandum, & uentrem stringendum. Rec. tr. anisum, apij semen, ana ʒ VI. absinthij pontici ℥. piperis ʒ VI. opij ʒ II. castorei ʒ II. Sicca tundis & cribras. Opium uero in aqua infundis per triduum, & post missum in mortario teres diligenter, & commisces omnia. Colliges autem ex aqua, & fac taxillos ampliores auellanæ, quos siccas in umbra, & cum opus fuerit, in aqua calida dabis.

Trochiscus, dysentericis, hæmoptoicis, cæliacis, pleureticis, ad tussim, & qui saniem uomunt. Rec. H. Ameos, anisum, apij semẽ, aneti semen, fœniculi semen, papaueris nigri semen, balaustia, ypocistides, opium, gumen. Omnia ana ℈. I. collige cum succo plantaginis, & fac trochiscos pond. ʒ I.

ELECTARIVM DIAPRASSIVM.

SAnat uertiginem capitis, & caliginem oculorum abstergit, palatum & arteriã purgat, distillationẽ confringit, dolorẽ dentium mitigat, reumatismũ faucium sedat, dolorem de thorace aufert, & pulmones facilius sanat, cordis dolorem tollit, lateris dolorẽ conspergit, maxime pleureticos mirifice sanat, scironẽ epatis & splenios curat, stomachum corroborat, & ad pristinam sanitatẽ perducit. Omnibus uero interraneis prodest, inflationẽ aufert, phthisicos sanat, & peripleumonios curat, tussim soluit, nephriticos, calculos, stranguilia sedat, omnẽ dolorẽ colicis cõpescit. Qui habet pallidum colorẽ emendat, mathoicos sanat, menstruũ deducit, ad ordinemq́ suũ reuocat. Qui autẽ hoc usus fuerit, à multis morbis cõseruat, nec aquæ malignæ, nec nebula, nec paludes illis nocebũt. Conseruat in itinere & sine ægrotatione, facit ad eos qui uenenũ biberint, B ad morsum serpentis, uel ictus scorpionis, & qui fungum malũ comedunt. Stomachus, epar, splen, dolore liberantur. Typum quartanũ mitigat, quotidianũ & tertianum liberat. Rec. H. amomi XIIII. aristolochiæ rotundæ XIIII. cassiæ fistulæ XI. gariopholi XIIII. storacis cal. XI. myrrhæ, spicænardi, costi, piretrian. XII. liquiritiæ XIIII. pul. XII. piperis nigri. XIIII. Reupont. XII. dragaganti XIIII. ʒʒ. XIIII. peoniæ XI. saxifragæ, yreos, capparis radicis, ana XIIII. hyssopi XII. pulegij XII. gentianæ unc. IIII. anacardi XII. galbani XII. terebinthinæ XII. petroselini, maced. XIIII. mastichis XIII. careæ XI. libistini XI. galangæ XII. sir, xilobalsami, carpobalsami, rasuræ eboris, basilici, satureiæ, añ. XI. aneti semen XII. apij semẽ XII. fœniculi semen XI. ossa de corde cerui XII. ligni aloẽ XII. cardamomi XII. corallij XI. squinant, XII. origani XI. diptamni ℈ I. uinci tossicu ℈ II. aron ℈ I. sinonæ XII. diolo rubeo XII. amigdalæ purgatæ XIIII. nuclei pini XIIII. piperis albi XI. balsami XI. musci XI. Cuius confectio talis est, prius species teruntur.

Trochiscus, diapeganum ad omnẽ typũ quotidianũ, & notho quartano, & notho tertiano. Rec. H. Crocũ ℈ II. peretrũ ℈ II. origanum ℈ II. hyssopum ℈ II. rutæ uiridis ℈ II. myrrhæ ℈ II. collige cum aqua & trochiscos fac ʒ I. & utere cum aqua calida.

Trochiscus, asmaticis, & suspiriosis. Anisum, sulphur uiuum, ammoniacũ, castoreũ, melantium uel giptes, omnia ana ℈ I. tusa & cribellata cum aqua collige, & trochiscos fac, dabis cum oxymelle.

FINIS.